image
not
available

Digitized by Google

DELITIÆ C. POETARVM GALLORVM, HVIVS SVPERIORISQVE ÆVI illuſtrium,

PARS ALTERA.

Collectore

RANVTIO GHERO.

Proſtant in officina Ionæ Roſæ

CIↃ. IↃ. CIX.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CATALOGVS GALLORVM POETARUM Partis Secundæ.

Hoſpitalis Michaelis, Aruerni. 573 [illegible]
Iacomotii Ioan-Iacobi, Barrenſis. 350
Iodelli Stephani, Pariſienſis. 370
Iureti Franciſci, Diuionenſis. 383
Lati Petri. 385
Lambini Dionyſii, Monſtrolienſis. [illegible] 389
Lamonii Petri, Pariſienſis. 388
Lebei Dionyſii, Trecenſis. 389
Lectii Iacobi. 395
Lepidi Corderii, Lingonenſis. 411
Lermei Gabrielis, Volca. 421
Lygei Ioannis. De humani corporis armonia carm. 423.
Macrini Salmonii, Iuliodunenſ. 453
Maluini Gotofredi. 575
Mangotii Iacobi, Pariſienſis. 576
Memmii L. Fremioti. 579
Microntani Arnulphi, Lingonenſis. 580
Monini Ioan. Edoardi. 582
Monerii Martialis, Lemouicis. [illegible]
Montaurei Petri, Aurelii. [illegible]
Mureti M. Ant. Lemouicis. [illegible]
Neueletti Petri, Trecenſis. 814
Oiſelii Antonii. 836
Paſcharii Iacobi, Lotharingi. 841
Paſchaſii Stephani. 843

GENEROSO AC NOBILISSIMO Dn. WENCESILAO à ROTKIRCH, HEREDItario in Panthen, Wintzenberg atque Henningsdorf, &c.

S. P. D.

LAude proſequi literas humaniores, earumque nucleum Poeſin, idem fuerit ac commendare lumen Solis. Non enim id ipſum, aut manifeſtius omnium oculis influit, pulcerrimumque ac ſuauiſſimum ſui præbet ſpectaculum, aut adeò efficacius omne animatum, omnemque plantam, ornat, fouet, vegetat; quàm mox etiam animam noſtram interiorem illuminet eruditio, infinitaſque ſuppeditet vtilitatum voluptatumque ſpecies: ita quidem, vt nemo tam infans ſit aut imperitus, cui celebranda veniat hæc liberalium artium ingenuitas, quin diſpiciundũ potius habeat, non quid proferat, quàm quid taceat. Ego ſanè, tecum ſentio, nobiliſſime Rötkirche; atque omne genus ſcientiarum (nedum iſtud noſtrum, quo ad Virtutem regiâ quadam ferimur viâ, ad illud verè illuſtre Honoris Famæque ſacrarium) admirandum potius, quàm recenſendum exiſtimo, magiſque veneratione quàm præconio infini-

Digitized by Google

inſigniendum. Certè cùm occurrunt illa, quæ quotidie auribus omnium obuerſantur: Κλεάνθης τοὺς ἀπαιδεύτους ἔφη μόνῃ τῇ μορφῇ τῶν θηρίων διαφέρειν: Cleanthes dicebat, homines indoctos ſolâ formâ differre à beſtiis. *Item, Diogenes* ἐρωτηθεὶς, τί γῆ βαρύτερον βαστάζει, ἔφη ἄνθρωπον ἀπαίδευτον: rogatus quod onus terra grauiſſimum ſuſtineat; hominem, inquit, ineruditum; *Deinde:* Οἱ πεπαιδευμένοι τόσον διαφέρουσι τῶν ἀπαιδεύτων, ὅσον Θεὸς τῶν ἀνθρώπων: Docti ab indoctis tantum differunt, quantum Deus ab hominibus: *Denique:* Οὔτε ἐν ἰχθύσι φωνήν, οὔτε ἐν ἀπαιδεύτοις ἀρετὴν δεῖ ζητεῖν; Neq; in piſcibus vox, neq; in indoctis virtus quærenda eſt*: nemo eſt, quin ſibi perſuadere cogatur, iſthæc prouerbialia nunquam perennatura fuiſſe in ore omnium, niſi multũ traxiſſent à vero; imò niſi ipſum eſſent verum: ideoq; idem etiam ſtatim cogitatione percurrat neceſſe eſt theſauri literarii, non iucunditatẽ magis quàm vtilitatem: quæ tanta quidem eſt, vt exclamet Caßiodor. lib. 10. Variarũ, Epiſt. 3.* Eruditio literarũ naturã laudabilem reddit ornatã. Ibi prudens inuenit vnde ſapientior fiat: ibi bellator reperit, vnde animi virtute roboretur. Inde Princeps accipit, quemadmodum populos ſub æqualitate componat. nec aliqua in mundo poteſt eſſe fortuna, quam literarum non augeat glorioſa notitia. *Sed & Manuelis Imperatoris vox eſt ad filium ſuum, tmemate 75:* Ἄρτος, σώματι τροφή. ψυχῆς δὲ, μάθησις ἀγαθή. ὥσπερ οὖν ἐρυθριᾷν οὐ γιγνόμενον, ἐπειδὰν ἐσθίωμεν· οὕτω δεῖ καὶ τὰς μαθήσεις ἀνεπαισχύντως λαμβάνειν. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι μέγα ταῖς μαθήσεσι διωνηθῆναι αὐτὸν πρὸς τοὺς ἡλικίας ἁμιλλώ-

μενον

μενον, εἰ παρὰ τὴν ἥτταν αἰσχύνοιτο. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆς τροφῆς, μέτρον ἑκάστοις ἡ χρεία. ἐν ταυθοῖ δὲ χρεία τοῦ πλείονος. κἀκεῖ μὲν αὖθις, τὸ λεῖον τε καὶ μονοειδὲς ὑγιεινότερόν τε καὶ σπουδαιότερον. ὧδε δὲ καλόν ἐστιν, ἡ παντοδαπὴ τῶν καλῶν ἄσκησις. καὶ τῶν μὲν σιτίων χρόνος ὁ βραχύτατος, εὐπρεπέστερος. ταῖς δὲ μαθήσεσι καιρὸς, ὁ βίος ὅλος, εἰ δυνατόν. καλὸν γὰρ, μυηθῆναι τὴν ψυχὴν τι καλὸν, καὶ χωριζομένην αὐτὴν τοῦ σώματος: Vt panis alimentum eſt corporis; ſic animi, bona doctrina. Quemadmodum ergo non conuenit erubeſcere, quùm comedimus: ſic omnem citra pudorē & doctrinæ ſunt percipiendæ. Non poteſt enim, nō poteſt valde doctrinis pollere, qui cum æqualibus certamen ſuſcipit; ſiquidem eum vinci pudeat. Enim verò in cibis, ipſa neceſſitas modum cuique definit; heic autem, plus ſemper requirendum. Rurſus ibi magis expedit valetudini, ac præferendum venit, quod expeditum, quod ſimplex eſt: heic verò, potior omnigena rerum bonarum exercitatio. Itidem paſtui quàm minimum temporis impendi, decentius eſt; diſcendi tempus, vniuerſum ſit vitæ ſpatiū, ſi fieri poteſt. Nam bonum eſt animum bona re quapiam imbui, etiam tum, quùm à corpore dirimitur. *Pari aſſeueratione alter Imperator inculcat filio ſuo Leoni, cap. 56:* Ἱστορίας ἀρχαίας ἐξέρχεσθαι μὴ κατόκνει. ἐν αὐταῖς γὰρ εὑρήσεις ἀκόπως ἅπερ ἕτεροι συνῆξαν ἐγκόπως. καὶ μάθοις ἐκεῖθεν τάς τε τῶν σπουδαίων ἀρετὰς, καὶ τὰς τῶν φαύλων κακίας, τάς τε τοῦ βίου πολυτρόπους μεταβολὰς, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ πραγμάτων τὰς ἐναλλαγὰς, καὶ τοῦ κόσμου τὸ ἄστατον, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς εὐμετάπτωτον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τῶν μὲν φαύλων τὰς ἀμοιβὰς, τῶν δὲ σπουδαίων πράξεων τὰς ἀντιδόσεις, ὧν τὰς μὲν φύγῃς, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν δίκης πεῖραν μὴ λάβῃς, τὰς δὲ κατορθώσεις, ἵνα τῶν ἐντεῦθεν ἐπάθλων καταξιωθῇς: Euoluere ne vnquam

quam ceſſes hiſtorias veterum: ibi enim reperies ſine labore, quæ alii magno cum labore congeſſerunt: atque inde bonorum virtutes, & improborum vitia cognoſces, & vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in eâ conuerſiones: mundi huius inſtabilem, & imperii ad cadendum pronitatem diſces. Breuiter malefactorũ pœnas & bonorum præmia leges: quorum illa fugies, ne vltionis quæ inde ſequitur ſeueritatem patiaris: hæc autem amplecteris, vt præmia quæ ex eis manant conſequi merearis. *Sic Baſilius: cui nequeo quin adiungam Diodori nonnulla, laudantis inſtitutum Charondæ, qui gratuitas ſcholas pueris aperuerat, literaſq; ab eiſdem vniuerſis diſci mandarat. Verba eius ſunt:* Τίς γὰρ ἂν ἄξιον ἐγκώμιον διάθοιτο τῆς τῶν γραμμάτων μαθήσεως; διὰ γὰρ τούτων μόνων οἱ τετελευτηκότες τοῖς ζῶσι διαμνημονεύονται. οἱ δὲ μακρὰν τοῖς τόποις διεστῶτες, τοῖς πλεῖστον ἀπέχουσιν, ὡς πλησίον παρεστῶσι, διὰ τῶν γεγραμμένων ὁμιλοῦσι. τάς τε κατὰ πόλεμον συνθήκας ἐν ἔθνεσιν ἢ βασιλεῦσι πρὸς διαμονὴν τῶν ὁμολογιῶν ἡ διὰ τῶν γραμμάτων ἀσφάλεια βεβαιοτάτην ἔχει πίστιν. καθόλου δὲ τὰς χαριεστάτας τῶν φρονίμων ἀνδρῶν ἀποφάσεις, καὶ θεῶν χρησμοὺς, ἔτι δὲ φιλοσοφίαν καὶ πᾶσαν παιδείαν μόνη τηρεῖ, καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις ἀεὶ παραδίδωσιν εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα. Διὸ καὶ τοῦ μὲν ζῆν τὴν φύσιν αἰτίαν ὑποληπτέον, τοῦ δὲ καλῶς ζῆν, τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων συγκειμένην παιδείαν. ὅθεν ὡς μεγάλων τινῶν ἀγαθῶν ἀποστερουμένους τοὺς ἀγραμμάτους, διωρθώσατο τῇ νομοθεσίᾳ ταύτῃ, καὶ δημοσίας ἐπιμελείας τε καὶ δαπάνης ἠξίωσε. καὶ τοσοῦτον ὑπερεβάλετο τοὺς πρότερον νομοθετήσαντας δημοσίῳ μισθῷ τοὺς νοσοῦντας τῶν ἰδιωτῶν ὑπὸ ἰατρῶν θεραπεύεσθαι, ὥσθ᾽ οἱ μὲν τὰ σώματα θεραπείας ἠξίωσαν, ὃ δὲ τὰς

ψυχὰς

ψυχὰς τὰς ὑπ᾽ ἀπαιδευσίας ἐνοχλουμένας ἐθεράπευσε. κἀκείνων μὲν τῶν ἰατρῶν εὐχόμεθα μηδέποτε χρείαν ἔχειν. τοῖς δὲ τῆς παιδείας διδασκάλοις ἐπιθυμοῦμεν ἅπαντα τὸν χρόνον συνδιατρίβειν: Quis vero dignis literarum diſciplinam laudibus proſequatur? Hæ ſolæ efficiunt, vt defunctorum memoria inter viuos perduret. His internunciis, qui longiſſ. terrarum interuallis ſeparati, cum procul abſentibus, tanquam prope adſtantibus, colloquia miſcent. Harum certitudo ad fœderum & pactorum, cum populis aut regibus initorum, fidem ſanctè conſeruandam, magnopere conducit. Hæ denique pulcerrimas virorum prudentum ſententias, Deúmque reſponſa & philoſophiæ dogmata, & breuiter, totum diſciplinarum orbem ſolæ conſeruant, & poſterorum memoriæ vſque ad omnem æternitatem commendant. Idcirco vitam quidem à naturâ tribui; bene autem beateque viuendi rationem literarum diſciplinæ acceptam eſſe referendam, ſtatui debet. Vnde homines illiteratos, vt ſummis bonis deſtitutos, ad meliorem ille cultum hac ſanctione reuocauit, & publica illos cura impenſaque erudiendos cenſuit. Itaque tantò ſuperiores legumlatores, qui publica mercede medicos ſanandis priuatorum morbis conducendos eſſe ſanxerunt, prudentia antegreſſus eſt, vt illi corporibus medelam adhibendam cenſuerint; ipſe animos, inſcitiæ morbo vexatos, curarit. Et ſanè medicorum ope nunquam nos opus habere optamus: at cum eruditionis magiſtris per omnem verſari ætatem maximè cupimus. *Sic vberrimus ille hiſtoricorum libro 11. Antiquitatum. quibus ſimilia multa attexere poſſem, niſi hæc aliaq; plura iam quotidie audires ex ore Ioh. Hermanni, Poetæ minimè tralatitij; ideoq; iſtis nō tam exciteris, quā inciteris: ſi modò vel talis indoles incitanda eſt, cui iam*

nunc

nunc ille viget in animo ardor, vt eo ipſo primâ ſtatim adoleſcentiâ, quaſi curſu quodam volucri, translatus fuerit è Sileſiâ ſuâ ad iſthæc longinqua; vbi indefeſſâ induſtria, non modò contendit ad Eruditionis omnigenæ metam, ſed & alios in eodem ſtadio iam ante coronatos, videt, adloquitur, amplectitur; eorum familiaritatem atq; fauentiam reportaturus in patriã, vberrimi inſtar theſauri. Quorũ è numero, cùm & me cenſuerit naturæ tuæ benignitas, nobiliſſime Iuuenũ; non potui ſanè quin laudatiſſimo huic tuo propoſito adclamarem fauſta omnia atq; felicia; auguratus Sileſiæ tuæ eadem omnia de ingenio tam benè nato, tam bene inſtituto; ſi modò Deus opt. max. vitæ vſuram porrò, vt optamus, indulſerit. Reliqua omnia, iam tibi adſunt, imò ſuperſunt: præcipuè cùm inlaudabili iſto omnium bonorum Doctorumq; plauſu, non tam calcaribus indigeas quàm freno; incitatus inſuper, ceu ſtimulis facibuſq; illuſtri illa Progenitorum tuorum ſerie; quæ cùm iam ab aliquot centum annis tota patria ſua, toga pariter ſagoq; verè fuerit primaria; nec tantum per Germaniã, ſed & per vniuerſam Europã, ametur, celebretur, colatur; agnoſcet mox in nepote ſuo, ſuorũ decorũ collectã perfectionẽ. Macte igitur hoc cõſilio, hoc ſcopo, florentiſſime Iuuenũ! haſq; Poetarũ delicias (iam ad vmbilicũ ductas, cùm forte me ſalutationis tuæ honorificẽtia dignareris) habe tibi, meæ erga te, nec non celeberrimã veſtram familiam, amoris atq; obſeruantiæ pignus atq; monumentum verè deuotum.

Veſter

Ranutius Gherus.

MICHA-

MICHAELIS HO-
SPITALII
GALLIARVM CANCELLARII
EPISTOLARVM SEV SER-monum liber primus.

Ad Muſas Romanas, vt Bellaium Cardinalem Romæ commorantem, in patriam remittant.

MVSÆ, progenies magni Iouis aurea, flauum,
Quæ Tiberim colitis, fugitiuũ reddite nobis,
Reddite Bellaium, qui nomine captus inani
Vrbis nunc habitat deſertæ mœnia Romæ;
Oblitus patriæ, veterumq; oblitus amorum:
Nec iam Pariſios, nec iam Prætoria curat
Sammoriana, nemuſque ſuis plantauerat ipſe
Quod manibus, virides nec quos ſacrauerat hortos
Obſceno, truncoque Deo; nec ponè fluentem,
Perque latus læuum ſinuoſis flexibus amnem;
Nec ſcenæ ſpeciem, quam circunductus in orbem
Perpetuus collis, ſubiectique æquora campi
Oſtendunt; nec quæ illo ſunt miracula tractu.
Fama vetuſtatis, præiudiciumque faceſſat
Nominis. ecquid habet tantum noua Roma? quibuſue
Æquiparat noſtram ſtudiis & laudibus vrbem?
Num populi cenſu, domibus, templiſque Deorum
Vincimur? aut Regis quidquam ſpecioſius aulâ?
Num pietas ergaque Deos, ergaque parentes
Eſt minor in nobis? minor eſt aut ſenſus honeſti?
Hîc leges & iura, magiſtratuſque regendis
Moribus ac ſuaues inter conuictus amicos,
Fidaque coniugia, & ſoboles non credita falsò:

Non alio diuina loco Sapientia tantùm
Floruit, aut ſtudia innuptæ viguere Mineruæ
Pace tuâ dictum ſit Romule, pace Quirites
Veſtrâ (ſi quis adhuc antiquæ ſtirpis in vrbe eſt,
Barbarico nondum pollutus ſemine ſanguis)
Altior in cœlo, maiorque Lutetia Româ
Attollit caput, & reliquas ſupereminet vrbes.
Circùm pinguis ager, fœcundaque frugibus arua,
Vina quoque Albanis & non ceſſura Latinis.
At Tiberim (quamuis Ægyptia pondera iactet)
Non ego contulerim Sequanæ, qui plurima longè
Emenſus ſpatia, & paribus iam quattuor auctus
Ingreditur fluuiis, ipſum prope nauibus æquans
Ionium, tantas vehit alto gurgite merces.
His illum retrahi cauſis, & poſſe teneri
Sperabam in patriâ, quamuis externa placerent:
Nec quia rumor erat magno conquirere ſumptu
Inſignes ſtatuas, auroque rependere ſigna,
Perfodere ingentes tumulos, veterumque labores
Eruere artificum terræ penetralibus imis;
Idcirco metui: quin neſcius, illa putabam
Ornamenta Deis cogi pulcherrima noſtris,
Quæ ſecum in patriam rediens ablata referret.
Sed nulla eſt conſtans hominum ſtabiliſque voluntas.
Mutantur ſtudia atque animi; mutantur amores.
Nunc ſtruit ille domos, nunc dicitur alta locare
Fundamenta nouæ Pario de marmore villæ
Ad Tiberis ripam, & Claudi monumenta Neronis,
Romano in portu dum Roma antiqua manebat.
Hæc adeò non ſunt redeuntis ſigna. quis amens
Ædificat, quibus ipſe locis conſiſtere nolit?
Aut laureta ſerit quæ mox viduata relinquat?
Tu verò quiſquis venientes proſpicis annos,
Imbellique domum deſignas antè ſenectæ,
Delectu in patriæ Superûm ne fata Deorum

Iudicio

Iudicio poſtpone tuo; ſed protinus illa
Quæ tibi principium vitæ dedit exige finem
In patriâ, quamuis aliò te blanda voluptas,
Quamuis ambitio traducat plena malorum:
Socratis exemplo, qui toto tempore vitæ
Exiit vrbe ſemel tantùm. nam ſedibus illi
Quos amor exciuit propriis aliena videndi;
Nec caruere diu patriâ, ſed rebus onuſti
Vtilibus, rediere domos, & denique dulcem
Coniugis in gremio vitam poſuere beati,
Et lacrimas in mortè oculis hauſere ſuorum:
Tantus amor patriæ. Nec enim formoſa Calypſo
Mille dolis aggreſſa virum, peruertit Vlyſſi
Conſilium reditus, patriæue excuſſit amorem,
Quamuis dura nimis mutaret & aſpera ſaxa
Pingui vdoque ſolo, & vitæ immortalis honore:
Atque illi in patriam cur vellet cauſa reuerti
Nulla fuit, Bacchi ſterilem Cereriſque bonorum.
Stant cauſæ reditus multæ, magnæque volenti
Bellaio: rerum cui pleno copia cornu,
Atque domi facilis ſine curâ ſuppetit vſus,
Cui ſua tot virtus & præmia tanta merenti
Detulit in patriâ, tantos cumulauit honores,
Quantas mens ſperare poteſt humana. Deorum
Munere, cui fortuna benignè præbuit agros,
Et nemora & ſiluas, vti molles condere poſſet
Verſiculos: tria Gallorum dedit oppida gentis
Maxima, Parriſios, inſignem Regibus vrbem,
Cenomanos, clarum bello genus, vnde coloni
Auctoreſque tui generis veniſſe feruntur,
Brixia, Tyrſenis vacuo cedentibus agro,
Nec non Burdigalam, terraque, marique potentem
Burdigalam, portus vbi fluminis vnda capaces
Mille carinarum facit, æſtu inflata marino:
Nec tamen illa ſuo minus olìm cognita ciue

 Auſo-

Digitized by Google

Ausonio, Ausoniis contendere vatibus auso.
Ergo Bellaium patriæ, preciosusque suorum
Reddite Bellaium Musæ, si ducitis æquum
Nempe suos patriæ repetenti reddere ciues.
Non est, non adeò est vestri retinere pudoris
Externâ de gente virum, nec poscitis æqua
Nec concessa Deæ. liceat sua cuique tenere,
Fas sit quamque suis habitari ciuibus vrbem,
Ni vobis diuersa animo sententia sedit,
Erectasque tenet triplicis spes alma coronæ.
Forsitan & vestrum iam prospexistis alumnum
Regnaturum olim Romæ, legesque daturum
Gentibus. O felix genus illo tempore vatum!

Ad Franc. Oliuerium Franciæ Cancellarium.

Te sum perpetuò veritus, Francisce, tuumque
Triste supercilium mea semper Musa refugit,
Erubuitque suos tibi rustica mittere versus.
Non quia despiciens alienæ sortis iniquæ
Difficiles aditus venientibus, osque superbum
Exhibeas: quid enim potuit moderatius isto
Esse gradu, longè qui maximus eminet inter
Principis officia, atque togæ ciuilis honores?
Totius est commissa fides cui publica Regni,
Et signi regalis honos. & nobilis illa
Cera, modò flauo, viridi modò tincta colore,
Quâ sine cuncta labant rerum documenta, ratumque
Et firmum nihil esse potest; non regia iussa
Vim retinent nomenque suum, non Iudicis æqui,
Præsidis aut decreta valent, non denique leges,
Tu nisi supremus tabulis accesseris auctor.
At cùm tot radies tantis & honoribus vnus;
Te Fortuna tamen nunquam mutauit ab illo
Qui fueras, & quem tua virtus finxerat ante.

Digitized by Google

Ergo quæ mihi cauſa fuit formidinis huius,
Quidue retrò ceſſi metuens? hoc ſcilicet vnum;
Ne grauis & cenſor noſtrorum acerrime morum
Rideres leuia hæc ſcribentem carmina amicum,
Rideres ſubitò factum de Iudice vatem.
Verùm vbi miſſa aliis cognoui ſcripta placere
Noſtra tibi (quanquam nil prorſus amabile in illis)
Cœpi audere, tibique abſenti hoc dicere carmen,
Abſens aeriis in montibus Apennini,
Runcanique iugis, vnde eſt proſpectus in omnem
Flaminiam, & poſſis oculis contendere tantum,
Æmiliæ videas muros & tecta Rauennæ,
Et fines Venetûm, Phrygiique Antenoris vrbem,
Oppida Cenomanæ gentis, Minciique paludes,
Et quos lene fluens Atheſis, quos & Tarus agros
Irrigat, oppoſitis effuſi curſibus, & quos
Eridanus fluuiatilium regnator aquarum.
Hinc ego ſurrectas conuexi ad ſydera mundi
Aduerſus procul adſpiciens Aquilonibus Alpes,
Intuitu memet conſolor & aere paſco,
Semper habens aliquem tenerum, facilemque libellum
In manibus (prudens nam ſeria nuper omiſi)
Aut calamum, ſi fortè iuuat componere verſus,
Et diros animi cantu lenire dolores
Naſcentiſque mali retro deducere cauſam,
Quæ tibi prætermiſſa tacebitur, vlla meis ne
Ad commune bonum veniant incommoda nugis,
Et fremat ereptas aliquis ſibi forſitan horas;
Vel quia res credenda vagæ non viſa tabellæ:
Nunc quibus vrgemur præſentibus accipe damnis.
Principio ventris, renum, laterumque dolores
Inuadunt pariter pigrum atque immobile corpus,
Viſceribuſque tenax hærens pituita moratur
Lenta cibum, ſummamque extendit flatibus aluum:
Præcipuus dolor, anguſtis vbi calculus hæſit

Tramitibus, geminos prætendens calculus vncos,
Vis horrenda mali. quæ ſi diuturna fuiſſet
Haud equidem tanto poteram par eſſe dolori.
Plurimus hinc ſanguis venis effuſus apertis
Atrâ bile niger, ſubitâ formidine mentem
Affecit, veritam corpus ne exangue maneret,
Continuò tabis metus atque intercutis vndæ.
Quæ tamen euici, medicorum non magis arte
Quàm certâ & ſtabili victus ratione cauendo.
Iamque omnes adeo ſcopulos ſuperaſſe putabam
Et maris effugiſſe minas portumque tenere,
Quum noua (quâ minimè timui regione) procella
Exoritur, ſtantemque prope ipſo in littore nauem
Reiicit in pelagus. nunc magnis iactor in vndis,
Quaſque mihi reliquas fecere incommoda vires
Præterita, aduerſum hanc inopinam colligo peſtem,
Ignotam peſtem non audeo namque podagram
Dicere, quamuis articulos graſſetur in imos
Alteriuſque pedis mihi prorſus ademerit vſum:
Blandior interea mihi, ſuſtineoque libenter
Palpantes medicos, & nomina falſa ferentes.
Affectum morbis animique & corporis vnà
Eſſe vides, citius quos littera Principis vna
Depulerit, quàm tota Coos, quam Pergamus, omnis,
Et quid (ais) mentem ergo tuam grauis ac mala vexat
Ambitio, curæque animum populantur edaces,
An dulcis patriæ, deſideriumque tuorum
Vltra ferre nequis, tam paucis menſibus abſens?
Tene domum reuocant priuata negotia? prorſus
Ex tribus his nullum. nec enim præſentibus opto
Vel poſco maiora (niſi & Deus hanc mihi mentem
Eripit) & rerum non vrgeor vſque mearum
Difficili caſu, vt contra non ſurgere poſſim:
Et patria careo ſatis æqua mente. quid ergo eſt?
Ne tu quæſieris quæ tantum cauſa tumultum

Conci-

Concitet in nobis, qui pectora ſcrupulus angat:
Eſt fidei quod non alienæ credere poſſim
Quo grauius tacitis ardent præcordia flammis.
O mihi ſi tecum liceat non amplius vnam
Eſſe diem! vt ſeruata, diuque agitata premendo,
Effundam in gremium verè ſapientis amici.
Ergo regrediere domum, & dimiſſa reſumes
Officia, ac lites odioſus vt antè ſecabis.
Non ego, ſi cuicumque alii ſuccedere parti
Poſſe quidem vobis & idoneus eſſe videbor:
Verùm iic cupiam partiri tempora, magnam
Ac multo maiorem habeat Reſpublica partem,
Partem aliquam Muſæ, magni Iouis inclita proles.
Vt mihi cum Baldis, Paullis, & Iaſone tandem
Conueniat, per me iaceant vt puluere pleni
Æternùm, longaque ſepulti pace quieſcant:
Tecum iſtic aliquo meliori munere verſer,
Externoſue adeam Reges legatus, & vrbem
Romam, vel populos coniunctos fœdere nobis:
Præterea quiduis potius quàm ſcindere lites
Et mala diuiſæ componere iurgia plebis.
Aut certè liceat, multis quod molior annis,
Leges prudentumque hominum reſponſa, iacebant
Vt paſſim confuſa prius ſineque ordine, certis
Aſſignare locis, vnumque effingere tanquam
Corpus, cæmento compactum & calce tenaci.
Non ideò, non ipſe mihi tamen arrogo, multis
Promiſſam, verùm quam nemo præſtitit artem:
Quæ tradi vel nulla poteſt, tanto agmine rerum,
Et tam multiplici; vel ſi potuiſſe fatemur,
Tradita iampridem eſt. quis enim finire, genuſque
Diuidere in ſpecies, & totum in membra ſecare
Commodius poſſit, quàm quo deſcripta videmus
Ex veterum libris (ò ſi non trunca fuiſſent)
Certo iura modo? conatus denique multis

Digitized by Google

Incassum cecidere. nouas dum quisque per artes
Ambulat, & spe discipulos eludit inani.
At labor in solo meus ordine, perfacili re
Et tenui; sed multa feret quæ commoda secum:
Prætereaque locos, si qui pugnare videntur,
Concilio: nodos obscuraque sensa resoluo.
Atque hoc vel quouis alio decurrere malim
Curriculo, quam illud saxum vnum voluere semper
Luctantem causis à Sole oriente, cadentem ad,
Dum socer insidias generi, dum coniugis vxor
Arguit, vxorem dum multat dote maritus,
Aut quum de Pactis nexuque & nomine fundi
Quæritur, aut de iure. quid illud? nonne molestum
Et graue. pragmaticos inter subsellia raucos
Latranteis audire canino more, nec ipsis
Parcere iudicibus petulantis acumine linguæ;
Hæc si parua, aliis etiam præclara, videntur,
Mi faciunt stomachum forsan meliora sequenti.
Quò si me reuocas cùm possim vtrumque, recusem:
Sin iubeor: non difficile est ad prima reuerti
Quem nihil à solito mouerunt prospera cursu:
Nec vertit Fortuna in mores blanda superbos.
Sed me sors quocunque trahit venturaque fata,
Tu mihi, tu solamen eris, Francisce, malorum,
Pars etiam nostræ multò suauissima vitæ:
Quo nihil integrius vidit, nil fortius vnquam
Gallia, quem verè Quæstorem dicere primum
Possumus, imprimisque rei communis amantem:
Quo rigido custode viget sanctissima legum
Maiestas; vulgoque boni succrescere mores
Incipiunt, sua sunt vitio, sua præmia laudi.
Hæc tibi scribebam Vincenti nobile iuxta
Fanum, tectus eâ lucus quam proiicit vmbrâ,
Et præter raucas interpellante cicadas
Nemine, quæ si tu poteris minus ipse, legentur

At dul-

At dulci puero, Muſarum & laudis amanti,
Palladio puero, qui ſeruat pectore fixa
Aſcræi præcepta lenis, rectumque ſecutus
Et durum virtutis iter plenumque laboris,
Ad magnum tua per veſtigia tendit Olympum.
Dii, ſeruate pio genitori grandia tantæ
Semina virtutis, patriæ ſeruate parentem.

Ad Franc. Turnonium Cardinalem.

Turnoni genus Heroum qui ſanguine ducis,
Cuius conſilio res omnis publica noſtra
Dirigitur, foris atque domi quæcunque geruntur:
Si libet hîc mecum contractam extendere frontem,
Et paulum transferre oculos vacat ad mea ſcripta;
Exponam breuiter quæ ſit ratio mea vitæ,
Et quibus oblecter ſtudiis, qui denique ludi
Exercent vacuum me: qualis eram modò rure
Solus agens hominum cœtu procul, vrbe relictâ
Sæua reformidans putris contagia morbi,
Nec verò metuam, ne dent homines mihi probro
Quod verſus faciam mediâ iam ætate Senator,
(Hoc ſi magnificum nobis & tam graue nomen
Vſurpare licet) veterum me exemplá tuentur.
Scilicet id ſapiens, qui leges primus Athenis,
Condidit, atque alii fecerunt, nomina quorum
Græcis commendata libris, pariterque Latinis:
Ille etiam è Græco fecit qui vertit Aratum,
Et qui Virgilii concluſit carmina paucis:
Ipſa Dei vates etiam reſponſa canebat
Conſtrictis pedibus, ſed tu quod molior audi.
Iuſtitium nobis Septembri indicere menſe
Mos vetus eſt, illis redduntur nulla diebus
Iura foro, clauſis ſunt longa ſilentia portis:
Hæc veluti requies animis conceſſa laborum.

Scilicet vxori placuit, natiſque relinqui
Hoc ſaltem ſpatium, decimæ poſt tempora Lunæ.
Laſſi omnes operum, pertæſique ipſius vrbis
Funduntur portis inſano ruris amore:
Conſcendunt alii naues, pars ire citatis
Gaudet equis, videas feruere anguſta viarum
Curribus, & bubulo contectis tergore carris.
Vt verò ad villam ventum eſt, aliis alius ſe
Oblectat ſtudiis, ſua cordi eſt cuique voluptas,
Illi cura penus, cellis aut condere vina,
Aut fulcire graui titubantia pondere meſſis
Horrea, vel queruli rationem audire coloni:
Hunc arbuſta iuuat directis ponere latè
Ordinibus, viridemque domo circundare ſiluam,
Et tectum foliis ſpatiari molliter vmbrâ,
Terga premunt alii iaculis canibuſque ferarum,
Aut fiſco fallunt volucres, aut retia tendunt.
Aſt ego cui bos nullus arat præpinguia terræ
Iugera, cui nullæ pecudes in montibus errant,
Denique nil eſt rure meum quod dicere poſſim,
Interea Soceri in villa ſpatiabar amœna,
Quò me contuleram comitatus coniuge, & vna
De tribus eſt mœſto quæ filia ſola parenti,
Diuitias mecum ipſe meas, & certa bonorum
Sedato reputans animo, quæ non ego Craſſi
(Quantula ſunt) opibus, non auri pondere mutem.
O noſtri melior pars temporis! ò duo ſumma
Lætitia menſes exacti! ſcilicet ex quo
Publica iampridem tractare negocia cæpi,
His mihi ſum viſus ſolis vixiſſe diebus.
Forſitan & nondum ſatiata mente requiras,
Quæ me tum ſtudia & quæ res fecere beatum,
Non etenim cauſſas noui, quas deinde referrem ad
Concilium, non ipſe mihi breuiaria feci,
Conciſas rerumque notas, quibus vterer olim:

Digitized by Google

Sollicitus veluti fruges qui condit in annum
Agricola, & magnos componit farris aceruos,
Ingentemque ſtruem lignorum frigora contra
Et longas hiemes. verùm ſatis eſſe putaui
Semper ego modico contentum viuere quæſtu,
Et ſucciſiuas ſtudiis melioribus horas
Ponere; vti ludis animus recreatus honeſtis
Acrior ad curas intermiſſumque laborem
Mox redeat, (quanquam ſunt noſtri ſeria ludi)
Seu libros teneo Xenophontis, ſeu Plato dius
Noſtras Socraticis ſermonibus imbuit aures.
Sæpe iuuat doctos manibus verſare Poetas,
Qualis Virgilius noſter Maro, qualis Homerus,
Sed mage delector Tragicis vbi Comica iunxi,
Triſtia ridiculis miſcens, ludicra ſeueris:
Et iuuat in primis ſi qua eſt oratio, quondam
Egregii, patriæque adamantis commoda, ciuis,
Excepta aut populi plauſu, & mirante Senatu,
Et quorum ſpectata foro facundia, quique
Omnes dicendo potuerunt vincere cauſas.
Nec minus oblector Francorum annalia Regûm
Scripta legens, vllo ſine fuco prorſus & arte,
Quàm quæ magnificè Græcis conſcripta leguntur
Hiſtoriis, ægrè ſpeciem retinentia veri.
Sed mihi nulla ſacris componi ſcripta videntur
Poſſe libris, non eſt vbi mens humana quieſcat
Suauius, & portum inueniat ſecura malorum.
His adeò ſtudiis cupiam traducere tempus
Perpetuò, ſeu rure habitem, ſeu verſer in vrbe;
Vt neque amor lucri, nec habendi plura cupido
Sollicitent animum procul ambitione relicta,
Quæ miſeros homines inſedit, pectora quorum
Libertate ſua ſpoliat, variiſque malorum
Irretit laqueis, & letho denique tradit.
Hæc mihi cauſa fuit ne te importunus adirem,

Neue

Neue fatigarem precibus, quoties tulit vſus:
Tum qui ſæpe bonis nocuit pudor, obſtitit idem
Sæpè mihi, & crebrò venientem à limine mouit.
Illo nanque viros olim gaudere pudentes
Audieram, tanquam certo cuſtode bonorum
Virtutumque animi. Quid enim deformius eſt. vel
Turpius aſpectu? quæ vox abſurdior vlla
Auribus eſſe tuis poſſit, quàm ſi quis in hæc te
Verba roget? Ciues inter clariſſimus omnes,
Si neſcis, ego ſum, iuris legumque peritus,
Et regere imperio populos, & idoneus armis:
Mî peto Præturas, peto ſummos vrbis honores:
An non continuo meritam ferat ille repulſam,
Et caput helleboro iubeas purgare meraco?
At nos quotidie vulgò ſic poſcimus omnes,
Quæ mage conueniat deferre merentibus vltro,
Quàm ſic proſtitui petulantibus atque ſuperbis.
Vir quondam medicus ſi forte queratur, eum quod
Accerſat nemo, nemo illius oſtia pulſet,
Et circum vicos mœrens & compita currat;
Et velit obtrudi quamuis nolentibus ægris:
Hunc meritò pueri ſubſannent, ſed magis illum
Qui ſibi fortunas aliorum, & libera poſcit
Committi capita, & ſupremum ſedis honorem:
Quem tamen ipſa domi cum ſeruis deſpicit vxor,
Et tanquam bardum ridet vicinia tota.
Sic mihi maiorum poſcenti munia rerum,
(Quamuis nemo tibi ſe gratior obtulit vnquam)
Ne ſit amor tanti dicas, aut dicere poſſis,
Iſta vel indigno tribuam, vel non meliori.
Hæc ego ne audirem, dici quia poſſe videbam,
Sum veritus; vocisque omnem pudor abſtulit vſum:
Qui mihi ſi nunquam fuit vtilis, attamen ipſum
Antefero lucris audacibus & malè partis.
Nec verò doleo (quanquam illo durius angi

Sæpe

Sæpe bonos etiam video, valdeq; modeſtos)
Aut me præteritum, aut alios ad magna vocatos.
Nam factum ratione puto: fuit aptior ille,
Aut meritis etiam veterem præcurrit amicum,
Aut me Fortuna meliori denique ſeruas.
Accipe nunc cauſas cur non tua limina viſam
Sæpius, aſſidueq; tuâ non verſer in aulâ:
(Non etenim veluti Chryſippus, Diogeneſve
Fortunam contemno tuam, quæ ſumma præhendit
Rerum humanarum faſtigia; ſed mage miror
Ingenium, & quæcumq; tibi virtute paraſti)
Nec me vnquam durus tua tecta ſubire volentem
Ianitor excluſit, nec longum eſt vſque moratus:
Sed patuere fores, patuit domus intima ſemper,
Et faciles aditus, facilis fuit omnibus horis
Quâ de re tecum libuiſſet copia fandi;
Et ſi quando tuæ veniſſem in tempora cœnæ,
Vnum quæſiuiſti oculis ſeſſumq; vocaſti,
Sæpe etiam menſæ dignatus honore ſecundo es.
His ego tot de me, tantiſq; (vt credere par eſt)
Iudiciis, tacitâ concepi gaudia mente:
Nec tamen erexit caput altius aut timidum cor,
Nec propius latus acceſſi, vel ſtultus ad aurem,
Ne ſimilem Æſopi populus ſubſannet aſello,
Sed morem tenui prudens, & tempora: ſic me
Inuidiæ eripiens, quâ vobis omnia plena,
Quo non terra malum produxit tetrius vllum,
Sæuior Hyrcanis nec bellua montibus errat.
Illa dolis potius, quam vi ſuccedit apertâ,
Lethiferum nigro diſtillans ore venenum.
Non ſubitò apparent demorſo in corpore tanti
Signa mali, turpéſve notæ: ſed languida ſenſim
Ægro membra fluunt, nec ſe tabeſcere ſentit
Donec iam ſero moriens cognoſcere morbum
Incipiat, ſtultus qui non præcauerit antè,

Abſti-

Digitized by Google

Abſtinuit ſummis modico contentus, iniuit
Tutus iter medium, ſine vento, grandine, & imbre.
Hæc peſtis Reges, & Regum perdit amicos:
Rectores quondam populorum depulit vrbe
Præcipites, patriumque ſolum mutare coegit:
Mille animos hominum damnis & mille periclis
Inuoluit; magis illa bonis contraria ſemper.
Hanc ego pertimui, quantumuis callidus eſſes,
Nec temerè falſis addas ſermonibus aurem.
Sed quem non ſermone caput delator amicus?
Quem non ante dolis conficta calumnia fallit?
Ergo his de cauſis vixi contentus, adhucque
Viuo bonis, & ſorte mihi quam fata dederunt,
Seu poſthac meliora dabunt, ſeu plus nihil addent;
Æquo ferre animo Fortunam vtranque paratus.
Interea aſſiduè regali munere fungor,
Et circumuentos (ita ſi tulit vſus) iniquis
Iudiciis, præſto incolumes, non vltimus ipſe
Inter ſelectos, vel re vel nomine, centum,
Et teneo antiquum pedibus manibuſque decorem
Cum paucis, reliquos mihi quos mors improba fecit.
Egregius quondam, nunc multùm degener ordo,
Temporibus poſtquam cœpit promiſcuus eſſe
Et rudibus, ſæpe & nullâ virtute probatis,
Qui vix prima tenent elementa docente magiſtro,
Qui tardi atque hebetes. bene plenâ dummodo zona.
Scilicet hæc nobis adportat commoda bellum,
Indignis pariter tribuens & præmia dignis,
Diuitiis opibuſque loco decedere cogens
Virtutes, quas tum ſummæ præponere rerum
Tum magis expediat, vitiis creſcentibus vltro,
Dum belli furor armorùmque licentia vicos,
Oppidaque infeſtat, dum non ſatis eſt ſua cuique
Tuta domus, legumque iacet veneranda poteſtas.
Sed belli quandoque malum tu pace repones,

Adiungeſque tibi ſocium comitemque laboris
Franciſcum, placida qui cæpit nomen oliua,
Et meritò, placidæ ſemper quia pacis amator:
Quem Deus ærumnas populi miſeratus egeni,
Auxilio terris & in hæc habitacula miſit,
Vt toties fruſtra votis precibuſque petitum
Iuſtitiæ Numen longo poſt tempore demum,
Quæ vitans hominum conſortia fugerat olim,
Sedibus antiquis, ſolioque reponeret alto;
Vnde bonis ſpes certa, malis pauor & metus eſſet.
 Dî pariter vobis animos, & tempora, & aptam
Materiam, inuidiæ ſine tempeſtatibus vllis
Sufficiant, & rebus idonea cuncta gerendis.
Tuque fauens eſto nobis, bone Iuppiter; & quæ
Aduerſata diu ſunt terris ſidera, tandem
Adſpiciant radiis camporum plana benignis,
Hoſtilique metu vacuos cultoribus agros,
Et magnas raris habitatas ciuibus vrbeis.
Corpora multa virûm peſtis ſublata veneno,
Multa fame, ſteriles eſſent cùm frugibus anni,
Multa quibus vitam miles ferro impius hauſit.
 Parcite Cęlicolæ, cælum quibus ante pepercit,
Parcite relliquiis hominum, qui è cæde ſuperſunt,
Quos ſatis afflixit luctus, mœrorque ſuorum,
Et, qui ſæpe malo grauior, metus extitit ipſo:
Vt liceat vere hanc aliquando fundere vocem,
Æreus antè fuit, qui nunc eſt aureus orbis,
Aurea Franciſco redierunt ſecula Rege.
 Hos ego rure malos incepi ſcribere verſus,
Qui ſermone hòminum conſueto non procul abſunt:
Inde domum rediens meliore haud fine peregi,
Et demum vacuo reddi non antè, volebam.
Sed quâ te vacuum deprehendet nuntius hora,
In tanto, quæ te circumſtant agmine rerum?
At tu de multis vnam conceſſeris horam,

Ne

Ne noua contempto naſcatur cura Poëtæ.

Ad Adrianum Dracum, de ſuo in Italiam itinere ad conuentus, qui tum Bononiæ habebantur, Franciſc. I. Legatus.

Drace, mihi multis iamdudum cognite rebus,
Et quem præcipuè merito quem ſemper amaui,
Propter & ingenii bonitatem, & Palladis arteis
Magno quæſias ſtudio, magnoque labore:
Non ego quid facias, quibus oblectere requiro
Nunc ſtudiis, Idus poſt quam venere Nouembres,
Coccineaque in veſte foro conſedit aperto
Curia, & in ſanctas leges & Principis acta
Omnes patroni cauſarum, pragmaticique
Iurarunt, ipſo præeunteq; verba Senatus
Præſide, iuſtitiamque alios ſeruare monente.
Nanque dies totos dicendi munere iuris.
Implicitus, præbes vtranque volentibus aurem,
Collegaſq; tuos recitantes ſedulus audis,
Inque vicem recitas, quæ triueris antè legendo:
Ac poſtquam verſata diu eſt & cognita cauſſa,
Siue eſt poſteriore loco tibi, ſiue priore
Dicendum, reliquos ad te rapis & trahis vnus,
Et præiudicio mox litem diuidis æquo.
Tantam nota fidem probitas facit aurea; tantum
Perſuadere valent mores, non verba loquentis.
Iam verò exortem ſceleris culpaque vacantem
Eſſe reum mauis, tuaque ad ſubſellia duci,
Quam ſceleratum aliquem, maculatumq; omnibus intus
Flagitiis, ne quid diuerſum & prorſus abhorrens
Naturæ cogare tua decernere in illum,
Et ſancire nouas humano ſanguine leges.
Scilicet illa bona prima eſt in iudice virtus,
Vt malit ſeruare ſuos, quàm perdere ciues:
Et ſi fortè via modicum diſcedere tectâ
Fas erit, in lenem potius propendere partem.
Nam malè corrigitur, iudex quod acerbius olim

Con-

Digitized by Google

Conſtituit: non eſt vllo reparabilis error
Tempore, qui vitâ, famaque & nomine conſtat.
His te nunc ſtudiis exerces, Drace, diurnis,
Nocte etiam veterum conſulta volumina verſas:
Quæ tibi ſunt artes, hæ nobis antè fuerunt.
Scire volo potius September menſis vbi te
Viderit, & pluuio quibus hoc regionibus anno
Legeris immites ſpoliatis vitibus vuas,
An te vitiferi colles, & proxima bello
Rura loco, campique Briæ videre nitentes,
Diuitis an ſoceri potius te prædia circum
Vexit equus, Bandæque vocatam nomine villam?
Viſiſtine aliena, tuis ſatiatus, amice,
Et quæ pulcra Leæ conſurgunt mœnia villæ,
Leriaco vicina iugo, campiſque feroci
Nobilibus pugnâ, & populorum clade duorum?
At te etiam ſi forte iuuat cognoſcere noſtra,
Accipe: digreſſo patria Sextilibus horis,
Puluereâ nebula, metam finemque laborum
Quarta dies ſupra decimam tulit ante Calendas
Octobreis, cœlo caderet quum plurimus imber,
Obnixuſque pedes vix & iumenta viator
Extraheret cœno, latè ſtagnantibus agris.
Sed mihi parua fuit cum cœno pugna, lutoq;,
Maius in Eridani fluuiorum principis vndis,
Maius opus: non vnquam aliàs maiore periclo
Errani, dubioque magis diſcrimine vitæ.
Nam quæ Taurinæ fuerat ſub mœnibus vrbis
Antè mihi conſenſa ratis delata ſecundo
Flumine, corripiebat iter, biſque acta duorum
Remigio, curſu volucres æquabat Olympi,
Cùm ſubitò exortis magno cum turbine ventis
Miſceri cælum, & ſonitus è nube tremendos
Audiri, proramque Noto feriente per vndas
Iactari, cimbam & retrò cum flumine ferri.

Nos quibus exitium præsens, & mortis imago,
Suppliciter Superos, & Numina magna precari:
Et ni connixi contrâ quàm incumberet Auster
Aduertissemus proram lænaque relictâ
Oppositam nauis tenuisset fluminis oram,
Illa dies forsan nobis extrema fuisset.
Ergo victores superato flumine, terram
Prendimus, & ripa madidi consedimus alta,
Frondibus arboreis tecti, dum Iuppiter Irim
Deiiceret cœlo, Solemq; reduceret album.
Defunctos tantis vndarum, Drace, periclis
Excepere noui casusque, nouique labores:
Vix bene confectis triginta millibus, ecce
Fama Placentinæ volat atrox nuncia cladis.
Ipsos colloquii specie, gladiosque tegentes
Veste breues (qua fortè die custodia portis
Rara fuit) ciues aliquot non agmine magno
Ingressos veterem, cùm nemo resisteret, arcem,
Perque domus vacuos aditus, & nota viarum,
Deuenisse locos, vbi tum securus agebat
Ille diem summum, tanquam possessor & hæres
Legitimi vetus, aut delati sanguine Regni.
Ipsum ibi tendentemque manus veniamq; precantem
Ictibus innumeris fodiunt: cadit ille suorum
Insidiis, nequicquam externa pericula contra
Cautus, & hostiles gladios, bellique tumultum.
Qui sibi mole nouam magna dum construit arcem,
Et spatia ingentis prætendit maxima muri,
Demens exitium mediâ non vidit in vrbe
Et coniuratos ipsa intra mœnia ciues.
Hunc illi finem viuendi fata dedere.
Nec satiata tyranni inimici pectora cæde,
Quinetiam (horrendum!) gaudent illudere victo;
Et super accumulant opprobria. denique ferro
Testibus exectis, suspensum corpus in altum
Fune

Fune trahunt, & læta ſuæ ſpectacula plebi
Oſtendant, cæſoque iubent ſperare tyranno,
Et libertatis ſpe neſcia pectora complent.
Interea portis aliena patentibus vrbis
Præſidia accipiunt. ſed iam tu cætera noſti.
Hæc ego pene oculis vt erant teterrima vidi;
Vidi fulgentes gladios, & ſanguine ſparſas
Pene manus, tepidumque recenti è vulnere telum;
Proiectum canibus crudeli more cadauer;
Et circum denſo volitantes agmine coruos.
Nec longum miſera ſpectatur in vrbe moratus,
Cunctantem repeto nauem, portumque relinquo:
Illa volat remis fluctuque impulſa ſecundo;
Iam procul apparent antiquæ tecta Cremonæ,
Apparet vaſtis ſuſpectibus ardua turris.
Huc quanquam facies traheret nos & ſitus vrbis,
Non tamen eſt viſum nautis appellere nauem,
Ne primâ tardus properantes luce moretur
Ianitor, & clauſis cogat ſubſiſtere portis.
Vicinam haud longè diuertimus vrbe tabernam:
Hinc pingues inter, quos Mincius influit, agros,
Virgilii vatis patriam deuenimus, ad quæ
Se loca populifer gemina in diuortia findit
Eridanus, bifidoque petit malis æquora curſu:
Proxima nos ſedes habuit Ferraria Gallis
Sanguine ab inſigni Regis coniuncta Loyſi:
Inde optata dies quamprimum poſtera luxit,
Clara ſolo pingui, ſtudiiſque Bononia legum
Excepit gremio laſſos. ibi finis eundi.

Ad Pontronium, Margar. Franc. Regis filiæ præceptorem.

Pontroni, quid agit nunc regia virgo, quibus ſe
Oblectat ſtudiis? vtrum quibus ante ſolebat,
Virgilio, Flacco, Cicerone, aliiſq; Latinæ
Linguæ principibus? reliquos hoc tempore ſacro

Libros an manibus poſuit iuſſitque valere,
Et ſolis operam ſacris impendit? an æqua
Partitur ratione dies & tempora, fallens
Aſſiduum alternis indefeſſumque laborem?
Dic age. nam tu virgineos, dux ô bone greſſus
Dirigis, anguſtamque doces virtutis inire
Difficilemq; viam, & raris tentata puellis
Parnaſſi montis iuga, Caſtaliique receſſus
Fontis, quem circum ludunt in margine Muſæ.
Quid nunc regali quod munere poſſidet vrbes
Egregias, lateque feracibus imperat aruis,
Quæ Biturix antiquus arat, Liger abluit vndis
Per latus & multa ripas conſpergit arena?
Atq; hæc non proprios dominæ quæruntur in vſus,
Non iſtos reditus aut vectigalia carpit
Illa ſibi, nam ſpernit opes, & deſpicit aurum:
Vos potius diuina quibus ſapientia cordi eſt,
Vos hæc tam præclara feretis præmia vates,
Agricolæ nulli, nulli nocitura colono.
Felices nimium populos, felicia regna
Tam miti poſſeſſa manu, tam mollibus olim
Imperiis flexura caput! non pace feroces,
Longa aut militia duros habitura colonos
Qui veteres cogant aliò migrare relictis
Sedibus, & profugos ſecum adſportare penates,
Sed quales aut Elyſiis in vallibus errant,
Aut fortunatas vbi finxit Græcia ſedes
Oceano in magno, placidos, requietis amantes,
Nulliuſque rei, præterquam laudis, auaros.
Felix Muſarum hoſpitium, domus inclita vatum,
Poſthabitis quam virgo magis colat omnibus vnam,
Coniugio veniant quamuis noua regno ſuperbo,
Quamuis Rex alios aliis ſuperaddat honores.

Ad Geor. Armentiacum Cardinalem. Ex morbis quæ vtilitas.

Cænan-

Cænanti mecum FABRO, manibuſque recentem
Ac gelidam famulos poſcenti, triſtis & aſper
Nuntius ecce tuæ mortis defertur in aurem
Fabro, qui iam vſque à puero te ſemper amauit
Ante alios omneis coluit plus omnibus vnum.
Qualis cœna mihi fuerit tum, qualis & illi
Coniectare potes: pueros dimittimus ambo
Circum omnes vrbis regiones, compita circum
Omnia, ſcitatum verúſne hic nuntius eſſet,
Aut foret incerto tantúmne auctore ſubortus.
Poſtera lux, & item quæ tertia deinde ſecuta eſt,
Atq; omnes aliæ; depulſam corpore febrem
Oſtendere tuo, meliuſque valere ſed artus
Infirmos, pedibus rectis inſiſtere nondum.
Quas Faber, atque Leo, quas tum perſoluimus ipſi
Cælicolûm Regi grates? vel gaudia paſſim
Quanta fuiſſe putas ſparſo rumore per vrbem?
Certius hoc veræ nullum virtutis habemus
ignum, quàm cùm etiam probitas incognita luctum
Mœſtitiamque refert aliis, triſteſque virorum
unt animi, triſtes audito funere vultus.
ropterea nobis felices eſſe videntur,
ut quibus integra morti ſuccumbere fama
ontigit: aut quibus antè, diem clauſere Sorores.
uàm bene tranſactam ſine caſu & labe iuuentam
lluerint vitiis, & fulmine ſortis iniquæ.
tantùm ſæui quinquennia prima Neronis
atiat, Auguſti non valde Roma requirat
mpora, non alium fletu maiore ſequatur
acrimis Regem, ſi vitæ hic terminus eſſet:
grauis extenſo parta eſt infamia regno.
u poteras felix nimium, diciq; beatus,
n fama, & caſu nullo grauiore laboras,
eus ad cæli te lucida tecta vocaſſet.
c, quando & vitæ ſpatium produxit, & annos;

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ed by Google

Vt par vita ſequens tua ſit, meliorque videbis,
Nec tantum veniſſe tibi ſine Numine morbum,
Néve puta iaculis fruſtra cœleſtibus ictum.
Sæpe Deus reſides animos, & inertia corda
Excitat, inflammans pulcro virtutis amore,
Aut oblita ſui, rebuſque elata ſecundis
Contrahit in gyrum, & durâ compeſcit habenâ,
Interdumque etiam vadentem tramite recto
Compoſitoque gradu, tamen & calcaribus vrget,
Languida ne putri tabeſcant membra veterno.
Et vitioſus erit quadrupes, niſi ſeſſor apertis
Camporum ſpatiis exerceat improbus illum,
Aut ſecat vndantem multo niſi ſanguine venam.
Sed cur ſæpe bonus grauiter caſtiget, inultos
Cur Deus eſſe malos patitur? mihi crede, regendi
Sunt hominum mores, natura nec vllius vnquam
Tam præclara fuit, tam puro facta metallo,
Quæ (niſi ſuſtineas) non pondere preſſa feratur
Ipſa ſuo, magnamque oculis det ſæpe ruinam.
Sic Deus humanis affectibus arte medetur
Penè etiam medicâ: cauſa, omnemque malorum
Materiam reſecat, vel quicquid inutile viſum eſt.
Ergo gemmarum captis fulgore, vel auri;
Diuitias aufert, ignominiaque ſuperbos
Afficit, & famæ cupidos vel laudis amantes:
Impia ſic hominum ſtudia in contraria vertens.
Iam timidis animoſque, metumque audacibus addit:
Iamque Dei cultum & veræ pietatis amorem
Qui ſimulant blando nimis & ſermone per artem
Compoſito, nigraque genis fuligine tinctis,
Aut ſua qui ſperant probra diſſimulare tegendo,
Non patitur non ille diu longumque latere.
Tum ſi qui noſtrûm recte præſentibus vti
Neſciuere bonis, aut non accepta tulere
Illa Deo, ſiquiſve alios ea vertit in vſus,

De-

Defraudans inopes alimentis (qualia peccant
Multa ſacerdotes hodie) ſi fraude clientem
Patronus, iudéxve reum, ſi tutor auarus
Pupillum affecit, conſanguineúſve propinquum:
Aut qui diuinos homini tribuiſſet honores:
Quique alia his faciunt paria, aut maiora per orbem
Mille modis; omnes variè caſtigat, & affert
Vnicuique bonus quæ ſunt aptiſſima morbo.
Vt doceat quæri nil poſſe, diuque teneri
Inuitis nil poſſe Deis contendere quenquam:
Vt bona diſcamus fortunæ & corporis eſſe,
Atque animi, nobis dono conceſſa Deorum;
Non aliquo ſtabili, proprio vel iure, ſed vſu,
Quo, dator, vſque volet, reuocanda vel illa putabit;
Et ratio nobis aliquando conſtet ad aſſem,
Et nummum diſcuſſa minutim. nanque ſedebit
Arbiter is, vigili qui cernit acutius Argo:
Quem fruſtra aggrediare dolis, & fallere verbis:
Cum vultus & frontis erit velamen inane,
Nudi omnes, nudo ante Deum ſe corpore ſiſtent,
Qui nihil obſcurum eſt, nil clauſum, aut denique tectum:
Hæc ſi nos imo penitus defixa geramus
Pectore; non ſtimulis & non egeamus habenis,
Sponte ſua decurret iter ſibi quiſque volenti
Propoſitum, Dominique libens mandata faceſſet:
Quæ ſi fortè animis cuiuſquam oblita recedent,
At certè morbo tandem monitore redibunt,
At aliud nullum fas eſt ſperare leuamen:
Cum velut exuti vinclis & carcere cæco
Corporis, æthereas ſedes, lucemque tuemur
In propius; tum præſidiis opibuſque relictis
Omnibus humanis, timidè & trepidanter ad vnum
Currimus auctoremque Deum, fontemque bonorum:
Hæc dies ſummus venit, vt ſecura mali mens,
Et coniuncta Deo, meliori fine quieſcat;

Digitized by Google

Siue Deus vitæ ſpatium laxauit vt eius
Admonitu morbi melior pòſt vita ſequatur.

Ad Claud. Eſpenſæum de poëſi Chriſtianâ.

Qui pater ESPENSI, qui fit res carmine ſacras
Vt pauci tractent hodie, vix vnus & alter;
Vatibus innumeris cum Regia perſtrepat aula?
An genus hoc hominum nullos (Epicurus vt olim)
Autumat eſſe Deos, & rident ſacra profani?
An duram & ſterilem fugiunt neque verſibus aptam
Materiem in qua vix florens & nobile ſeſe
Iactare ingenium famamque adquirere poſſit?
An ſincera decent in ſacris & ſine fuco
Omnia nec quicquam ſimulatum ſiue per artem
Compoſitum efferri fas eſt ante ora Deorum?
Qui pure caſteque coli, ſi denique gaudent
Nudis ſimplicibusque animis verbisque rogari,
Carmina longè aberunt diſconuenientia ſacris:
Quæ niſi ridiculis fuerint differta iocisque,
Nil ſalis aut veneris nil ſunt habitura leporis,
Et ſine futilibus nugis frigere putantur.
Nanque adeò veterum ſi quis mendacia libris
Suſtulerit reliquum nihil eſt quo poſſit inertem
Oblectare animum, triſtesque excludere curas.
Nimirum hæc ars prima boni atque extrema poëtæ,
Delectare oculos, aures, ſenſusque legentis.
Ipſa Deûm tractans ortum ſobolemque ſuorum
Græcia fabellis puerilibus omnia miſcet,
Ornamenta negans & lumina verſibus addi
Veridicis, variosque appingi poſſe colores.
Quæ ſi ſcribendi ratio ſeruanda, modusque eſt,
Nulli vltro venient ad myſtica ſacra Poëtæ,
Admittet nullos eccleſia noſtra, quod olim
Socraticum memorant etiam ſtatuiſſe Platonem.
Non tu, non alii qui dulces conditis hymnos,
Et dignas canitis cœleſti Numine laudes,

Non

Non Dauid Rex ipſe poëtæ nomen habebit:
Mentiri noſtrâ quia relligione vetamur.
Atqui matronæ atque inter meretricis amores,
Plenaque luxuriæ conuiuia diſtat,& inter
Sobria nec Phrygius ſonus,aut delectat eoſdem
Lydius,& grauis hunc demulcet acutior illum.
Non omnes animi iuuenumque ſenumque mouentur
Iiſdem carminibus: rudia atque incondita quoſdam:
Culta iuuant alios,multoque ſubacta labore.
Nos verò falſis,mendacibus atque malis Diis
Verſus illorum ſimiles,ſimileſque poëtas,
Et ficum,& veneres,& titillantia ſenſus
Linquamus fœda & laſciua & inania ſcripta,
Et quæ lecta docent peccare,animoſque virorum
Corrumpunt faciles,inhoneſtiſque ignibus vrunt.
Ipſi vnum,æternumque Deum,cui mentis aperta
Intima ſunt noſtræ,quem nil fugit aut latet vſquam,
Non prece concinna,& vario diſcrimine vocum,
Non etiam adſtanti placituro carmine turbæ,
Illum,inquam,ſummum,ſanctum veneremur,& vnum:
Pura mente Deum,nudoque ac ſimplice cultu,
Vt ſimplex ipſe eſt,nec re mutabilis vlla
Sit ſermo incomptus,facilis,non anxius,omnem
Ornatum fugiens,plenus grauitatis, vt intus
Quæ concepta animo poſſit modò reddere ſenſa
Planè,atque auxilio naturæ ſimplicis vno:
Nec molli,aut fracto moduletur carmina cantu,
Nec ſeptem reſonet teſtudo garrula neruis;
Omnia digna Deo: cuius non cantibus aures,
Non citharave lyrave humano more mouentur.
Quid verò ipſa Dei memorantia carmina laudes,
Qualiacunque ſacra vulgò cantantur in æde,
Lætitia afficiunt animos aureſque bonorum,
Sponte ſua, ſine delectu,ſplendore vel arte,
Et lenocinio ſermonis,vt hæc tamen ipſa

Si fuerint, vltroque locis iniuſſa recurrent,
Accipiam (nec enim eſt infans ſapientia ſemper:)
Sin aberunt, nihil ipſa morer, valdeque requiram,
Auribus & ſanis, & ſano auſtera palato
Verba placent, & vina magis: dulciſſima quæque
Languenti ſtomacho referunt faſtidia ſemper.
Ergo rem inſolitam te magno auctore, nouamque
Adgredior, ſeraſque tibi iſtius offero tanquam
Primitias generis, quas ſi placuiſſe videbo,
Maturis à me veniet tibi copia maior
Fructibus, & meliora ſenex extrema reponam.

In Chriſti natalem.

Natalem feſtumque diem celebremus amici,
Natalem Domini nocturnis atque diurnis
Cantibus: hunc omnes caſta puraque colamus
Mente diem, quo ſpes affulſit prima ſalutis,
Quo primùm vitæ luciſque apparuit auctor,
Depulſis tenebris, & dirâ morte ſubactâ;
Quo Deus ipſe, Deo genitus ſummoque parente,
Ante dies omnes, ante omnia ſecula tandem
Temporibus ſummis cœlo deſcendit, & vltro
Factus homo eſt; voluitque integra è virgine naſci
Pauper & ignotus, Dauidis non regis in aula,
Verùm in conductis ſtabulis, aſinumque bouemque
Inter. at iſta noui ratio tum myſtica partus
Nullius ingenio comprenſa eſt, nullius ore
Decantata ſatis, quin viſa eſt fabula Græcis;
Iudæorum animos etiam formidine & ira
Confudit; non hos hominis, non dicta ferentes.
Hi verò quamuis habiti plus omnibus eſſent
Antè Deo cari, tantam neque cernere lucem,
Tantum nec potuere oculis agnoſcere regem:
Regem expectantes auro gemmiſque decorum,
Quales hic noſtro reges dominantur in orbe.
At nos gens aliena Deo (quis crederet vnquam?)

Credi-

Credidimus, pulſiſque loco ſucceſſimus illis,
Soluit amor Superûm longinquæ crimina culpæ,
Et prior officio noxa eſt obducta ſequente.
Pro quo nate Deo, tibi gratia maior habenda eſt;
Qui nos exortes, alienos, falſa colentes
Numina, legitimam in ſortem numerumque vocaſti
Gratuitò: eximiumque dediſti nomen habere.
Sic à maiore in puerum tranſlata minorem
Spes regni, veterique nouus prælatus honore
Ciuis; vt omne hominum genus ex hoc tempore ceſſet
Laudibus aut ſe efferre ſuis, patrumve ſuorum,
Verùm accepta Deo ferat omnia, qui bonus hoſtem
Ingratumque hominem meritò cùm perdere poſſet,
Maluit incolumem, & magno ſeruare redemptum,
Magno adeò pretio, vita, inquam, & ſanguine nati:
Qui nos adiunctam nullo ſibi fœdere gentem
'rætulit antiquis, aut certè æquauit alumnis.
.tque hunc venturum multos prædixerat annos
nte Deus, necnon ſanctorum oracula vatum
dita temporibus priſcis. quin ipſe recentem
m partu puerum, Simeon cognorat, & ille
ıi pietate fuit nulli Baptiſta ſecundus.
Audierant patribuſque ſuis ſcriptumque legebant
gnaturum olim ſupremo in tempore CHRISTVM,
ginis intactæ ſoboiem (mirabile dictu)
pere Iudææ vico qui duceret ortum,
ımariamque puer ſpoliaret opeſque Damaſci,
riam, totumque ſibi ſummitteret orbem:
:m illum populis communem vnumque futurum
ıibus, amoto veteris diſcrimine gentis.
rat ille Deo promiſſus patribus olim,
:ia antiqui culpa qui admiſſa parentis
: ſua (ſceleris tamen expers) ipſe piaret.
: illi curæ nimirum vita, ſaluſque
fuit, tantique hominum genus eſſe putauit.

Sed

Digitized by Google

Sed populus ſurdas occluſit vatibus aures:
Pontifices etiam ſcribæ, legiſque periti,
Vipereum genus, & ſoboles infecta veneno.
Forſitan illa nimis poterant obſcura videri,
Fallereque ignaros poſt tempora longa nepotes.
Nemo etenim Superûm nouit ſecreta Deorum.
Non omnes veterum cœca caligine preſſa
Senſa Prophetarum penetrarunt lumine mentis.
Atqui vita hominis, diuinaque facta mouere
Debuerant animos, auerſaque pectora vero.
Ecquis homo potuit defunctis reddere vitam?
Quis cœcis aperire oculos, veſtigia claudis
Dirigere? humano vel dæmona corpore clauſum
Deiicere in tenebras Orci, pelagique profundum?
Quiſnam hominum Cerere exiguâ, pauciſque minutis
Piſcibus, exſaturet plus millia quinque virorum?
Quis cùm deficeret vinum, commutet aquai
Infuſos vrnis latices in dulcia vina?
Quis nutu maria & cœlum, quis temperet Auſtros?
Aut quis iter medium pedibus ſecet æquore in alto?
Cuius morte ſuos (tantum cùm ferre nequiret
Flagitium) radios obſcura nocte premat Sol,
Concuſſuſque nouis iactetur motibus orbis?
Multaque præterea, quæ ſit percurrere longum,
Iudææ factum non excuſabile gentis
Oſtendunt, prauos animos & ferrea corda.
Bos aſinuſque ſuos, necnon pecus omne, magiſtros
Noſcit, & ore manum ludens tractantis aperto
Excipit, auriculis & cauda & corpore toto
Geſtit ouans, dominoque ſuo ſe ſubiicit vltro,
Hi dominum & regem claris tot vocibus antè
Promiſſum, tam multa ſuæ virtutis in omni
Signa loco dantem, magna & cœleſtia ſigna;
Omnibus affecere malis, lethoque dedere.
Scilicet in patria vates fuit atque Propheta

Nemo

'emo ſua: fabro Mariaque è paupere natus.
'ulla vi, nullis opibus ſubnixus, in alto
egalique throno ſedeat. non cognita ſemper
iramurque externa magis: neque perſpicimus rem,
'd ſpecie capimur potius vel imagine falſa.
quia nec capite in ſummo diadema gerebat,
neque ſceptra manu aut inſignia cætera regum,
ed: tus ignaram planus eſt ſeducere plebem:
ım tamen imperium in mundo regnumque negaret
ſe ſuum. claraque per oppida voce per omnes
amaret vicos (quæ pars hominum optima) ſolas
tuatum veniſſe animas: nullum amplius Orco
ıperium, nullum fore ius (vt ſemper) in illas:
gibus humanis ſe res permittere, nec non
rpora, tantùm animas propriæ ſeponere curæ.
mo Deum nouit, niſi cui conceſſerit ille.
æcus in hanc curam primis iam protinus annis
cubuit ſapiens. Id ſe Iudæus adeptum
gis ope. & cœli penetraſſe arcana putauit:
ıltus vterque tamen nimiumque ſuperbus, inanem
ıſtra operam impendit: confiſus viribus alter
enii. patriis inflatus legibus alter.
miſſos animos Deus & non magna profeſſos,
ſe ſponte ſua moliri poſſe fatentes,
igit, his aperit potius ſe datque tuendum:
n qualis quantuſque eſt ipſe, tamen nec aperto
perhibent) velo. ſed tanquam in imagine & vmbra,
velut in ſpeculo rerum ſimulachra videntur.
n ſperare Deum penitus cognoſcere, nulli
hominum, cœlis obita niſi morte recepto.
aſtores igitur ſimul illos montibus altis
ıcius exciuit, claro demiſſus Olympo:
nen adoratum gregibus venere relictis,
ecinere Deo laudes & carmina læti:
elicæ voces illis cùm hæc verba ı ræirent,

Pax

Pax homini in terris, Domino ſit gloria cœlo.
Hanc quoque vim ſenſere Magi cœleſtibus acti
Carpere iter monitis, quos longè Oriente profectos,
Ignaroſque loci præceſſit ſidus euntes:
Et dux ſtella viæ ſupra caput adſtitit ipſis,
Dum ſtratum fœno & palea ſubiere cubile,
Ternaque lactanti puero tres dona tulere.
Hinc rediere domum, loca per ſecreta viarum;
Admoniti in ſomnis crudelem fallere regem.
Sic puer in primo ſeſe paſtoribus ortu
Oſtendit potius, magnas habitantibus vrbes
Poſthabitis; externam adeò gentemque remotam
Prætulit Hebrææ Iudæa natus in ipſa.
Scilicet hæc tanti cunabula prima fuere
Regis, conditio aſpectu vel penè pudenda.
Ne quæras factum qua ſit ratione doceri;
Ni dubitas fortaſſe Deum omnia condere poſſe
Pro libitu, qui cœlum ingens terraſque creauit
Et maria ex nihilo, qui primum è puluere terræ
Formauit digitis hominem, coſtaque iacentis
Detracta lateri, finxit (mirabile dictu)
Euam Adamo ſociam menſæ lectique iugalis.
Adſpice non hominis formam, ſeruoque minorem
Veſtitum & cultum, ſub quo diuina latebat
Maieſtas; verùm quæ mox illuſtria ſigna
Affulſere ipſi naſcentis origine prima.
Nanque vt Sol oriens tenebras fugat aëre toto
Lucem lætitiamque ferens animantibus: ortu
Sic puer ille ſuo, plenam caligine noctem,
Quæ noſtris iampridem animis inſederat vſque à
Principio mundi, veniens excuſſit, & omnes
Cœleſti puras impleuit lumine mentes.
Quinetiam magicas & falſas ſuſtulit artes,
Et Pythia, & quæ alia in terris oracla fuere,
Omnibus ex toto regnantes orbe fugauit

Dæmo-

Dæmonas,eiectos tenebris incluſit & Orco.
Iamque Deos omnes varios,quos antè colebat
Impia gens,& quæque ſuo ſibi finxerat olim
Arbitrio,ſpecieque hominum ſpecieque ferarum,
Expulit,& Græcæ varios longoſque labores
Gentis,in exacta penitus ratione Deorum
Quærenda,oſtendit pueriles & ſine fructu:
Rem longam,varioque diu ſermone ſtyloque
Iactatam ingeniis ſapientibus atque diſertis,
Qua felix homo re fiatque beatus adepta,
Quæ virtus ſit prima loco,quæ præmia cuique
Virtuti,quæ ſint vitiis poſt tempora vitæ
Supplicia,& quæ æterna domus ſedeſque futura
Corporibuſque animiſque,rapax cùm verterit ignis
In cinerem terras,& quod tegit omnia cœlum.
Hæc obſcura prius prædictaque vocibus olim
Ambiguis,puer explicuit Solomonis in æde,
Congreſſus Scribis primùm legiſque peritis:
Cùm doctori operam nulli tamen antè dediſſet.
Idem pòſt firma ſapiens ætate magiſter,
Legit diſcipulos piſcatu & retibus ægrè
Vitam inopem & duram tolerantes,nullius artis
Imbutos ſtudiis,nullo doctore politos,
Non opibus,non & lingua aut ſermone potentes:
Ne putet humana vi quiſquam iacta vel arte
Fundamenta nouæ tum relligionis,& illam
Deceptoſve dolis homines,armiſve coactos
Accepiſſe: fuit ſimplex & neſcia fraudis
Gens prior illa Deûm. nanque ipſo in limine primo
Oſtendit,quæ ſpes illos,quæ vita maneret,
Sanctorum qui ſe numeris adſcribere vellent.
Non quo more ſolent vani ſuauiſſima primùm
Hoſpitibus lætis caupones fundere vina,
Illa deinde acri aut acido miſcere liquore:
Frons erat aſperior multò quàm deinde receſſus:

Nil blandum, fictumque nihil quod fallere poſſet.
Omnia dura viris, adſpectuque horrida primo.
Nanque iubebat eos patrimonia vendere nummis;
Et pretia in medium conferre iubebat alendis:
Pauperibus, (ſatis eſſe homini veſtemque cibumque)
Linquere amicitias omnes, omneſque propinquos,
Rerum humanarum prorſus nil ducere curæ,
Vni conſecrare Deo ſe vnique dicare.
Cætera, quid? fortaſſis erant procliuia? ſedes
Perpetuas cœlo poſt iſtam denique vitam
Promittebat, iter durum tamen atque fragoſum,
Damna per ærumnaſque graues multoſque labores,
Et turpes ignominias & vincula dura:
Denique ſupplicii omne genus prius eſſe ferendum,
Quàm promiſſa Deo poſt mortem præmia ferrent.
Hæc poterant homines tum deterrere paternis
Ne vellent domibus migrare, ſuiſque relictis
Incertam atque vagam & ſine tecto ducere vitam,
Fatalemque diem ſæua præcurrere morte.
Nam propiora ſolent & iam iam oblata vereri
Vulgò homines, neque ſpe dubia præſentia mutant.
Attamen exactis tercentum haud amplius annis,
Omnes relligio nullo diſcrimine ſexus
Ætatiſve, humiles & egenos, ac ſine cenſu
Primùm, mox etiam locupletes æris & agri;
Deinde magiſtratus etiam regeſque ſuperbos,
Omnes ſponte ſua ſine vi, ſine fraude, volentes
Cœpit, & oblitos patriæ rerumque ſuarum,
Tanquam alto longa excitos poſt tempora ſomno,
Suaſit inire nouū vitæ genus, atque futuram
Illam iamque iſto meditari in corpore vitam;
Omnibus audenter caput obiectare periclis;
Non quodcunq; malum, non ipſam horreſcere mortem;
Denique & hoc ſpatium breue ſic tranſmittere vitæ,
Vt qui prætereunt ſaltus & inhoſpita teſqua,

Deſer-

Deſertas Libyæque domos,aut turbida tranant
Æquora,vt optatum quamprimum attingere portum
?oſſint,& capere in patriâ ſine fine quietem,
)efuncti innumeris terræque mariſque periclis.
Felices,ocalis coram quibus illa tueri
Contigit,ac voces & verba audire loquentis!
Quæ priſci antè patres,priſci cupiere prophetæ,
Jec videre tamen,ſed proſpexere futura.
Iec dum etenim præſcripta dies & debita fatis
'enerat: interea ſpes illos dulcis alebat,
t loca poſt mortem iuſtis conceſſa petebant.
At nos,auditis ſi credimus,haud minor olim
'ec minus ampla manet merces & gloria cœlo.

Ad Io. Bellaium Card. & Epiſcop. Hoſtienſem.

onec vos bello miles vexauit Iberus,
e mihi, *Bellai*, reſcribere poſſe negabas:
tque etiam vacuo nunc ceſſas hoſtibus agro;
eque die menſes,de menſibus extrahis annos.
uis ſcit an hæc manſura diu ſint otia Romæ?
epulſus,non fractus abit,qui venerat hoſtis.
tera ſi deſint,non inteſtina deeſſe
lla diu poterunt. Domini mutantur in horas.
m præclarus honos pretio tentatur & armis.
i dira mouent inter ſe prœlia fratres.
c tu (ſi cupias) tamen hæc ſpectare ſedendo
ſſis: ingenium tibi Dii,vireſque dedere,
tua præcipuè ſuffragia quiſque repoſcat,
c leue momentum,quocunque acceſſeris,addes:
ſitan & ſi lege viri,ſi more legantur,
ximus iſte gradus primo ſuccedat honori.
Tam varias eſt nulla vices experta poteſtas,
: ludo Fortuna magis ſe prodidit vllo.
a breuis ſpecies & imago ſimillima ſcenæ:
era deſperant obſcuro ſanguine nati
eria,aut magnæ dominatum gentis adipiſci:

Hanc modò ſumma tenet, modò ſors rapit infima ſedem,
Nec regnum eſt aliud miſeræ ſperabile plebi:
Infelix regnum, ſi cui vel propter honorem
Expetitur, vel diuitias, vel quò mage luxu
Diffluat, & multo viuat pulchellus in auro.
Da mihi Pontificem, qui non æquare nepotes
Regibus, & Latio non ſit meditatus in ipſo
Nomen & arma, ſuæque inſignia ponere gentis,
Europæque omnes populos armare, feraſque
Saltibus Italiæ mediis committere gentes:
Non ſic Petrus: & illa piorum lumina Patrum
Iſto qui ſedêre loco, primique per omnem
Europam atque Aſiam ſparſerunt ſemina veræ
Relligionis, & hanc laudem peperere futuro
Pontifici, reliquos omneis vt præſtet honore.
Non illis ferro longè protendere fines
Cura fuit, non armatis ſua regna tueri
Militibus: verùm contenti paupere tecto,
Quærebant victum manibus, veniamque Deorum
Numina poſcebant cum fletibus, & prece multa,
(Nam quid ſe ferro, quid ſe tutetur & armis,
Sæuo carnifici iugulum qui porrigit vltro ?)
Spes regni cœleſtis erat, quod vertere nulla
Vis hominm, quod nulla dies conſumere poſſet ?
Quorum ſi tibi mens imitari facta virorum,
Me, Paulloque auctore, licet tibi maxima Roma
Seruiat, & ſeptem ius dicere collibus optes:
Sin te delectant breuia hæc perituraque regna,
Æternaſque domos contemnis, ſpémq; futuri:
Tam bellum tamen ingenium periiſſe dolebo
Romano in portu, clademq; auxiſſe priorum.

Ad Odetum Caſtilionæum Cardinalem. Conſolatio in matris luctu.

Tu quem tot Natura bonis ornauit abundè
Corporis atq; animi genuitq; ad maxima rerum,

Quem dulces proprio lactarunt vbere Muſæ,
Cui mox (quæ tua laus) acceſſit plurima Virtus,
Et quæſita diu magno Doctrina labore,
Quem Pallas ſapiens,& Palladis æmula Iuno
Certauere ſuis cumularet largius vtra
Muneribus,pulchramq; dedit Venus aurea formam,
Tu tantum capias in matris morte dolorem,
Et lacrimis oculos perfundas,oraq; fletu:
Vt neq; vox requiem,neq; lux ſolatia poſſit
Huic præbere malo,nec ſermo fidelis amici?
Nequicquam attigeris libros,& ſancta Platonis
Dogmata: nequicquam Paullum contriueris vſu?
Scilicet hunc vitæ curſum ſtatuit Deus,vt cùm
Certis quiſq; ſuum ſpatiis deſcripſerit orbem,
Soluat in extremâ Naturæ debita fini.
Reſpice quàm variis,hominum,Natura figuris
Ludat generi.lucem fugit ille priuſquam
Sentiat & quid ineſt dulcedinis,& quid amari:
Ille ſibi tardos queritur procedere menſes
Quem manicæ,pedicæve,& triſtis pondera ferri,
Aut bubulo metus à neruo remiq; fatigant,
Aut rigidæ leges, & ſquallor carceris atri:
Quoſdam iudiciis Fortuna oppreſſit iniquis,
Et delatorum voces & Principis ira.
Hunc vero, cùm diuitiis & rebus abundet
Omnibus infames circumſtant vndique morbi:
Tabeſcit,fruſtra medicis confiſus & auro.
Hunc duræ vexant hiemes, aut turpis egeſtas
Conficit: illum lapſus equi, murique ruina
Præcipitem dedit, aut fatali machina telo,
Externâ iacuit proiectum corpus arenâ.
Ergo omnes ſine delectu puerique ſenéſque
Pereunt, moritúrque immenſa potentia Regum.
Sed neque mors aut eſt,aut debuit illa videri,
Quam melior deinceps æternaque vita ſequatur:

Nec grauis hoſpitii mutatio, cùm loca putri
Hæc congeſta luto, claris mutentur Olympi
Sedibus, & magno ponas veſtigia cœlo.
Iam quibus exuimur rodentibus intima curis,
Quàm varios capitis, renum, laterumque dolores
Effugimus (quæ ſunt coniuncta incommoda vitæ,
Præſertim ſenior cùm nos oppreſſerit ætas,
Et malè tranſactæ ratio reddenda iuuentæ.)
Quod ſi mens etiam fuerit ſibi conſcia recti;
Præterea ſoboles ſi grata, piique nepotes
Contigerint; verè Diis illum credere amicum
Poſſis: iure queas etiam appellare beatum.
Felicem meritò celebrauit Roma Metellum,
Exanimis cuius nati ſubiere feretrum
Quattuor, illuſtres famaque & honoribus vrbis.
Nec minor Argiuæ ducenda eſt gloria matris,
Quæ quondam natorum humeris inuecta ſuorum
Ad delubra Deæ venit, plaudente caterua
Circunſtantum hominum. nil ſanè optatius illi
Tum fuit, in mediis animam quàm ponere natis,
Iucundos amplexus inter & oſcula grata.
Sed non reſpondere ſuis pia Numina votis.
Quàm multò hæc in matre tuâ maiora fuere
Omnia, ſiue quis intus eam, ſiue adſpicit extra.
Vixit enim ſummo nupta atque innupta pudore,
Fortem nacta virum, quo Gallia ſæpe Tribuno
Rettulit innumeros ſuperato ex hoſte triumphos.
Et ſuper hæc pulchram genuit pulcherrima prolem,
Et teneros aluit partus, & vidit adultos.
His defuncta bonis tot, ſupra vota preceſque
Felix prole ſuâ, felix & prole ſuorum,
Longum ætatis iter multos emenſa per annos
Viribus integris animi, ſecura futuræ
Poſt paulò vitæ meliorẽ ad aſtra receſſit.
Quæ bene perpetuo traductæ clauſula vitæ

Iunc tibi mœrorem ex animo detergere prorſus
ebuerat, triſtemque in gaudia vertere luctum.
Tu ſis innumeris Naturâ inſtructus & arte
enè bonis; tamen & medicinam à tempore poſcas,
t miſer expectes, ſtultorum more, quouſque
andem longa dies tibi ſera obliuia portet?
uin ratione magis tantum ſedare dolorem,
lentè gradiens decu[illegible] præuertere tempus.
oc decus & ratio ſuadent, ipſique parentis
Si fari poſſent) manes, tuaque inclita virtus,
oc te Bellaius, qui ſe modò Principis aulâ
oripuit, comiteſque ſuos vrbemque reuiſit;
oc ſacri vates, aliique rogamus amici:
nique & ipſa rogat te patria, voce canorâ
uanta vi ſtudioque poteſt abſiſtere luctum,
c ſe deſerere officio & pietate priorem,
blica priuatis præponere commoda damnis.

Ad Io Bellaium.

npridem numero menſes, & tempora, & annos
lai, retroque oculos & lumina flecto,
quis te nobis caſus, tua ſi qua voluntas
c referet. votis ſed enim contraria noſtris
mina, & auerſam videor cognoſcere mentem
tuam. patriaque aliud curare relictâ.
ue vtinam primos tenuiſſes fixus amores,
malis hodie Romæ tamen eſſe ſecundus,
àm regnare domi primamque inſiſtere ſedem
atriâ, quæ te genuit, quæ fouit alumnum.
t malè, Roma, tibi malè ſit, quæ vulturis inſtar
rifici, totum variè diſperſa per orbem
nia bella voras, argenti quicquid & auri eſt,
icquid opum. nec tot rerum contenta rapinis
uuiem expleuiſſe tuam: quodcunque virorum
gium eſt vſquam rapis, & clariſſima quæque
enia, vt tanquam delectu gentis acerbo,

Florent quæque ſuis orbata ciuibus vrbes.
Non tuus immanis ſine cauſa Romulus auctor
Lac fertur ſuxiſſe lupæ non deinde coloni
Rupta pace tui matres rapuiſſe Sabinas.
Sed quinam tibi te cantus, quæ carmina mentem,
Eripuere tuam, qui ſucci, herbæq; nocentes,
Bellai? quis te vaniſſimus imbuit error?
An ſperare licet demi quoque poſſe monendo
Errorem aut ſcriptis, aut voce fidelis amici
Hunc tibi? ni refugis, claudiſque monentibus aures;
Experiar ſi quid poterunt mea carmina, verus
Quæ dolor expreſſit: ſed quo te ignoſcere nobis
Æquius eſt, ſi quid ſtylus ardens ſcripſerit ira
Iucundum gratumve minus, ſtat nulla dolenti
Scribendi ratio. namque hinc te maxima poſtquam
Roma tulit, non prata mihi ridere videntur,
Non nemora & ſiluæ dulces præbere latebras
Vatibus hic noſtris, & mollem deſuper vmbram.
Ipſe parum fluuio delabi viſus amœno eſt
Matrona teque diu nimis indignatus abeſſe
Turbidus aduerſas deiectum tendere moles,
Et ſuper impoſito colli præbere malignè
Viſus aquam, ſolidumque obniti rumpere plumbum.
Quinetiam viſæ nobis ſudare Deorum
Marmoreæ effigies tua qui promiſſa ſecuti
Ad nos tam longè Roma venere relicta:
Qui te ſi ſperent tam longum hinc abfore tempus,
Nunquam traduci ſeſe patiantur ab vrbe.
Pomona ipſa referta ſinum, Caducifer ipſe
Hermes, ipſe tuus lacrymari viſus Apollo eſt:
Atque nouem ſupra ſtantes in limine Muſæ,
Et pater Herrici Regis, qui præſidet illis,
Muſarum dum vixit amans, vatumque piorum.
Hæc vidi his oculis ſemel, ex quo lætus abiſti,
Et dixi lacrymans: neque vos poſt ipſe videbo,

Dum

um veniat,tum veſtra tulit,qui gaudia ſecum.
antum homine eſt tantum momenti & laudis in vno:
t quæ viſa modò eſt velut aurea tota nitere,
utato ſordeſcat hero domus,omnia perdant
rnamenta ſuum veluti conſputa decorem:
t cùm ſe medium Lunæ inter Solis & orbem,
erra facit,clauſoque obſcurat lumine cœlum.
Quid ſi nunc oculis tua Sammoriana videres
ædia Bellai,tanto tibi culta labore,
c ſtudio,dum te noſtri patriæq; tenebat
ura tuæ,nunc plena ſitu,nunc aſpera ruſcis,
ppis, & tribulis? quid ſi quas antè ſolebas
ectus inire vias frondoſæ vitis in vmbra,
ut inter quercus proceras inter & vlmos,
ue iugis,ſeu valle caua,nunc ſentibus hirtis
orrentes,& ſponte ſuâ naſcentibus herbis?
unquam (quæ tua mens aliis mihi cognita rebus)
bſtineas nunquam lacrimis,ſimul illa vel optes
on exculta prius,vel non iacuiſſe relicta.
rſitan & noſtris,ſis forſitan atque Leonis,
octorumque memor comitum,qui ſemper euntem
onè ſequebantur,quorum pars lumine caſſa eſt,
rs & viuit adhuc,& te cupit antè videre,
uàm mors atra caput nigris circumuolet alis.
Vt ſuper inductâ qui pellice,prima refugit
oniugia,inque nouis defixus amoribus hæret,
oſt hiemes aliquot,ſatias vbi cœperit illum,
oncubitus repetit veteres,thalamumque priorem:
c multos hominum peregrè in longinqua profectos,
ùm grauis illorum incubuit ceruicibus ætas,
urſus in antiquæ gremium deſcendere matris,
urſus prima ſuæ cunabula viſere gentis,
urſum haurire iuuat lucem naſcentibus hauſtam,
feſſa in patrio deponere membra ſepulchro.
Hoc Laërtiades ſeſe debere putauit

Hoc Ithacæ ſcopulis: idem ſapientibus, idem
Omnibus eſt aliis animus: ſed fata morantes
Dura intercipiunt, nam cur exempla recurram
Nota tibi ſacris extant quæ plurima libris?
Ex quibus inſignes pietate Deoque placenteis
Quoſque viros, diſcas, tutò cùm maxima poſſent
Et bona multa frui, quæ tum regione ſedebant,
Externis vitamque beati degere terris,
In patriam ſedeſque ſuas rediiſſe libenter
Cum natis & coniugibus ſeruiſque paterno
Inde ſuos condi cineres mandaſſe ſepulchro.
Quæ non aſpernanda aliis præcepta videntur
Omnibus eſſe, tibi longè minus illa, Sacerdos
Magne Deûm, nobis qui non modò voce præire,
Sed factis etiam debes atque ordine vitæ.
At ſpecioſus honos, capitiſque inſigne ſuperbum,
Te Romæ retinent, & lati purpura claui,
Princeps inque tuo locus ordine, iuſque rogandi
Collegas, quæ cuique animo ſententia ſedit.
Vſque adeo magnum eſt Romæ in primoribus eſſe,
In parteſque venire alio rectore ſecundas,
Vt tibi non potior tua ſit prouincia iuris
Tota tui: Romam quæ ſaltem hoc nomine vincit,
Quòd caret inuidiâ, caret ambitione potentum,
Nec fugere inſidias, aut cuiquam tendere curat.
At neque purpurei nulla eſt hic gloria panni,
Nullus honos, ſed par, vel non minor eſſe videtur:
Excepto, quod non (qualis cùm pompa ſacrorum
Tranſuehitur) grauis & longus præit ordo clientum:
Nec litui celſa cantus modulantur ab arce.
Sed quos te memini contemnere ſemper honores,
Et ruber inuito primùm tibi tempora texit
Pileus, & nunquam nimium lætatus adepto es.
Hic mihi conſilium prauumque parumque fidele
Obiicient plerique tui, qui coner ab iſto
Te

Te reuocare gradu, cui proximus vſque videris.
Primùm, huius (puto) nulla rei te cura quietum
Sollicitat: quia poſt mala rem quàm multa ſequantur
Proſpicis. & potes hoc felix ſine viuere regno.
Deinde (bonas quoniam pulſat quoque gloria mentes)
Si mihi compertum certis rationibus eſſet
Pontificem fore te, gauderem non minus illis,
Nec cauſa tamen ipſe tua, ſed quod nihil vrbi,
Aut orbi cadere vtilius potuiſſe putarem.
Sed cùm Pontificum vitas & facta recordor,
Aut immaturæ percurſum fulmine mortis
Quenque bonum video, aut vitam mutaſſe priorem,
Et cœlo genus vſque ſuum, nomenque tuliſſe,
Acciſis opibus regni, generiſque Latini,
Neglecta pietate ſimul, cultuque Deorum:
Vt tua ſed virtus tibi mentem præſtat eandem
Perpetuò: nec quicquam excepto nomine mutes:
Attamen hunc qua ſpe vetulus ſecteris honorem?
Quæ tibi ſiue hominum cadet irrita fraude malorum,
Qui meritis, veræque negant ſuffragia laudi,
Seu quocunque alio (nam mille pericula) caſu,
Serò te ſenſiſſe dolos & vana ſecutum,
Nec Spartam coluiſſe tuam ſortemque dolebis.
Siue tibi ſurget triplici caput altius auro;
Et tandem Petro dignum tua Roma videbit.
Pontificem, tamen iſta ſeni quàm longa manebunt
Imperia? aut hæc præter agetur quàm citò ſcena?
Quid, tam corruptos mores formare diebus
Tam paucis poteris? merces excludere templis?
Virtuti meritos vni concedere honores?
Deerit & ipſa dies, deerunt & tempora, quamuis
Sit præſtans animus, quamuis præclara voluntas.
Tum grauis (extremæque malum commune ſenectæ)
Tardus, iners fies, & amans requietis, & oti:
Non eadem vis mentis erit, non acer vt antè

Digitized by Google

Spiritus aut quale eſt iuuenili in pectore robur.
Sic tu,cum poſſis patriæ prodeſſe ſalutem
Illius abiicies,nec eris tamen vtilis vrbi.
Adſpice deinde quibus ſtudiis,quantaque ferantur
Ambitione patres,quanto ſimul omne tumultu
Concurrat Latium,totus fremat excitus Orbis,
Defuncto quoties petitur ſucceſſor & hæres
Pontifici,clauſumque tenet conclaue Senatum.
Plus ibi ſæpe valent partes,& nomina regum,
Gratia,ſpes,odium,metus,& promiſſa potentum,
Quàm pietas,& quàm virtutis nomen inane:
Quicquid erit; nimis hæc magno victoria conſtat.
Et quoniam biſſena tamen iam luſtra peracta
Sunt tibi,quæ non longè ætas ſolet eſſe ſepulchro,
Iam tempus,fluxum & fragile hoc deponere regnum:
Moliri cœloque domos,æternaque regna.
Non facit immortale tuum vel purpura corpus,
Non faciet triplicifve decus regale coronæ.
Quinetiam minimum ratio poſcetur ad aſſem,
Quæ mage difficilis tantò grauiorque futura eſt
Ante Deum,quanto fuerit prouincia maior.
Ergo ſi meliora voles audire monentem,
Siue aliquid patriæ lacrimis dare,ſiue tuorum
Aſſiduis precibus,nos vere ineunte reuiſes
Bellai.ſin fata negant,aut ſpernis amici
Iuſſa tui,tu neſcio quæ tibi gaudia poſthac
Promittas,ego mî lacrymas & ſpondeo luctum.

Ad Achillem Bocchium Equitem Bononienſem, & præſt. Poëtam, de fide Chriſtiana.

Bocchi,percelebri iamdudum cognite famâ
Trans Alpes Rhodanumque mihi,modò verſibus illis
Queis hominum mentes diuino incendis amore
Ad verum fidei cultum,cultumque Deorum;
Noſcere te cupio,numerumque augere tuorum.
Certum eſt verſando aſſiduè cum principe vatum,

Digitized

Si minus eſt licitum primis aut ſtare ſecundis,
Attamen extremum non claudere turpiter agmen;
Dicam igitur recinamque prius cantata, velutque
Magno diſcipulus referam dictata magiſtro:
Corporis vt moles animi terrena vigorem
Deprimat, obiectaque velut caligine noctis
Impediat prorſus, ne poſſit lumina ſurſum
Tollere, ne poſſit cœlorum arcana tueri:
Verum oculos tantum defigens rebus in imis
More ſuum verſetque lutum, verſetur in illo.
Quas animi tenebras, tanquam Sol lucidus olim
Diſcutit alma fides, vel (ſi quis dicere malit)
Mens accenſa fide: quis enim cœleſtia poſſit
Solers humanis adipiſci ſenſibus, vt non
Curſitet huc illuc variis erroribus actus,
Sæpe etiam falſa ludatur imagine rerum:
Dum velut obtuſo penetrat ſolidiſſima teſo,
Et quæ ſunt oculis imperuia cernere tentat?
Iam remoue craſſo fixos in corpore ſenſus:
Da mihi quanuis ingenium penetrabile, quanuis
Fœcundum, huc omneis humanas iunxeris artes,
Sit mihi ter purum, ſitque omnis ponderis expers,
Pernix aërium, parteſque volubile in omnes
Non illud terrâ hærebit, perque ima feretur,
Altius ingrediens cœlo ſe credet aperto,
Et lunam & ſolem & reliquos circundabit orbes
Stellarum, certoſque aditus redituſque notabit,
Idem ſi forſan cupiet cognoſcere cauſas,
Auctores rerumque Deos euincere cœlo:
Tum verò ſeſe multos mens neſcia paſſim
Induet in laqueos, quæretque in lumine lucem;
Diis adeò magnis impar, dabit inde ruinam
Præceps ex alto liquefactis æthere pennis:
Vt malè qui ſeruans cauti mandata parentis
Icarus Icario dedit olim nomina ponto.

Tali-

Digitized by Google

Talibus innumeris eſt omnis plena vetuſtas
Exemplis,tales produxit Græcia multos,
Quos nimium vano ſapientes nomine dixit.
Rixantes linguis,ſine mente loquacibus,vltra
Fœmineum morem aut cornicum nube volantum.
Nullos penè duos ſimiles eademque probantes:
Dum vel poſterior conuellit dogmata primi,
Aut placita alterius decretis dum ſua præfert,
Moliturque nouam proprio de nomine ſectam.
Nec tamen inuentus qui per tot ſæcula verum
Viderit infelix non eſt qui proxima vero:
Donec ſancta Fides dono demiſſa Deorum,
Primum ſe tenui populo gentique minutæ
Miſcuit,ingeniis nimiùm deſpecta ſuperbis.
Inde per ærumnas,cædes,tormenta piorum
Euaſit,nulli patiens ſuccumbere fato:
Nobiliumque domos & regum tecta ſubiuit,
Signaque per totum victrix circuntulit orbem.
Non aquila huic ſignum,non minotaurus imago
Terribiliſve feræ,miſeros quæ terreat hoſtes:
Crux eſt ſanguineis maculis diſtincta trophæum
Illius à quo ſancta fides manauit in omnes.
At non carnificem,non hoſtibus illa minatur
Exitium (quanquam grauis illos luce carentes
Pœna manet nigri quondam Phlegethontis ad vndas:)
Omnia dura ſuis oſtendit,vincula cædes,
Lethi infame genus pendens è robore corpus.
Vt ſint nimirum leuia hæc,nihilique putentur,
Perficit alma fides,quæ cùm ſemel hæſerit intus,
Et penitus noſtris fuerit concepta medullis,
Continuò totam rapit ad cœleſtia mentem,
Præcipuoque Dei ſummi deuincit amore:
Et facit vt credat quæ vix credenda videntur:
Fortunam victrix incommodaque omnia vitæ
Subiiciat pedibus geminas contemnat & aurum,
Quæque

Quæque alia inſipiens bona vulgus maxima ducit:
Ac meditata mori quòd ſæpius antè diuque
Eſt, referre ſuâ credat nihil, an bene membris
Sit, capitiue ſuo quæ vix ſua iudicat eſſe.
Ergo non illa humanis rationibus vllis
Orbes ſtellarum penetrabit, & intima cœli,
Non arcana Dei, non credita myſtica paucis;
Per ſe viq; ſua poterit cognoſcere tantum:
Verùm terrenam ſibi molem & vincula demet
Corporis, ac poſitâ, velut anguis, vere ſenectâ,
Solâ nixa fide, tanquam pernicibus alis,
Nuda ſuper lunam & ſolem ſuper aſtra feretur,
Ante Dei faciem donec ſe ſiſtat, & illo
Freta velut ſpeculo facile omnia cernat vbique.

Ad Lancelotum Carlum Epiſc. Rhegienſem.

Diſſimulare etiam potuiſti, *Carle*, tot annos?
Diſſimulare aliis? &, quod mage miror amico
Tam caro, veterique, tuæ tam laudis amanti,
Tantum Carle decus? tam raram carminis artem
Scribendi? cùm tu præſertim noſtra legendo,
Quamuis dura tamen, quamuis inculta probares.
An tu diſſimules, qui tam mihi candidus olim
Viſus eras, animique aliis in rebus aperti?
Quid cauſæ eſt igitur? tibi ſcilicet ipſe canebas,
Et Muſis, plauſumque dabas tibi ſolus, amice.
...c laudem refugis? meritos ſic ſpernis honores?
...c tibi odoratæ ſordeſcit, magne Poeta,
...tondis honos? pulchræ ſic vilis gloria palmæ?
...tqui larga tibi fœcundo copia ſemper
...re fluit, quoties aliorum carmina laudas,
...t vates nullis hominum poſtponis, & ipſam
...erre ſoles meritis ad cœlum laudibus artem.
...n ſuper Aonios ſaltus, ſuper ardua montis
...rnaſſi, rapidis te Pegaſus extulit alis?
...aſtalioque auidus poſtquam de fonte bibiſti,

Muta-

Mutatus ſubitò es, factuſque repentè poeta?
Nam quòd, amice, tuis fingis te lumine captum
Verſiculis, & me veſtigia cæca regentem,
Non agnoſco: vide potius confixeris ipſe
Vt lippos cornicum oculos, & ademeris omnem
Spem reliquis, tua ſcripta legent quicunque, poetis
Scribendi verſus. ò vatum pectora cæca,
Lactentem hunc adeò catulum qui ſurgere paſſi,
Nec fixere prius telis & arundine denſa,
Quàm ſubitò incipiens latratus edere magnos,
Et vocem tulit & fauces compreſſit adultis.
Quòd mihi notus eras quoniam magis. ipſe futurum
Proſpexi. ſed enim numero ſecluſus ab illo,
Spernebam capiti non impendentia noſtro;
More hominum qui ſæpe aliena pericula rident,
Et quaſi præcipiens animo ventura ſagaci,
Sperabam dominis me poſſe volentibus ipſis
Delibare aliquid de tanto laudis aceruo.
Nanque leues Muſæ nobis abiere relictis
In Druydum ſiluas, loco ſentibus horrida, poſtquam
Venimus, & miſeris lites ordimur acerbas
Iudicibuſque reiſque. ſed ò vos nectare poti,
Reſpicite hunc noſtrum aſſiduum ingratumque laborem
Et nos his preſſos aliquando exoluite curis.

Ad Carol. Card. Lothar. Conſolatio aduerſus reliquias diuturni morbi.

Vt biduo plane perii, biduoque reuixi!
Nam tum qualis erat mea mens, quàm fracta pauore,
Nobis fama tui venit cùm nuncia morbi.
Vt ſe collegit, nullum ſimul eſſe periclum
Audiit, alternaque leuari membra quiete.
Nunc regi Superûm meritò perſoluimus omnes
Vota pii, noſtras pro quo formidine menteis
Soluit nunc precibus; votiſque repoſcimus illum
Huius relliquias à te depellere morbi.

Te verò cui parta ſalus eſt munere Diuûm,
Et quem lætari decuit plus omnibus vnum,
Conturbare tuo narrant communia vultu
Gaudia: te referunt nil viſum triſtius vnquam.
Et quæ cauſa tui mœroris tanta? quid ipſe
Quid malè tam de te meritus data munera cœlo
Reſpuis, & ſuauem tibi rerum ſubtrahis vſum
nuidus? atqui nulla videtur cauſa dolendi.
Omnia ſunt belleque foris pacata, domique,
Conſilioque tuo, atque Errici principis armis,
enimus, & tantum ſine ſanguine vicimus hoſtem:
t regi veteres ceſſit Germania fines,
ibera, crudelis manibuſque erepta Tyranni.
ec minus arridet priuatis ſors bona rebus:
am quæcunq; homini contingere maxima poſſunt
Superis, & quanta vel auſit poſcere nemo,
gremium delapſa tuum profuſius omni
nbre fluunt. Tu viuis, & omnibus eſſe beatus
rederis. at quid poſſideas tamen intus & extrà,
quæ circunſtent bona te neſcire videris.
erùm hæ relliquiæ, morbi velut vmbra prioris,
ntriſtant animum, ſpes vana, metuſque futuri.
Non ego te ſolabor, vti feciſſe leguntur
uidam olim, quia ſcilicet vno crure laboras,
ge, bene eſt, ò amice, valent ſi cætera membra;
primis horis quoniam ſine febre fuiſti,
eclarè eſt, quamuis acceſſit veſpere febris.
cùm eſt alternis requies à febre diebus,
n mœſtas æquum ad Superos proferre querelas:
quam menſa pari Natura bonumque malumque
ndere miſcuerit: nunc mater, & antè nouerca.
us eſt ratio iamdudum exploſa magiſtri.
Quid ſi de medicis promam ſolatia libris,
bis ſex tabulis? & agam ſic denique tecum?
ntinua abſceſſit: res eſt ſecura pericli:

Hæc

Hæc habet alternam requiem : Quartana minatur
Vicinas hyemes & triſtis frigora brumæ.
Sed neque lenta nimis tardæque inimica ſenectæ :
Terreat impigrum iuuenem quartana, repente
Diffluet, ac nubes ſolis tepefacta calore.
Et lenis eſt quartana vetus, neque liberat ægros,
Quominus & promiſſa obeant vadimonia ciueis :
Et ſua militiæ dent nomina, Prætor ad arma
Cùm vocat, infeſtuſque propinquat mœnibus hoſtis.
Multa quidem poſſum tibi non incognita certè
Et variis deprompta locis exempla referre,
Quæ doceant quâ te poſſis ratione tueri,
Quo ſolers humana feras incommoda pacto.
Quid ſi nec mala res eſt morbus, vt eſſe videtur,
Et veri ſpecie nos ludit opinio falſa?
Vt ſi cui medicus porrexit amara fidelis
Pocula, principiò auertens oblata recuſet
Sumere, poſt æger caris perſuaſus amicis
Quæ ſit vis eius medicaminis, hauriat vltro.
Sic quoque nos docti morborum ab origine cauſas,
Auctoreſque Deos, animo tolerabimus æquo :
Suſpenſos habeat, quamuis tamen exitus anceps.
Cumque ſit humani generis pater, & bonus idem,
Suppeditare ſuis bona par eſt credere natis,
Et curare Deum, quæ nos curare ſolemus.
Ipſa nec in terris quicquam Natura creauit,
Ex quo non aliquem poſſis decerpere fructum,
Quanuis tabificos infligat vipera morſus,
Vtiliter ſolet antidotis præſentibus addi.
Multa etiam veniunt interdum commoda nobis
Ex inimici hominis maledictis, aut malefactis :
Corrigimus vitam, moreſque : audimus ab illo
Flagitia, infidus quæ nos celabat amicus.
Nam quæcunque Deus mittit mortalibus ægris.
Seu bona ſeu mala ſunt, ſapiens ita collocat aptè

quadrare putes. corrumpunt & bona ſtulti,
mala quæ fuerant faciunt peiora fruendo.
cùm dura nimis ſtomacho datur eſca valenti,
oncoquit ille tamen tribuitque alimenta per artus:
cibus infirmis in bilem vertitur atram,
uanuis ille tener, cedatque molaribus vltro.
plerique, malo cùm corporis antè fuiſſent
firmoque habitu, poſitâ ceu vere ſenectâ
cultant angues nitidi, ſic febre ſoluti
utatâ accipiunt tanquam noua corpora formâ.
c minor vtilitas animorum: maxima, crede,
rs hominum, triſti niſi morbo vindice, nunquam
reuocet: cœlique vias poſt terga relicti
rſus eat. Quis enim florens & corpore ſano
ter delicias agitat cœleſtia mente?
emo ferè trepidis niſi rebus numina Diuûm
igna vocat. Monitor ſapiens in tempore morbus.
Expertus moneo didici quæ non ita pridem,
m multo fluerent ruptæ mihi ſanguine venæ,
me dira ſitis premeretque intercutis vndæ
metus, & præſens, obſtent niſi fata, periclum.
as ego non aras quæ non delubra Deorum
m ſupplex adii! quibus hoc non denique votis
mnaui funebre caput! cumque antè pigeret
orum, in melius mores mutare parabam,
pendens mecum, factum hoc bene, ac hoc male factū:
facies melius, ſic te cœleſtibus addes.
O cæcas hominum menteis, ignaraque corda!
licet expectamus vt æthere ruirſus ab alto
ſcendens, noſtræ reperat conſortia vitæ,
que Deus turbis immiſceat agnitus illis,
ua conſilia claro pronunciet ore.
n ſatis illa fuit manifeſtis prodere ſignis?
At magnum quanuis poſſim perferre dolorem,
reuis, & citò præteriens: ſin longior, haurit

Paulatim vires, animùmq;. Sed, ò bone, maior
Cernitur vtilitas in eo qui longiùs hæret:
Nam breuis ille prius fugit, quam ſenſibus imis
Acceptus penitus deſederit. vt bene multa
Cum ſimul in terram ſubitòque effunditur vnda,
Non altè penetrat, ſed tantùm ſumma rigando
Præterit: at longo diſtillans tempore, quamuis
Paucior, ima ſubit ſitientis viſcera terræ.
Cernis vt ipſa recens à partu fœmina, tanti
Vix ſoleat meminiſſe dies poſt quinque doloris,
Et thalamum repetat quem paulò abiecerat antè.
Sic quibus impoſuit plagam diuina poteſtas,
Si dolor ex illa breuis extitit, atque recedens
Relliquias ægro nullas in corpore liquit,
Audebunt etiam fœdare prioribus illi
Flagitiis animos turpique reuoluere cœno:
At qui longus erit, duros emolliet artus,
Paulatim, & menti pugnantia membra domabit.

Proderit & conferre tuis aliena, vicemque
Illorum, ſimili qui fato & ſorte premuntur.
Diuerſis quot vbiq; iacent regionibus ægra
Corpora, nullius curâ ſeruata miniſtri,
Nec medicas experta manus? quot millia cogit
Pauperibus miſeranda fames excedere tectis,
Et circum vicos atrum malè quærere panem?

Tu molli inſtrato depictis inque tapetis,
Seu calor eſt, æſtum flabris & frigore pellis.
Seu rigor eſt, multa propulſas veſte rigorem:
Et variis ingrata cibis faſtidia tollis.
Atq; hæc non parcis manibus tibi cuncta benignè
Porrigit Omnipotens, aliis non porrigit æque.
Quo debes tu plura Deo, qui contulit vni
Plurima, cùm poſſet tamen iſti plura, vel illi.
Nemo Deos vnquam fuit auſus poſcere tantum,
Q[illegible]

Nens

nc ſi febre leui tentant iuuenilia membra,
pondes animum. Nota eſt patientia Iobi,
m neque magnorum fregit iactura bonorum,
ritusque ſui generis, neque dira ſuperbæ
iugis indigno conuicia dicta marito;
immunda lues, graſſanſque per omnia morbus
era: tantùm illam eſt auditus reddere vocem,
lus in hunc mundum veni puer, ex eo nudus:
Deus nobis dederat, Deus abſtulit idem.
iſcant homines etiam pendere caduca
lio, neque ſpes in vanis ponere rebus.
Dic age poſtremò (quoniam concludere tempus)
ntis Domini quænam promiſſa fuere
ipulis: quibus ille ſuos dimiſit onuſtos
citis? fortaſſis opes, rerumque ſuarum
rum multos vſum promiſit in annos:
e voluptates æternâ pace fruendas?
m adeò nil prorſus habebat in ore. quid ergo?
os & tormenta, famem, duroſque labores,
um miſeris, ſeruilem denique mortem.
notis ſic ille ſuos diſtinxit amicos,
gras pecudes cùm paſtor ſeparat albis.
e ſi pulchri atque beati viuimus inter
es delicias, & nulla moleſtia, nullæ
dian ſomnos curæ, non poſſumus iſto
eri in numero, ſperareq; certa laborum
ia, quæ poſita in cœlo ſunt lumine caſſis.
Morbus, nec mala res igitur, nec inutilis, ipſis
oribus nonnunquam, animis etiam vtilis omni
ore: cùmq; Dei miſſu mortalibus ægris
it, & quoties, erit æquâ mente ferendus.
umeris onus ille tuis imponet iniquum,
pra vires, victor ſeu victus abibis,
iam tantâ referes pro laude coronam:
[illegible]

Febris, vt ægroto Deus illum corpore demat:
Conandum eſt etiam atque etiam languentibus, omni
Et curâ & ſtudio mens exhilaranda, iociſque
Ac ludis etiam fallendum tempus honeſtis,
Vt mox ad conſueta reuerti munia poſſint.
Ergo per Superos, per ſanctum Regis amorem,
Per quicquid carum eſt, vel erit tibi, vel fuit vnquam,
Excute mœrorem hunc animo, cape gaudia mente
Intermiſſa diu: & te vitæ redde priori.
Quod ſi nulla mouet propriæ te cura ſalutis,
Nullus amicorum reſpectus, amorque tuorum:
At patriæ pietas magnâ te voce rogantis
Excitet. Ingrati eſt patriam contemnere ciuis.

Ad Margaretam Valeſiam Franc. Regis filiam.

Ante fores me, Diua, tuas videre frequentes
Qui ludunt pueri, niſi quòd fortaſſis agebant
Tunc aliud, tamen erraui tua limina circum
Sæpius, inferremne pedem dubiuſue referrem:
Non quia me durus prohiberet limine ſacro
Ianitor, adſpectumue tui quia ferre nequirem
Cœleſtis vultus. quid enim vel mitius illo?
Quæ facies hilariue magis perfuſa nitore?
Et rediens Italis quondam legatus ab oris,
Hanc expertus eram bonitatem mentis in omnes:
Ex quo nota mihi tua primùm tempore virtus
Inter, Diua, tuos me iuſſerat eſſe clientes.
Quæ me res igitur retinebat adire volentem?
Ignauus pudor, & magnis contrarius auſis:
Naturâ meus ille quidem, veruntamen auctus
Iudicio (vitia vt defendere noſtra ſolemus:)
Idem conſpectu qui me quoque Principis arcet,
Præcluſitque meas diuerſa monentibus aures.
Incertum porro videant an acutius illi
Complures, an ſolus ego, ſed me tamen omnes
Sæpius hortantur, perfrictâ fronte pudorem
Ponere,

ere, ſollicitâ nil ambitione ferentes
us, ſpectare modò præſentia Reges:
res præteritas, nec res agitare futuras.
Tu prima niſi luce fores pulſaueris huius
m tibi proponis deuotâ mente colendum,
nanti adſtiteris, prandentique omnibus horis,
n te nox inimica domum diſcedere cogat;
per eris: vis eſt, vis eſt adhibenda beatis
ibus, eripiendaque multùm & ſæpe rogando
nera, nec famæ eſt aliquid dandumue pudori.
ine vides (etenim magnam longo ordine turbam
cribunt, notos etiam mihi nomine quoſdam)
nes hi permulta, vides, & magna tulerunt
mia, non meritis propriis, quæ nulla fuere,
equio tantùm, ſeruilibus officiiſque,
bitioneque prauâ & ſedulitate procaci.
magiſtratus petiit quos venderet auro,
ſibi templi reditus, Superiſque dicata
dia, de ſanctis huic prompta pecunia fiſcis;
vacuis manibus quiſquam diſceſſit ab aulâ.
Nec non me valde ratio commouit, vt eſc m
litatis habens, cuius poſſeſſio vilis
oper viſa mihi, ſemper deſpecta nec vnquam
nſuerſum potuit digitum deducere honeſto.
rior aduerſaria longè, & durior hoſtis
nbitio, laudumque animis innata cupido:
æ ſemper lectos hominum & clariſſima quæque
genia adgreditur, priuatæ neſcia vitæ
re modum, gaudenſque frequentis luce theatri.
ſeſe Natura tyrannis noſtra duobus
ncipat, & veluti furiis agitata, ſuique
memor, audet nobilium prærumpere clauſa
nina, & inuitis intro cuſtodibus ire,
gare aſſiduè, & miſeros occidere reges.
Vidi cùm nuper mediâ pranderet in aulâ

Henricus, premeret multorum turba virorum,
Et grauis inficeret loca ſpiritus, ille ſederet
Anguſto medius ſpatio, fuſusq; per ora
Multus ei ſudor manaret: nam fuit æſtas,
Et ſol ardentis ſuperabat brachia Cancri:
Vidi poſcentes à circunſtante miniſtros
Turba, vt perpaulum ſecederet, atq; feneſtrâ
Vt daret oppoſitâ ſpatium ſpirantibus auris,
Poſcebant multis precibus: quis crederet illos
Impetrare tamen nunquam potuiſſe? tacebat
Frater. nec iuſti dedit vnquam ſigna doloris.
Sic mendicabat vilem Rex maximus ille
Aera, quo miſer in triuiis mendicus abundat.
Dicite priuatâ quis veſtrum talia vitâ
Ferre velit? vobis lictores agmine longo
Apparent, coguntq; hominum diſcedere turbam.
Iam veſtrum quis non ſubeuntem excludat amicum
Intempeſtiuis ad ſe qui venerit horis?
Tu, cedo, tune domi exerces tam lene rogando
Imperium in ſeruos, tua ſunt tam mollia iuſſa?
Si conductus idem faciat mercede miniſter,
Aut lapides aut ſama volent, aut noxia maior
Si fuerit. multâ dorſum vibice notetur.
Vos alitis vitium hoc reges regumque propinqui,
(Parcite non vano dicenti vera poetæ)
Diſſimulando alitis vitium hoc alitiſq; ferendo,
Dum quos hac illac errare videtis inertes,
Veſtrum aut circunſtare latus, non protinus aulâ
Exigitis. quod ſi ex hominum ſermone ſciatis
Quanto peccetur veſtræ diſcrimine famæ,
Inuidiæ quantum vobis odiique paretis,
Nullus veſtrâ hodie fucus circumuolet aulâ.
Non ideo tamen auctor ſum non veſtra colendi
Numina, Diis geniti Reges Regumque propinqui,
Queis omnes omnem meritò debemus honorem,

ntum adſit modus & ratio, & pulcherrima rerum
atia, quæ decori factis ſolet omnibus eſſe:
nos officiis operam ſic demus honeſtis,
defraudetur pars noſtri muneris vlla
ſtram ne culpare moram reſpublica poſſit:
non ardua frons, non vox ſummiſſa docebit,
minus inuidiæ, minus eſt habitura pericli.
te ſuos Perſæ quoties venere tyrannos
iiciunt oculos, nec ſurſum lumina tollunt:
tonſulta etiam multis audacia, poſtquam
adeo refrixit, in ipſo concidit actu.
En totius habes (virgo doctiſſima) noſtri
rram conſilii rationem carmine longo,
æ tibi ſi fortaſſe probetur, gaudeo: ſin tu
ſſentis, erimus tam longo tempore tecum,
m te pœniteat noſtri (regina) moleſtos
tanquam fucos iubeas excedere tectis.

Ad Io. Bellaium Cardinalem.

ndem, Bellai, ſuperas tranſcendimus Alpes
c mœſti, quòd te fugientem apprendere quamuis
ſſe videbamur, non vnquam eſt facta poteſtas.
rùm nos aliquis Deus aut coniunget in ipſa
lia, aut etiam (quod ſpero) redibimus vna,
llemuſq; viæ placido ſermone laborem:
inetiam interdum faciemus carmina, Flaccum,
t aliquem ex priſcis imitantia vatibus. At tu
ſne etiam poſſint Muſæ experiare Latinæ
medio Latio, & penetralibus ipſius vrbis
procul Italia, Belgis vbi Matrona Celtas
uidit, & leni Vincenum flumine ſaltum
æteriens, belloque vocatam nomine villam,
l fanum, muris & relligione vetuſtum
bitur, & circum ſinuoſis flexibus errat:
num ſuppoſitum colli, quem pulcher Apollo
ſedit Muſis comitatus, & agmine vatum,

Nec procul hinc, poſtquam latè ſpatiatus in orbem eſt,
Cornibus adductis præclaram conficit Iſthmum:
Mox abit, occiduiq; ſequens veſtigia Solis,
Ad læuam condit ſeſe melioribus vndis,
Inde ſubit primam Francorum inglorius vrbem.
Si meliora potes, Bellai ſcribere Romæ,
Accipiam, propriumque loci *mirabor & vrbis
Ingenium: ſed enim vinci non poſſe videntur.
Antè quidem vulgo credebant eſſe negatum
Gallis vt verſus facerent, Muſaſq; teneri
Alpibus, vt clauſtris ſeptas ingentibus, intra
Italiam. ſed tu perruptis molibus, inſtar
Herculis, hunc noſtræ es genti partitus, honorem,
Extremiſque nouas terrarum in finibus aras
Princeps hoſpitibus Muſis Phœboque dicaſti:
Ad quas egregii recitant ſua carmina vates,
Non Italis, non Romanis ceſſura poëtis.
Aſt ego quem dulci fœcunda Bononia laſſum
Excepit gremio(ſi te cognoſcere noſtra
Fortè iuuat, veteremque adſeruas pectore amicum)
Porticibus latis contectus inambulo totos
Sæpe dies, cæloque Iouem contemno ruentem
Fulmina, & Etruſcis collectos montibus imbres.
Nec tamen interea ceſſo, neque torpeo, verùm
Cœpta mihi quondam fuero primaque iuuentâ,
Viribus haud æquis, poſt intermiſſa reſumo.
Leges prudentumq; hominum reſponſa, iacebant
Vt paſſim confuſa prius, ſineque ordine certis
Diſtribuo, mandoque locis, diuulſaq; membra
Compono, longi rem adeò magnique laboris.
Quòd ni me retrahunt lites & iurgia, diri
Terribileſque fori clamores: omnibus iſtud
Perfectum numeris opus annis reddo duobus,
Aut tribus ad ſummum. nec enim libet otia, quicquid
Temporis & vacui eſt ſemper tranſmittere nugis.

Scri-

:ibentem leuia & morientia carmina,quæ non
iic noſtræ ætati & fuſis per tempora canis
nueniant, quid quæris? in hæc poſtquam loca veni
tondere comam, barbam demittere cæpi,
uca loqui,ſignis & vultu oſtendere plura.
videor ſapiens, vt tantum pallia deſint,
Venetæ crepidæ: tibi forſan ſtultus & iis qui
on homines cultu, ſed vero examine pendunt,
ıæ placet amoto nobis ſententia riſu.

Ad Cardinalem Lotharingum.

ıthari magnum iubeo ſaluere nepotem
ui veteres longo pòſt tempore viſit amicos,
eptus variis pelagi terræque periclis.
O geminos fratres, noſtræ duo lumina gentis:
e duces inter multos fortiſſimus omnes,
epe malum noſtris aut finibus arcuit hoſtem,
ongreſſumve acie campo ſuperauit aperto:
u ſermone potens, ſuauis dulcedine linguæ,
uribus apprenſos homines, vt fune retorto
uc illud verſare potes ſeu pace tuorum
ormandi mores, ſeu gens procul extera noſtris
egibus,imperioque rudis parere docenda eſt.
Talem credibile eſt primorum ætate parentum
nituiſſe aliquem, ſparſis ſine lege per agros
ui populis perſuaſit vt iiſdem viuere vellent
ncluſi tectis, ſimul iiſdem legibus vti.
Nunc tibi quando vacat tua florida viſere rura,
t riguos circum Dampetræ fertilis hortos
re, vel aerii montem luſtrare Medoni:
Coniunctum villæque nemus, cæloq; minanteis
yramides, exciſaque rupibus antra cauatis,
Diis gratam patriis ſedem Romaque profectis,
t ſpatia in medio congeſtæ ingentia terræ,
Æquatoſque ſolo tumulos, & plana locorum,
Vnde tibi pulchram longè proſpectus in vrbem,

Vnde Vicennarum ſaltus, Regumq́; ſepulchra
Deſpicis & pingues quos Sequana perfluit, agros.
Hæc tua regna tibi conceſſu Regis obire
Quando licet. curis animum laxare memento,
Quæ iuueni ſpargunt albos per tempora canos,
Turpibus & rugis deformant frontis honorem
Ante annos atque ante diem. cape gaudia ruris
Cum Nymphis, genioq; loci, cum paupere vatum
Muſarumq; ſacro conuentu. diſce minora
Velle ſequi. paruaq; humiliq; remiſſius in re
Ludere, nec ſemper cum regibus eſſe beatis.
Quondam etiam Superi cœlo petiere relicto
Congreſſus hominum, nec vilis tecta coloni
Deſpexere, lutoque domus & arundine ſtructas.
Tu quoq; faſtum animo tantiſper, & excute Reges
Magnificos, atq; hæc nobiſcum obliuia pota.

Ad Petrum Montaureum magni conſilii R. Senatorum, elegantiſſimum poetam, & Mathematicum præſtantiſſimum.

Vltima quæ nobis à te longiſſima venit
Scripta nouo quodam pingentis epiſtola more,
Expreſſam referens hortique domuſque figuram:
Vltima (nanq; apicem ex illo mihi tempore nullum,
Saltem mandares alio ſcribente ſalutem)
Viſa mihi ſtudio, maioreq; condita curâ,
Ipſam cùm legerem. ſed enim tum quærere cauſam
Neglexi imprudens: nunc te ceſſante, requiro.
Ergo talis erat, tantoq; ſubacta labore,
Quod poſtremo foret, tibique allatura ſupremum
Scribendi finem: & noua menti cura ſubiret.
Ex illo te nempe die diuina Matheſis
Cœpit, & incuruos circum verſatilis orbes
Circinus ac picto conflati ex ære cylindri.
Quicquid id eſt, quæcunq; fuit tibi cauſa ſilendi,
Non impunè feres. Nam cur ego te ſine viuam,

Vel ſine me patiar te viuere? cur vel vtriq;
Noſtrûm non liceat, longis vt quando locorum
Diſtrahimur ſpatiis? conceſſo hoc munere ſaltem
Vſurpemus amicitiæ ſanctiſſima iura:
Quam violare nefas quoniam non eſſe putaſti,
Bellum, ni reſipis, tibi non leue nuncio bellum
Muſa mihi ſtimulos, & ſpicula ſæua miniſtra,
Hunc quibus vlciſcar, vel longa ſilentia cogam
Rumpere: nam te vtriuſq; potentem fecit Apollo
Nec poterit mortale Deos exurgere contra
Ingenium, ſed enim tentare leuiſſima præſtāt.
Ergo quieturum, ſtimulos cùm ſenſerit acres,
Speraſti, quin dente ferox & calce repugnet?
Non ego, qui vires pridem ingeniumq; poetæ
Noui: non maledicta feret, non ille diu ſe
In nos quin regerat totidem vel plura, tenebit.
Sudabit, poſcet calamum, tabulaſq; reſumet
Tum mihi nota manus quanto ſe pondere libret,
Sæpe audita etiam reſonantis fulmina linguæ,
Et vereor: (ſed enim plagis & vulnere figi
Cum ſonitu malo, tacita quam morte perire.)
Muſa, Syracuſii ſapientis ſtringere magnum
Aude diſcipulum: qui poſtquam transfuga noſtris
Præſidiis abiit, formas, radiumque ſecutus,
(Puluereas formas, & vanæ inſomnia gentis)
Exhilari, triſtis multuſq; repentè, diſerto,
Ex facili comiq; ferox, & durus amico
Factus inurbanum vitæ genus atque ſeuerum
Delegit reliquis odioſum & inutile, ſoli
Iucundum artifici; neq; enim de nomine pugno.
Quis mihi te paucis mutauit amice diebus?
Vnde furor ſubitò nouus hic tun' Gorgone viſa
In lapidem conuerſus abiſti? an triſtia Circe
Pocula lethiferis è Ponto miſcuit herbis?
Quid retices? aliud potius quiduis agis? illud

Nimi-

Nimirum eſt, veſtro quod contigit antè magiſtro:
Qui nimis intentus ſtudiis, non ſenſit ab hoſte
Captam, quam toties fruſtrà ſeruauerat, vrbem.
Huic tanti caſus ignaro miles ademit
Romanus vitam, ſua contemni ratus arma,
Indignumque putans victis non eſſe timori.
Quod ſi tu noſtræ minus audis iurgia Muſæ,
At vocem moneoque & verba attendere legum,
Pœna mathematicas quæ ſit tractantibus artes,
Quàm grauis & quam dura tenes, quam ſcripta ſeuerè.
Huic te ſubiiciam, quamuis te ſubtrahis aſtu
Nominis ambigui, ſed magno iudice vincam,
Qui nunc iudiciis, & veſtrâ regnat in vrbe,
Nam quis Grammaticis locus ad ſubſellia? non ſi
Aut pedibus valeas quantum formoſus Achilles,
Aut variis homines poſſis eludere formis,
Et cineres oculis denſamque offundere nubem,
Non tamen effugias. vis eſt adamantina legum,
Prælongæque manus, & ineuitabile robur.
Quare ſi veterique ac fido credis amico,
Si ſapis, iſtas mitte ſuo cum puluere nugas,
Iſtos lucifigas, elingues linque magiſtros,
Nulla quibus priuata ſatis vel publica nota
Officia; & populis ius redde, quod ante ſolebas.
Sic animum quoque reddideris, qui penè receſſit,
Dum nihil abſenti iamdudum ſcribis amico.
Quòd monitis ſi fortè meis parere recuſas,
Exſpectaque truces plenoſque doloris iambos,
Quos mea me primùm rabies tentare docebit.
Verùm tu monitis præbe melioribus aurem,
Et placidæ paci poſtponere bella memento.

Ad Io. Card. Bellaium.

Quæ mihi Campanis rediens infirmus ab oris
Carmina ſcripſiſti lecticâ vectus apertâ,
Non prius accepi, quàm veni ſoſpes ad vrbem:

ıde profectus eram biſſenis ante diebus.
gna mihi magno tua carmina viſa Marone
non ætatis noſtræ,non temporis huius,
d veterum emunctas redolentia ſcripta lucernas:
a tui deſiderium non tollere prorſus,
lenire tamen potuerunt vſque legendo,
Tu verò propera: nimis illud nanque veremur
t noſtri memorem te regia non ſinat eſſe
ıla, ſoporiferumque infundat blanda papauer,
tq; iterum doleant reuocatâ pellice Muſæ,
uare ſi ſapies ceratis auribus iſtam
ræter ages nauem, tutoque in littore ſiſtes:
oc te commoneo,ſapientem ſtultus amicum.

AD MARGARETAM VALESIAM.

De ſacris carminibus M.A.Flaminii.

ſt modò quòd miſerum poſſis defendere Flaccum,
ui nunc Socraticis ſermonibus imbuit aures
irgo tuas, & vana reliquit ſomnia vatum.
am locus occurret ſi quis non virgine dignus,
ui teneras aures, teneros qui lædat ocellos,
unc tu præteriens vitabis, quâ prius arte
irenum cantus varios, & littora Circes,
ut Scyllæ rabiem ſapiens vitauit Vlyſſes.
rgo Venuſinum vatem tractare memento,
on tamen vt Tulli poſtponas aurea ſcripta,
uæ nunc in manibus tibi ſunt,quibus omne docendo
xſequitur vitæ officium: monſtratque duobus
ropoſitis, vtrum melius potiúſve ſequendum,
tilitas quoties pugnare videtur honeſto:
t quid publica res, quid item priuata negotî
oſtulet ac ſtudii; modus & qui finis honorum;
uæ patriæ pietas ſit debita,quæque parenti.
æc alia atq; docet priſcæ veſtigia vitæ:
uæ velut à doctore manu tibi tradita ſummo
pſa tuæ vertas in commoda plebis & vſum.

Nam

Nam memini te ex officio cum forte monerem
Nuper, vt è mediis Tulli deprompta medullis
Veniſti quædam memor in loca, ſcilicet alto
Antè impreſſa animo. quid enim condiſcere prodeſt
Ni pòſt efficias longo percepta labore?
Ac mihi præclarum tua quanquam vita videtur
Omnibus exemplum viuendi tradere rectè
Matronis & virginibus: licet omnia tecum
Naſcens attuleris: fiunt tamen iſta vigentis
Semina naturæ fiunt meliora colendo,
Vberiora magis verſandis deniq; libris.
Quid te cùm talem tantiſq; parentibus ortam
Cum videant homines doctis incumbere chartis
An non incenſi ſtudio atq; ardore ferantur
Ad iuga Parnaſſi niueis habitata Camœnis?
Vtq; etiam Solis radiis extare videmus
Omnia quæ variè creſcunt diſperſa per orbem,
Externaq; afflata caput vi tollere cælo:
Sic mihi non ſolùm quæ noſtris plurima terris
Ingenia excellunt, ſed quæ diſiuncta locorum
Sunt etiam ſpatiis, alioque ſub axe morantur,
Omnia vim ſentire tuam radiiſq; moueri
Virgo tuis, tanquam Solis fulgore videntur.
Hæc fuit innumeris ſcribendi cauſa poetis:
Hæc quoq; Flaminium inſigni modo nomine vatem
Impulit vt tandem nugis in morte relictis,
Aptaretq; lyram ſacrumq; ad ſidera carmen
Pangeret, ac poſtrema tibi monumenta dicaret
Hæc ſua regali donum regale puellæ.

Ad Petrum Caſtellanum Epiſcop. Matiſconenſem,
Bibliothecæ Regiæ præfectum.

Caſtellane decus Muſarum, & caſte ſacerdos,
Vittis ac meritâ frontem redimire corona:
Seu te Caſtalides naſcentem hoc nomine Muſæ
Donarunt, ſiue ipſe tibi virtute paraſti

fidei commiſſa tuæ caſtella tuendo
:titer, & Muſis longa obſidione ſolutis,
as fera barbaries ſucceſſu turgida rerum,
uſtaq; orbis per vim potione potita,
ud procul extremis Europæ finibus, Alpes.
er. & Oceanum ſpatiis vrgebat iniquis.
iam barbaries longè lateq; tenebat
nnia, iam ſeſe Muſæ ſuaque arma parabant
dere præſidio niſi,* Caſtellane, fuiſſes,
ſus te innumeris exponere millibus vnum:
quo magna tibi conceſſit magnus Apollo
emia, cuius tu auſpiciis ea bella gerebas,
ectas ſeruare dedit tibi nanq; ſorores;
q; ſacerdotem, defenſi Numinis ergô,
ſtituit, templiq; adytis præfecit & aræ:
edita Muſæi nec non cuſtodia ſacri.
Quinetiam noſtris inſuetas vocibus antê,
Græco tantum, Romanoq; ore loquentes
uſas, Francorum docuiſti effingere verba
inceps, antiquis noua tradens nomina rebus.
uſarum antiſtes ſacer, interpreſq; fidelis,
uius mellifluo recitantis pendet ab ore
tus & in ſuaui penitus ſermone quieſcit,
im poſita Muſas pharetra reſpexit Apollo.
Tu potes illius quouis impellere mentem,
mulcere graues blandis ſermonibus aures,
delere animis, ſi qua eſt fortaſſis oborta
ſpicio, abſentis famam quæ lædat amici.
im bonus eſt, ſentitq; preces, patiturq; rogari.
pe diu meditata prius, decretaq; fixo
opoſito, pietas illum mutare coegit
patriam, atq; inopis ſupplex oratio vulgi.
mirum hoc illud factum ſapientis, in horas,
toties res ipſa ferat, noua ſumere ſemper
[illegible]

Offenſusve meâ leuiter, culpáve paternâ
Continuò eiiciat, tam paruo in crimine pœnam
Æternam ſtatuens. Quàm multò leuius illud,
Experiar ſi quid melius, natura, vel ætas
Ipſa feret: qui nunc malus eſt, erit vtilis olim
Forſitan, & frugi fiet patre natus inerti.
Sæpe malis ſoboles generoſa parentibus orta eſt:
Sæpe ſalus patriæ venit de ciuibus illis,
Infamis quorum fuerat, turpiſque iuuentus,
Quíque ſuam vario macularunt crimine vitam.
Nam neque vertiſſent Carthaginis alta ſuperbæ
Mœnia Romani, nec vos ſtaretis Athenæ,
Perſarum bello, ſi forſan honoribus eſſent
Summoti, per quos venere hæc commoda ciues,
Prima quibus paulò fuerat laſciuior ætas.
Hæc ſeges eſt ingens, exemplis hunc ego poſſim
Innumeris cumulare locum: magis ille videtur
Lubricus, offenſone ſalutem patria ciui
Committet ſapienter, an eius credere natis
Debeat, an patrium vlturos ſperare dolorem?
Hæc ſi perſequitur ſtudioſe ſenſibus imis,
Et nunc cuncta ſibi antè oculos, nunc ſingula ponet
Vir bonus, extemplò facilè vtrum præferat vtri
Viderit, & quid ei reſpublica credere poſſit
Ob meritum patris, cuius ſuſpecta fides eſt.
Vincit amor patriæ generoſo in corde paternum,
Nec ſua cuique domus iucundior, aut magis vlli
Grata bono, quàm communis vel publica res eſt,
Quam laus inſequitur, & munus adorea Diuûm,
Mortales animos ad certa pericula cogens
Ire gradu celeri, nec triſtem horreſcere mortem,
Nemo magis Cyro ſuperatum offenderat hoſtem,
Quem gaza atque opibus ſpoliauit, deniq; regno:
Vitam erepturus, niſi ſors & fata vetarent.
Hunc tamen & Cyrus, Cyri ſucceſſor & hæres

rpetuum comitem bellorum & pacis habebant,
nſultoq; prius fecerunt omnia Crœſo.
memorem pulſum crudeliter vrbe Camillum?
i tamen abſenti paucis pòſt Roma diebus
perium,faceſque dedit: non ille ſuperbo
iecit vultu patriam, non ſegniùs arma
ctauit, non frigidior fuit impetus illi,
amuis altè impreſſum animo, fixumque ſederet
ſicium populi,magnæque infamia mulctæ.
ot Romæ clari, quot Græca per oppida ciues
lio vertere ſolum, quibus inde reuerſis
nſenſu populi delata potentia creuit?
â non immodicè, neque prauis actibus vſi,
uarunt vrbeſque ſuas fecere beatas.
Quòd ſi ſæpe bono patriæ fuit ardua rerum
ibus, & ſummam imperii committere læſis
id dubites ipſis læſorum fidere natis,
e quibus patria eſt ipſo mage cara parente,
uos ſæpe patrum non valde iniuria tangit?
hales inimicias, odiumque ſepulchro
erat inſcribi, atque ingratæ nomina Romæ
io,cui deuicta nouum dedit Africa nomen:
is huic nulli ceſſit pietate,nec armis,
atriæ fines, Libyæ protendit in oras
ulaq; euertit felicis mœnia Romæ.
igoni meritò commendat Græcia factum,
cùm diuideret popularibus æquus honores,
ria ſe dixit, non fortia facta parentum
icere, & maculâ frontem quâ quiſque notatus
t, non turpes alieno in corpore næuos.
etenim, veluti vitia vt quandoq; parentum
poris, in natis ipſorum expreſſa videmus:
nimos animis ſimiles Natura figurat,
rum tota Deo eſt, tota eſt cœleſtis origo:
a boni mores, ſtudium [illegible]

Multa dies etiam in nobis & tempora mutant,
Multaq; iudicio in contraria vertimus ipſi.
Sic reges hodie quibus eſt data ſumma poteſtas,
Communis deceat perſonam aptare parentis:
Et patriæ genitos, non patri ducere ciues.
Hæc ideo ſum longa tibi præfatus amice,
Argumentorum iaciens quaſi ſemina quædam,
Quæ tu vel facies meliora, vel his alia addes,
Græcorum deprompta libris, deprompta Latinis,
Vt referas olim vacuas ad principis aures,
Cùm Muſis operam ſolus dabit, aut vbi curis
Sepoſitis medios inter diſcumbet amicos.
Ecce tibi ſequitur minor illa quæſtio, certis
Perſonis, & temporibus finita, lociſq;:
Huc adhibe totumq; Helicona, nouemq; ſorores,
(Quanquam ô tu ſatis vnus eris mihi, dummodo cœptã
Poſſis extrema cauſam concludere fini)
Huius ſit tua laus potius, tua gloria facti:
Veſtra mihi curæ fuerit bene facta tueri
Et non ingratis aliquando prodere chartis.
Mî pater (vt reliquas taceam quibus ille valebat,
Virtutes animi) conſtans in amore, tenacis
Propoſitiq; fuit. certus quæcunq; tuenda
Cæpiſſet, prompto capitis retinere periclo.
Hunc morem puer inſtituit ſeruauit adultâ,
Extremaq; ætate, rei contemptor opumq;,
Pauper, & vtilibus præponens ſemper honeſta:
Cùm ſubitò oppreſſit caſus miſerabilis illum,
Et magnæ fortuna domus: vt ſæpe ruinâ
Vnius affligi multas, labiq; videmus:
Hic non iudicio, ſed quodam errore ſecutus
Inuiſam Superis cauſam, minimeq; placentem,
Triſtis vt euentus docuit, poſtremaq; rerum,
Errauit (fateor) aliquantum temporis amens.
Nec tamen aut patriam contra ſtetit, aut tulit arma:
Ve-

Verùm operas tantum, priuataq; præſtitit hoſtî
Officia imprudens, annum non amplius vnum:
Triginta totos cùm iam ſeruiſſet amico:
Quem ſimul audiuit crudeli morte peremptum,
Illas continuò feſtinus linquere partes
Cogitat, & reducem patriâ ſe ſiſtere terra.
...m neq; promiſſis, neque conditionibus vllis
...ti ſuſtinuit, cum præmia poneret illi
Magna, domiq; locum Germanus Cæſar honeſtum.
...æc nihili pendens, Aetomontemq; ſecutus (
...s tum fortè fuit Regis legatus in vrbe)
...ntiquum patriam viſendi expleuit amorem.
Ex illo fuerit vir qualis tempore, multis
...eſtibus & fidei plenis oſtendere poſſim:
...tq; etiam Regis legatum, non ita pridem
...d Lotharingos de pacis fœdere miſſum,
...onſilio (quæ tum fuit illi copia præſens)
...uerit, atq; opibus, quamuis dolor impius ægro
...ticuloſq; pedum nodoſaq; membra teneret.
...na fides abſit dictis, & opinio læua,
...æ me nec pietas, nec amor confingere ſuaſit,
...mo fidem verbis meliùs factiſq; probauit,
...llius vel grata magis vel amica voluntas
...ituit, ſibi cùm à Superis oblata putaret
...mpora, queis ſtudium atq; animos oſtendere Regi
...tè ſuo poſſet, veteriſq; abſtergere facti,
...qua impreſſa diu veſtigia forte manerent:
...àm vetulum corpus, moribundaq; viſcera matri
...lderet antiquæ: ſed fatis non ita viſum,
...taq; in tenues abierunt omnia ventos.
... vbi Lingonico deſcendens Moſa Voſego,
...ibus Argoniæ Campanam diuidit oram,
...e alia Rhenus limes tutiſſimus olim,
...n res Romanæ ſtabant, & regna Quiritum,
...ic haud difficilè Germanis peruius armis,

Lothari medios flauum genus incolit agros:
Hìc finem errorum poſuerunt fata parenti,
Erepto innumeris terraq; mariq; periclis.
Sed non inuidiæ potuit vitare latentes
Inſidias,quæ me miſerum prorſus malè perdunt.
Multa ſcio rumore prius iactata,deindeq;
Auribus inculcata boni mendacia Regis,
Quæ finxere homines,odia aut priuata ſequentes,
Aut dicendi etiam malè conſuetudine prauâ,
Falſaq; pro veris, & ſuſpicioſa ferendo.
Sed ratio, vani rumoris idonea vindex,
Commentum falsò, & malè firma diluit hærens
Crimen aqua,patriam genitor quòd ſemper amauit,
Me quòd amat nimium, quod ſe plus diligit ipſo,
Et magnum cupit imprimis,cupit eſſe beatum,
Veraq; nanſciſci virtutis præmia; quæ res
Omnis in arbitrio eſt, regiſque à munere pendet.
Cui potius velit ille ſuos prodeſſe labores?
Quò tot, & aſſiduæ torquentes intima curæ?
Quó maria aduerſis toties ſuperata procellis,
Sæpius inſcenſi vario diſcrimine montes
Crede mihi, non iſta ſibi tam triſtia ſumant,
Nec ſibi tam certis redimant incerta periclis:
Contenti potius modico requieſcere malint,
Atque domi nigrum tutò conſumere panem;
Naturalis amor ſtimulet niſi corda parentum,
Oblitoſque ſui natis, intendere cogat.
Sed quid ego patris pergo defendere factum,
Cuius longa dies deleuit funditùs omnem,
Et venia errori iamdudum præbita,culpam?
Nam ſi hodie tibi ſit, bone Rex,integra poteſtas,
(Quæ tua par pietas, quæ par clementia Diuis)
Concedas citius tali pro crimine pœnam
Quàm vel ego iuſtis factum defendere cauſis.
Vanaque peccato prætendere nomina poſſim.

Magnus eò eſt habitus Cæſar: te Quinte Ligari,
Te Marcelle, alioſque aduerſæ partis amicos,
Reſtituit: tu maior eris, Franciſce, quòd eſſes
Cùm Rex legitimus, nulli quandoque petenti
Suppliciter veniam, reditum, patriamque negaſti.
Omnes coniugibuſque ſuis, natiſq; fruuntur,
Et reuocata tenent auido patrimonia fiſco,
Proq; tua ad Superos emittunt vota ſalute.
Adde quòd & turmas equitum, peditumq; cohortes
Nonnulli ducunt: quidam pro limite custos
inuigilat, clauſaſque tuetur ab hoſtibus vrbes:
Quod mihi iudicio magno feciſſe videris,
Vt quos nulla tuos iniuria fecerat hoſtes,
Non odium; fidos numerares inter amicos,
Muneribus mentes obſtringens & benefactis,
Fortiaque iniiciens rediuiuo vincula amori.
Talibus emicuit paucorum gloria factis.
Multi nanque ſciunt alios & vincere poſſunt:
Pari adeò ſeſeq; domant, animoſq; rebelles,
Præſertim Reges & quorum eſt ſumma poteſtas.
Nanque vt difficile eſt, hoſtem cum tollere poſſis:
Non tamen vlciſci, ſed contra parcere victo:
Sic longè maior, vel multò maxima virtus,
Non ſolum triſtem deponere cordibus iram,
Verumetiam, qui cum tibi ſit vetus vſque ſimultas,
Illum vltrò meritis ad te perducere amandum.
Hæc te ſublimemq; ferent, cæloq; locabunt
Altius, & memorem ventura in ſecula famam
Longius extendent, quàm magnis de tribus orbis
Partibus egiſſes pulchros, Franciſce, triumphos:
Quàm ſi mille virûm fudiſſes millia victor,
Mille ſuis captas numeres cum ciuibus vrbes:
Et quæ nec tua ſunt, nec tu tibi dicere poſſis
Propria, ſed quorum fortunæ maxima pars eſt.
Veram non etenim virtutem hæc ſigna ſequuntur,

Quæ perſæpe dolis & viribus optima ceſſit,
Seruiuitq; domi, victoris væniit ære.
Me quibus adnumerem? patriam non ipſe reliqui
Vana ſequens, flamma neq; ſum verſatus in illa:
Non oppugnaui patriam, patriæve parentem:
Quem Natura locum dederat mihi ſemper amaui,
Et natale ſolum colui haud inuitus, in illo
Conſtituiq; domum, fortunas & ſimul omnes.
Coniugio indigenæ proles mihi nata parentis:
Deſpicio priuata animum communibus addo,
Iudicia exercens nonum iam circiter annum.
Quid dices, pulchérne tibi eſt iratus Apollo?
Non equidem, nec ſi minimùm ſit, viuere paruo
Horæ momento cupiam. Quis Apollinis iras
Suſtineat cùm tela manu vibrauit & arcum?
Sed mihi conſpectum rutili contraria Solis
Nox adimit, denſæq; ferunt caliginis vmbræ:
Et mea perpetuo riguerunt frigore culta,
Nec ſe tollere humo, nec in altum ſurgere poſſunt.
Non ego ſupremas pertingere luminis oras,
Conſpicuuſq; alios inter, magnuſq; videri,
Ipſe vel immergi cupio ciuilibus vndis:
Ardua non aueo tractare negotia ſolus,
Nec mihi cor tumidum cæcâ ambitione laborat,
Tantum oro (potes id conceſſu nanq; Deorum)
Fac videam Solis radios, & diſcute nubes,
Fac Solem adſpiciam, videat me pulcher Apollo,
Non tanquam ignotis aliquem regionibus ortum,
Aut vitam externo cupientem ducere cælo:
Sed numeret ponatque ſuis in ciuibus vnum.
Hoc te, maxime Rex, poſco: Dii cætera faxint,
Et tua quæ Diis eſt cæleſtibus æqua poteſtas.

EPISTO-

PISTOLARVM SEV SER-MONVM LIBER SECVNDVS.

Ad Iacob. Fabrum Præſid. Inquiſ. in Sen. Pariſienſ.
Litium execratio.

)Diræ lites, ô iurgia ſæua reorum!
O furiis, Ereboq; ſatæ, mortalia ſemper
ontinuo diræ laniatu corda ſecantes;
ieis neq; deterius potuit, neq; triſtius vllum
ipiter iratus terris immittere monſtrum:
iæ laſſis requiem membris ſomnumq; negatis,
nnia quæ prauo naturæ vincula more
luitis, & iunctas æterno fœdere dextras
gitis aduerſis concurrere cominus haſtis:
æ firmum nihil, atq; ratum nihil eſſe iubetis,
æ regum comites, vltroq; impellitis ipſos
ſcio quâ turpi Reges dulcedine captos,
rrere in hoc ſtadio, nec honeſta vincere pugnâ.
At meliora tamen ſuccedunt vltima primis:
t ferrum fuluo fortaſſe rependitis auro,
cùm multa rei tulerint incommoda tandem
ande lucrum referunt. quale hoc lucrentur vt aſſem,
ta reſignatis fundunt patrimonia fiſcis.
id, quòd multa ferunt ſeruis indigna, ſuiq;
liti generis, nunc vilis ad oſtia Scribæ
anè ſedent, illumq; forum comitantur euntem;
ſeruant quàm longa dies, & nocte reducunt.
inc vbi clauduntur manibus ſubſellia ferreis,
ctores ſolio inſignes, virgaq; ſuperbos
ſpiciunt humiles, aditumque precantur & orant:
t mixti media certant irrumpere turbâ,
clusiq;, nihil præter maledicta, leueſq;
ſtantum riſus, & verbera ſæpe reportant.
ntáne venturi, ſpes vos ſuſtentat honoris?

Tantum lætitiæ capitis iam cordibus imis,
Libertas ne ſit potior? Tu ſcilicet iſtâ
Nobilitate ferox, iſtiſque parentibus ortus,
Vilibus officiis ſummittere libera colla
Pulchrius eſſe putas, vt ne videare propinquo,
Aut alii ceſſiſſe tuis de vitibus vllam
Particulam, ne ſit quiſquam te ditior alter?
Inſtar equi viridem in prato qui ſolus vt herbam
Paſceret, impigro veritus concurrere ceruo,
Fugit ad externas vires, hominemq; popoſcit
Auxilium, dorſoque equitem frenumque recepit
Ore, quoad totis ſuperatus cederet herbis
Æmulus. at quanti victoria conſtitit illi!
Victor eques domito renuit deſcendere dorſo,
Nec victoris equi manibus demiſit habenas.
Quid tu? ne fiat res aſſe tibi minor vno,
Ne plus accipiat, ſibi ne plus arroget alter,
Tot ſuperinducis dominos inuicte ſuperbos
Elato capiti, tot ſpurca, redemptaq; nummis
Mancipia, vnius quia mores ferre nequiſti;
Viſus quod potior tibi pace teruncius almâ.
At tibi ne fuerint, quæſo, tua commoda tanti,
Néue adeò pulcrum ducas ciuilibus armis
Vincere, vt excutias animo generoſa tuorum
Facta, quibus magno vitæ diſcrimine partos
Hos quondam titulos, atq; hæc inſignia genti
Tranſmiſere ſuæ. tu degener arma relinques
Digna viro? potiuſq; ſtyli mordacis acumen
Intendes ſociis, & ciuibus atq; propinquis,
Quàm ſtringes gladium patriæ generoſus in hoſtem?
Si res eſt iactanda, modo iactetur honeſto:
Aude aliquid, melior quo ſit reſpublica, & vnde
Immortalis honos, æternaq; manet in omnes
Gloria venturos poſt ſecula multa nepotes.
Nobilitas, veræ ſe captam laudis amore

dicat. in promptu laus eſt, faciliſque paratu,
alſa veram ſcires diſtinguere laudem.
vincas modicam ſub auaro iudice litem,
ıdis agrum, vendiſq; paternas improbus ædes:
patriam tuearis, equiſq; armiſq; parandis
didus exiguum quadrantem inſumere nolis?
n ita Francorum ſurrexit gloria cœlo:
n incluſa foro, non his exercita pubes
ibus, Europæ atq; Aſiæ circumtulit arma.
ſtra forum, ſtylus enſis erat. ſecura domi pax:
m patriæ bellum communiter hoſte gerebant.
Verum hæc ne puer edici, nec tradita patre
cepi, nec Ariſtotelis de moribus vnquam
ros, aut diuina Platonis dogmata legi.
pater admonuit puerum, me ſemper adultum,
m facerem: bona quæ delata parentibus hæres
epiſſem, quacunque viâ & ratione tuerer:
o me defendam potius quàm iudicis atq;
gum præſidio? quibus illum iuſtius armis
rudam laribus patriis fundoq; paterno?
nc circumueniam, captumq; in vincula ducam,
de queat non ipſe fugax euadere Proteus.
Nec verò nihil iſte videtur dicere cauſæ,
s & diuitiæ cui ſunt extrema bonorum.
anquam rem melius mature abiecerit, vt ne
m rebus pariter meliores perdat & annos.
s quid facias, iſtis qui limina ſacra
ıſarum, tripodas ſacros, & Apollinis arcum
igerint, libris videas quos ſæpe relictis
ıplecti lites, inimicaq; iurgia Muſis,
tari circum omne forum, circum omne tribunal?
n ſic Democritus, bona qui dimittere cuncta
n dubitauit, vt hoc quaſi pondere mente leuatus
erius ſtudiis incumbere poſſet honeſtis.
Ergo vide ſacras tua ne ſententia leges,

Digitized by Google

Et pariter legum conſultos pellat ab vrbe;
Turbarum vt cupidos & ſeditionis amantes.
Conſultos ego legis, & ipſam tollere legem
Amens voce mea iubeam? cui nulla videtur
Publica res ſine lege diu conſiſtere poſſe,
Quæ ſceleri pœnam, virtuti præmia ponit.
Vtilis illa quidem, multiſque referta beate
Ac benè viuendi præceptis; ſed quotus illam
Quiſque ſolet manibus hodie contingere puris?
Turpia degeneres vilis contagia lucri
Corrumpunt animos lucris inhiamus auari.
Atqui de multis & magnis litibus ampli
Exiſtunt reditus, veniunt vberrima lucra:
Moliri cauſas igitur conamine toto
Expedit, atque animos incendere litis amore:
Commonſtranda forum via quæ rectiſſima ducit,
Implendi ſpe certa animi, liteſque ſerendæ,
Multiplicem vt fructum reddat cum fœnore campus.
Si fuerit noſtræ lex aduerſaria cauſæ;
Si iudex cuſtos rigidus legumq; miniſter:
Quærenda eſt ratio, quâ legem eludere poſſis,
Qua vafri quamuis & acuti iudicis aurem
Decipias. ſic prima ſolent exordia lites
Sumere. ſic quoq; lis deinceps ex lite reſurgit:
Et forti ſemel vna manu iugulata, cadendo
Reſtituit plures alias, mirabile dictu.
Angulus ille, vides, qui ſeſe proiicit extra
Mœnia lata fori, Galeoti pone tabernam,
Vendit vbi fucos vnguentaque mollia quidam,
Inſubrum aut Ligurum nuper qui venit ab oris:
Ad quem ſæpe, velut ſcopulum eſt illiſa reorum
Et proiecit opes immenſas naufraga puppis:
Angulus ille, dolis plenus, te furta docebit
Omnia, iudicibus tenebras offundere cæcis,
Extrahere in menſes multos & ducere litem.

quæ deterior modò conteſtata fuiſſet,
no poſſis pacto meliorem reddere cauſam.
nc ſpes & ſcerolata reis audacia creſcit,
nc animos ſumunt, & ferrea, Iuppiter, ora
ppellatorum multos metuentia caſus.
Talia Romanis noſtriſque in legibus eſſe
onſtra nego: commenta fori ſunt iſta parandis
ugendiſque opibus. leges aliena cauere
rta cauere alius potius quam fallere monſtrant,
ſſidia & lites placida componere pace,
caſtas ſeruare manus & parcere ſumptu:
illam ex diſſidiis alienis cogere prædam,
ommiſſos curare greges, & commoda plebis:
uæ lites minuunt concordia ſæpius auget.

Ad Margaritam Regis ſororem.

totics noua cura ſubit tibi pectus honeſtum
egia virgo. ſubit veteris noua cura clientis,
cipiunt alios aliique ſubinde labores:
ıra mei non digna tuo, non virginis ortæ
egibus ingenio, Regis non digna ſorore,
quid enim damni reſpublica fecerit aut tu,
notum mihi perpetua ſi nocte prematur
omen, & hîc noſter conſiſtat curſus honorum?
uanquam non obſcura nimis ſunt tempora noſtra
ma iuuentutis, vitæque haud pœnitet actæ:
rſitan & veniens fuerit nec inutilis ætas.
n tamen eſt nobis tanti decus, ut honor vllus
grauis vſque tibi, vel debeat eſſe moleſtus:
pudet in noſtra tantum te ponere cauſa
mporis & ſtudii, tantum cæpiſſe laborem:
rgere continuò benefacta recentia primis
cumulare: nouoq; tibi me obſtringere nexu.
inetiam ambitione malá peccare, nimiſque
áuiter & cupidè prenſans offendere poſſim.
c cogi, precibúſve adigi vult ſumma poteſtas,

Nec

Nec ſe pulſari patitur: mala nomina tanquam
Creditor appellet, ſtrictoque repoſcat auarus
Iudicio: ſemper nec largitoribus idem
Eſt animus, non mens eadem, non vna voluntas.
Regibus & mos eſt regumq; vetuſtus amicis,
In ſublime ſuos nullo diſcrimine primum
Tollere, diuitiis opibuſque explere beatos:
Inde ſubit ſatias cùm nil ſuperaddere poſſunt.
Sæpe vel indignos tot honoribus, aut malè gratos
Prouexiſſe piget, ſerumq; haud tempore ſumunt
Conſilium; aut mores, quos prima ætate probabant,
Incipiunt odiſſe ſenes, & protinus ipſos
Quos habuere duces olim, ſcelerumque miniſtros,
Vlciſciq; deinde viros fit ludus, & alto
Exturbare gradu: ſequitur grauis ecce ruina,
Horrendumq; malis intentat viſa pauorem.
Vt taceam peregrina, domo producere poſſum
Nomina non ignota virûm, quos Gallia valde eſt
Altius euectos prius admirata, iacentes
Non minus afflictoſq; ſolo mirata ſubinde eſt.
Id vero viſum merito cecidiſſe quibuſdam,
Pro quo fortunam neſciſſent ferre ſecundam.
Triſtis & adſpectu miſerabilis vſq; bonorum
Caſus erat: tum ſi qui aut nullo crimine certo
Conciderant aut cauſa minus cùm nota fuiſſet.
Nam cui ſunt hominum ſatis explorata Deorum
Conſilia? aut quænam ſuperis ſit cauſa premendi
Huius, & illius tollendi? Noſtra vagatur
In tenebris, nec cæca poteſt mens cernere verum.
Sæpe bonos dictis, aut ſuſpicione malignâ
Inſonteis premimus, culpandos ſæpe tuemur.
Siue tamen dignas meriti pro crimine pœnas
Legibus exoluunt, iniuſta ſiue grauantur
Inuidia, leuitate bonorum ſiue datoris:
Tam fœdi rerum euentus, tam triſtia debent

orpenteis nobis animos exempla mouere?
ollicitos etiamque futuri, & reddere cautos.
Sunt & apiſcendis in honoribus atque gerendis,
int quædam præcepta, quibus ratione docemur
etari modicè partis, modicéque dolêre
miſſis, cupido communem poſcere curam
on animo: rurſus nec detrectare laborem
ilitiæ, aut alium, patriæ ſi poſtulat vſus.
iprimis moneo. vires examinet antè
uiſq; ſuas tacitus, ne quem minus aptus & impar
elatum capiat, neu ſponte inuadat honorem.
valet ingenio, confidit & arte regendi
iliter populos: patriæ ſi feruet amore,
ur operam præbere ſuis, cur ferre recuſet
uibus acer opem? quin & bonus offerat vltro
melius rem auctore geri ſe poſſe putabit.
Vt ſi quando atra cùm tempeſtate coorta
rtè regat nauem rudis ignaruſque magiſter,
tatamque mari ſcopulis illidere tendat
ſcius, huic tu cùm poſſis occurrere damno
pectes, dum te ſocii comiteſque requirant
xilium, & dubites clauum extorquere ſedenti?
natus vel cùm ſuccedat mœnibus hoſtis,
fectuſque loci fugiat ſtatione relicta,
n hunc tu retrahas obtorto ad mœnia collo,
na vel indigno eripias, tibi ſtrenuus aptes,
uataque manu patriam tutêre ſalutem?
decus laudemque tulit, qui tempore lectum
n opportuno, terror cùm maximus eſſet
ſarum belli, tantum ciuilibus aptum
torem ſtudiis, nullo caſtrenſis at vſu
tiæ, ignauumque ducem ſubmouit honore;
uaſum multo prius vt decederet auro:
eriumq; ſibi fortiſſimus ipſe recepit,
patriam & pulchras victor ſeruauit Athenas.

Nec

Nec minor illa fuit Thebani gloria ciuis,
Qui ſucceſſorem caſtris excluſit: & vltra
Legitimum tempus vetitos produxit honores;
Exemplo fortaſſe malo, ſi praua nepotum
Mens animuſque foret: ſed tum reuerentia legum,
Iudiciique metus patriæ conceſſit amori.
Impoſuit bello finem, Danaumque per vrbes
Conſtituit dominas victâ Lacedæmone Thebas.
Ergo recuſandus labor vllus, honoſque gerenti
Rem bene, præſtantique viro non eſſe videtur.
Eſt tamen, eſt aliquis tibi ſuffragator honoris
Relligione fideque excellens ante legendus:
Cui velut innixus, firmo conſurgere trunco
Poſſis, atque leues omneis contemnere ventos.
Bellum eſt nanq; viris, & creſcere rebus honeſtis.
Ipſe vide, quo ſis animo, qua mente capeſſas
Publica: ſæpe bonus petiit qui ciuis honorem,
Oblatum cœpitve libens, corruptus adepto eſt.
Sic via plana licet, faciliſque aſcenſus in altum,
Difficile in ſummo pedibus conſiſtere rectis:
Lubricus, & partem locus eſt procliuis in omnem:
Caligant in luce oculi, nec ferre nitorem
Aut Solis poſſunt radios. magis optima quæq;
Ingenia eſſe ſolent obnoxia caſibus iſtis.
Vt paulùm ſe ſuſtineant, pòſt illa videbis
Alterius cadere impulſu, ferriq; deorſum.
Præterea ſtudium nulli ſatis, aut ſua conſtat
Conditio: nunc his animus, nunc ducitur illis.
Semper & vlterius vani ſplendoris amore
Progreditur, ſemperq; nouas feſtinat ad artes.
Antè ſenex perfuſa videt ſua tempora canis,
Supremumq; inſtare diem, quàm laſſus eundi
Tandem fixa loco veſtigia ponat in vno,
Quàm ſecum ſtatuat, cuinam ſeſe applicet arti.
Vt qui Dædalei concluſus carceris intra

ncipites flexus indeprenſoſque viarum,
oc dubius modò carpit iter,modo neſcius illud:
umque diu multos errans confecerit orbes
ūc ſeſe referet primùm diſceſſerat vnde.
anquam aut Callipides,qui crura pedeſq; mouendo
ſſiduè,nunquam tamen eſt procedere viſus.
Talis homo plerunque ſolet traducere vitam
requietus,inops rerum quibus intus abundat:
poſita ante oculos conquirens trans mare longè.
roris qui forte modum ſi fecerit vſquam,
q; habitare domi volet ambitione relictâ:
vicinus ei lites & bella mouebit,
neq; longa ſinet cum dulcibus otia natis
rpere.ſic noſtrâ aut alienâ peſte grauamur.
uidiæ flamma eſt nulla vitabilis arte,
llis conſiliis.Tantum illud,ne quid & ante,
poſt delatos ne quid peccemus honores,
cendum à Superis.& nos pro parte virili
s toti debemus in hanc incumbere curam.
ecipuè nobis animos ne gratia turbet,
eriuſve odium; ne verba minæq; potentum,
ve preces ne turpis auaro in iudice quæſtus.
æ mala iam multas verterunt funditùs vrbes:
ertent alias,niſi quis Deus exigit iſtos
e foroq; lupos,& pacem reddit ouili.
facilè euentus rerum quoſcunq; feremus,
raui nullius erit mens conſcia facti:
oſtro neq; partus erit,neque perditus vllo
cis honos vitio: ſi rectè geſſimus illum.
uo minus iſta mihi dudum promiſſa,labore
andem veniant,& quæ tu debita dicis.
era nec vereor,tua ne leuis acta retractes:
noſtri pertæſa vetes me longius ire,
ciaſve gradu,quo me paulò antè locaſti.
a mihi tua ſumma fides,prudentia multis

Nota

Nota mihi rebus, nota eſt conſtantia morum.
Nemo tuas vnquam verbis fallacibus aures
Delator, nemo ſimulatus cepit amicus.
Libertas vrbana tibi iucundior omni
Obſequio: ſemper facilis venientibus ad te,
Et comis, non blanda: grauis non dura fuiſti.
Scilicet adiutrix inopum, tu ſola bonorum es
Perfugium: tua ſancta domus: tibi regia circùm
Menſa frequens hominum laudatis cœtibus, omnem,
Quàm longa eſt, cœnam vario ſermone trahentum.
In medio Regina ſedes, velut arbitra rectè
Dictorum aut pleni moderatrix vna theatri,
Audis ſermones, audis mala ſcripta poëtæ
Vel bona quæ recitant: & præmia diuidis æqua
Omnibus: aut fratrem nunc maxima bella gerentem
Concilias potiora colentibus otia Muſis.
Sic bona communi vobis delata parente,
Sic ambo tenuiſtis, vt in te pacis amorem
Vulgò omnes, belli ſtudium mirentur in illo:
Et dubitent hodiéne togæ, plus laudis, an armis:
Nobilior lauri foliis, hederáne coronâ.
Me paruum atq; humilem, vix famâ & nomine notum.
Iudicio ſurrexere tuo, dignumque tuarum
Eſſe habitum cura, longo iam tempore, rerum,
Quanti, virgo, putas, quantum mihi laudis ab illo
Acceſſiſſe die, quo me Regina vocaſti?
Nam ſi principibus placuiſſe quibuſlibet, amplum &
Magnificum eſt: quid ei, Regis quæ filia, Regis
Et ſoror eſt? quæ tam reliquis & lumine mentis
Præſtat & ingenii, quàm Luna minoribus aſtris?
Hoc magnum ſatis vſq; ſatis, nimiumq; videri
Debuit: hoc fretus contemnere cætera poſſum.

Ad Carolum Card. Lothar.

Si virtus & ſola viris ſe forma probaret,
Non ego nunc tanto ſtudio tantiſque fatigem

Te

'e precibus.ſed nullæ vnquam ſine dote puellæ
at placuere viris,duram malè docta iuuentus
auperiem refugit,tanquam exitiabile monſtrum.
nterea ſenſim fragilis dilabitur ætas,
:t decus eripitur formæ venientibus annis.
Ii ſenſus non tantùm adeò fecere moleſtum
Ie tibi,verùm etiam Regi,Regiſq; ſorori.
Quid faciam? coner patrios euertere mores,
tq; indotatam laribus dimittere natam?
Iemo domum traducat? agreſtis deniq; factum
t duri genitoris erit,ſine dote puellam
dſeruare domi,& primum conſumere florem.
Ioc prohibere malum,meq; his exſoluere curis
'u potes.Ipſe (inquis) morientum limina ſerua,
t ſi cui bellè minus accidet,ocyus ad nos
Iitte,vel ipſe veni,mea,nec tibi gratia Regis
eerit,equo dum te præuertat nemo fugaci.
bſeruare iubes lectum morientis & ægri:
Ii etiamq; optare malum,mortemq; precari.
t peream potius.noua res inſuetaq; nobis.
uid centum non eſſe putas,quibus altius hæret
mbitio,quibus hæc ſola eſt in pectore cura?
entum qui pedibus meliores? adde,priorem
xcludit prauâ quòd ſæpe nouiſſimus arte:
npenſaq; operaq; amiſſis ille recedit.
t Fortuna meis ſemper contraria rebus,
emper iniqua fuit.Iamq; eſt iam tertius annus,
n quem magnanimi Regis promiſſa trahuntur.
Ecce foro quidam veniens ocreatus in Aulam,
Iunera fert ſubitò quæ nec ſperauerat vnquam.
c mihi tum,qui ſæpe aliâs,pudor obfuit. Ille
urpibus aſſuetus lucris,nec turpe putauit
ripere hanc deuotam aliis,vt miluius,offam.
ifficile eſt ſedare ſitim atq; explere forenſem
g luuiem,quam mos,quam nulla modeſtia, nullus

Sacratum retinet legum metus. Accipe notam.
Multis hiſtoriam, tibi non fortaſſis: at audi.
Patrono delata hominis locupletis auaro eſt
Cauſa rei mediocris, & horis acta duabus
Accepit finem. calido valdeq; tumenti
Scutatos ter quinq; reus porgebat: at ille
Reiicit, haud tanto merces ea digna labore
Vociferans. mittit famulum poſt prandia plenam
Qui nummis pateram, mandataq; perferat illi,
Sumat vt ex magno, quantum videatur, aceruo.
Laudat patronus mores animosque clientis,
Laudat opus pateræ: nanque illam ducta per omnem
Aurea vitis erat Bacchique iocantis imago.
Expectas etiam ſeponere quid ſuus illi
Suaſerit & quantum pudor? auri quod fuit intus
Signati, pateramque ſimul capit ille nitentem:
Et vacuis ſeruum manibus diſcedere iuſſit.
Illum afferre putas fidum potuiſſe clienti
Conſilium, incœptoque malæ deducere cauſæ?
Quid ſi vel iudex ſedeat, ſumptusve regundis
Finibus interpres, communis & arbiter agri?
Hunc iubeat lapides adducere, opinor, & illum:
Deinde ſibi ſolers addicat vtrinque relictum.
Has ſordeis, hæc monſtra Erebo nigrante remiſſa,
Di prohibete ſacris Aſtrææ virginis aris.
Quo mea paupertas nullis polluta rapinis,
Puras munda manus, caſti fidentius audet.
Ora ſacerdotis, vultumque ſubire benigni
Principis: & dotem natis, alimenta parenti
Poſcere; digna bonoque ac forti præmia ciue;
Accenſura animos æternæ laudis amore.

Ad Franc. Oliuarium Franciæ Cancellarium.

Vicit, Oliuari, tua virtus ſæua minacis
Spicula Fortunæ, quæ nunc contenta ſupremo
Deieciſſe gradu, teque exſpoliaſſe ſuperbis

Faſci-

Faſcibus, haud inuita fruentem cernit auitis
Prædiolis, & longa manu pineta ferentem,
Prima quidem ſpecies magnatum incognita rerum
Luminibus ſueuit tenebras offundere noſtris:
Poſt vbi rem totam propius ſpectauimus, eſſe
Vel non quanta prius, vel non tam bella videtur.
ic abit ille malus, qui nos deceperat, error:
Te verò quo quiſque magis cognouerit intus,
Hoc magis atque magis mirabitur, omnia forti
nuictoque animo quæ ſunt humana ferentem:
Nec fractum aduerſis vnquam, rebusve ſecundis
Elatum: vultu atque animo propè ſemper eodem.
lla tacebuntur ſtudioſè tempora nobis,
Te rectore quibus florentem vidimus orbem.
t poſtquam diuina ſuum te rura colonum
dſpiciunt, turbaque hominum cœtuque relicto,
Hæ latebræ dulces, atque hi placuere receſſus:
Quæ tua vita fuit, quibus & quantiſque referta
eliciis? non iis quæ ſunt in honore per vrbem,
erque domos celſas & picta palatia regum:
ed quibus illa Deûm in terris ignata propago
blectare animos Saturno rege ſolebat.
anè ſacer primùm petitur locus, inde ſeueris
grauibus ſtudiis aliquot defungeris horas,
otinus & viridi lætus ſpatiaris in horto,
ut inter pineta, tuis quæ conſita longè
xcurrunt manibus, vel coniferas cypariſſos,
ut ſacram Phœbo laurum, platanoſque reuiſis
ocraticas. Muſiſque nemus Phœboque dicatum.
æc eadem ſtudia, atque iidem repetuntur amores
œnato pranſoque. ſed & celebratur honeſtis
mper menſa frequens (vt agro nimis vrbe remoto)
oſpitibus, nihil eſt cœna iucundius illa.
um qui ſermones, quàm dulcia verba ſequuntur!
mo non melior, non doctior inde recedit.

Tale genus præſtans & non imitabile vitæ
Dulcis, Oliuari, iam multos exigis annos:
Vt qui prætereant muros & limina villæ
Ante tuæ, exclament, O te, Franciſce, beatum!
Solus enim ſolus ſcis viuere, cætera tanquam
Cœca per obſcuram gens noctis inambulat vmbram.
Te qui non norant prius, illi tempore ſortem
Optauere tuam, quaſi ſuauior eſſet in aula
Victus apud reges, quàm rure domiq; paternæ,
Cum bene morigeris natis & coniuge caſta.
Atque illis iſtud poſſit fortaſſe videri,
Qui tantùm ſeruire, genuq; inflectere coram
Principibus didicere, quibus tulit improba certos
Ambitio ſenſus, & libertatis amorem.
Tu verò tu liber in aula, liber in vrbe
Vixiſti ſemper, nec res fecere ſecundæ
Maiores animos, nec deiecere ſiniſtræ:
Vt vetus aſſiduis exercita flatibus arbos
Ventorum; manet illa tamen, nec ſede mouetur.
Sunt alii, qui perpetuò latuere, minores
Viribus atq; animis, auſi contingere nunquam
Aut commune forum, aut habitatas regibus aulas.
Aſt alii verò, magna cùm publica laude
Munera geſſiſſent, caſu hinc pòſt fortè repulſi
Continuò cecidere animis, & viuere ruri
Mortem ſuppliciumve ſibi crudele putarunt.
Paucis vitæ vtrumq; genus placuiſſe videmus,
Pauci adeò aut ſciuere vti, aut voluere, duobus:
Exceptis Cyro Perſarum Rege, vel illis
Conſulibus, curuo quos Roma vocauit aratro
Vrbis ad imperium. ſed enim hæc vix detulit ad nos
Fama vetus, tantumq; libris ſunt nota legendis.
Nos vel apud regem hodie, vel in vrbe foroq;
Occupat ambitio, vel amor plus ſemper habendi.
Si reuocas retrahiſq; domum generoſus; ab ara

Idem

em coneris fugitiuum auellere ſeruum.
Huic ego dem veniam nullum qui poſſidet agrum,
l habet aut ruri proprium, nec curat habere.
ón inuitus enim caret hoc, quod neſciit vnquam;
ec res ignotas potuit ſpreuiſſe videri.
uid facias illis, qui villas, Iuppiter, altas
dificant cœloq; ferunt? qui iugera pinguis
lle ſoli includunt leuibus viuaria ceruis?
orum non priuata putes, ſed regia planè
edia, tam latis expandunt cornua fundis.
c illi cùm tanta frui, cùm talia poſſint,
nquam animum latere inducunt abſcedere regis,
ntus amor lucri, leuis eſt tam fumus in aula
adibilis, tantoq; paratur gratia quæſtu
nenſas ad opes. ſed enim quis credere poſſit
e homines, claris etiam maioribus ortos,
; adeò viles animi, vt tam pulchra Deorum
nera, terrarumq; ipſius & oris vſum
s non pudeat tenui poſtponere lucro?
actant atauos, iactant præclara ſuorum
mmata Diis geniti ſuperis, cùm furta rapinas
nittant, & quæ pudeat committere ſeruos.
ne prorſus inurbani videantur, & omnis
ertes rationis; in vltima tempora vitæ
prouiſa ſibi, veluti ſolatia, dicunt;
ndocunque domum ſe tempeſtatibus acti,
referant vltro pertæſi regis & aulæ.
tamen iſta cadant vt ſunt præuiſa, bonaq;
edes venia liceat migrare paratas:
canos hominum ſibi quis promittere poſſit?
quis in effœto, & ſpoliato viribus olim
pore ſenſus erit, quàm languidus & breuis vſus?
tum eſt præſentem cùm poſſis carpere fructum,
ngam differre diem: mora temporis affert
ciles nodos, & dura obſtacula ſæpe.

At querimur fructus producere culta minores,
Ipſum incuſantes hodie cœlumque ſolumq;
Ingenteisque Deos: noſtra eſt ſed maxima culpa.
Vt puer inuiſo non riſerit antè parenti,
Ignoto nec ager domino: ſeges ipſa magiſtrum
Plus amat, & manibus verſari gaudet honeſtis.
Quàm melius fundum colere atque ornare paternum,
Quamuis exiguum, fuerit quàm tendere fines
Vlterius ſemper, fundumque annectere fundo.
Diuitias immenſus ager, nimiasque potentis
Monſtrat opes domini: bene cultus at indicat artem
Ingeniumque viri, & maiorem fructibus æquat.
Dic agedum, fructumque putas hunc eſſe bonorum,
Si multum latè fœcundi & fertilis agri
Poſſideas? multos habeas ſub claue repoſtos
Regis aui veteres, aut patris imagine nummos?
Non mage quàm citharas coëmat ſi neſcius artis
Cantandi, clauoque emptas ſuſpendat eburno:
Vel libros habeat ſi nullum indoctus ad vſum
Tantalus hac dici poſſit ratione beatus.
Ignorare mihi quæ ſit tua cura videris,
Cuique rei bona tot cumules: quia nempe bonorum
Laus omnis ſoloque voluptas omnis in vſu eſt.

Ad Cardinalem Bellaium.

Ergo tibi reditum, reditum perſæpe roganti,
Fraternæ fecere preces, iactataque vulgò
Morbi fama tui, & dubiæ ſpes parua ſalutis:
Cuius quanta bonos omneis tum cura teneret,
Oſtendere hominum plenæ formidine mentes,
Et pauor, vt quiſquis veniſſet nuncius vrbe,
Totque data & promiſſa Deorum munera templis:
Ipſe etiam rex ipſe tuos fleuiſſe labores
Dicitur, & magnum vultu monſtraſſe dolorem.
Quæ tamen ipſa tibi iamdudum cognita fama
Eſſe reor: vel qui modo præpes miſſus in vrbem

Nun-

ncius, ad veſtras (puto) iam peruenerit aures,
rdia magna ferens tibi primum, deinde cohorti,
æ longi ſocia exilii errorumq; tuorum
a comes, tecum cupit in ſua tecta reuerti,
cum reſtitui patriis nunc ſedibus optat:
tiuamq; ſuo tabulam ſuſpendere Mauro.
At te (quæ retinere ſolent clariſſima ſæpe
genia) antiquis loca deformata ruinis,
mirutæ moles, & tecta minantia caſum,
n vrbs, verùm vrbis modò nomen, & illius vmbra
æ fuit, imperium cùm totius orbis habebat,
nc triſte exemplum, ſemper mutabilis æui.
ne (inquam) ne, quæſo, diutius iſta morentur,
àm quo metiri ſpatium hoc in tempore poſſis:
ectatum ſatis, ac plus quàm fortaſſe neceſſe
homini rerum prudenti. Ex vngue leonem:
tora tu Campana iube, pictaſq; valere
as, & calidis currentia flumina riuis:
m monumenta hodie villarum incognita nobis,
ſine nominibus, Craſſi, ditiſue Luculli,
nc quoque vicinis etiam deſpecta colonis,
quorum magnam potuiſti cernere partem.
æ tamen, vt nunc ſunt, vrbis labefacta beatæ
ondam, diuitias & opes oſtendere poſſunt:
l quas te libri melius, quàm ſaxa docebunt.
q; vtinam pernix aliquis tibi Pegaſus eſſet,
poſitum placidis equitem qui molliter armis
c in conſpectu noſtro breuioribus horis
teret: aut humeris conſutas Dædalus alas
taret, liquidoq; præiret in aere curſum.
At quanquam tua ſit mora nobis longa ferendo,
deſiderium abſentis producimus ægrè:
turare tamen non feſtinare memento,
te (quod Superi auertant) nil tale verentem
hifer autumnus funebribus implicet vlnis.

Abſtineas etiam moneo nucibuſque pyriſque,
Arboribus quæ poma ferunt, & dulcibus vuis.
Nanque repentinæ febres hic corpora vulgò
Corripiunt hominum; fluit inde iacentibus ægris
Turpiter, atque animam cum ſanguine deiicit aluus;
Quæ tamen (vt ſpero) veniens contagia frigus
Auferet: & cœli Boreâ ſpirante reducet
Temperiem, claraſque dies, nocteſque ſerenas.
Si nondum vires & priſtina robora ſentis,
Aut lectica viæ multis geſtata laborem
Succuſſuſque graues, aut nauis operta leuabit,
Protinus attigeris quàm parui flumina Rheni,
Inde per effuſas illo ſtagnante paludes
Eridanum, Venetique ſinus maria alta ſubibis,
Et multis latè dominantem gentibus vrbem
Europaque Aſiaque, & vaſti gurgite Ponti.
Heîc triduum pones, nunc luſtrans omnia circum,
Vrbis templa, domos, & publica tecta, forumque
Marci, marmoreas Donati principis ædes:
Artifices liquidi (viſu mirabile) vitri:
Nec non ſexcentis inſtructum nauibus, omnique
Armorum genere, & pictis nauale carinis,
Centauro imprimis magni vectrice Senatus.
Cætera ſunt illo quæ formoſiſſima tractu
Oppida, te poterunt non multos vſque morari,
Quanuis multa, dies: niſi lenis deuia Minci
Stagna lubet, patriumque ſolum ſpectare Maronis,
Arcem, & turrigeræ faſtigia celſa Cremonæ,
Et deſerta viris Pompeiæ mœnia laudis.
Hæc te digreſſum Troiani Antenoris vrbe
Ad leuam excipient ſublimibus oppida muris,
Sed Vincentini colles, & nigra placebunt
Vina magis, moruſque per omnes plurima campos,
Nobilis antiquo nec non Verona theatro,
Armorumque potens & ſæui Brixia ferri:
Quæque

Quæque aliæ rectà occurrunt venientibus vrbes,
Hinc Mediolanum, Vercellas, condita Gallis
Oppida præteriens, poſitum in radicibus ipſis
Taurinum venies, vbi lætus magna videbis
Clarorum monumenta ducum, celebrata colonis
Æquè ac militibus defuncti nomina fratris,
Quem mors ante diem properato funere merſit,
Hic aliquot poteris tutò requieſcere noctes
Dum ſoleæ pedibus clauiq; ae aptantur equorum.
Verùm vt ſcis, tibi ludus erit percurrere plana
Italiæ, quantumque iacet latus inter vtrunque,
In medio campi circùm ſpatiantibus vndis
Cùm ſint egregie dextrâ læuaque tot vrbes,
Flumina tot pulchros ſubter labentia muros:
Adde lacus menſis obſonia larga ferentes,
Magnorumque onerum patientes æquoris inſtar,
Hos circum denſa veſtitas arbore ripas,
Lauroque & myrto, & pomis quæ Media miſit,
Quæ verò ſpecies agrorum, & quanta voluptas
Adſpicere implexas contortis vitibus vlmos
Diſtantes paribus ſpatiis atque ordine certo,
Et medias inter ſegetes: quæ verius hortos,
Vniuſque hominis pomaria dicere poſſis.
Tantùm ſeu Pœnina paras, ſeu Graia redire
Per iuga, ſeu libuit per Coctia, nullus euntem
Impediat caſus, cœli vis nulla moleſtet,
Ne glacies digitos, faciem ne frigus adurat,
Ne ventis adpulſa furentibus obruat ora,
Conſpectumque viæ nix tollat equiſque viriſque:
Et te poſt multos reducem tua patria menſes
Accipiat, lætis oculis & fronte ſerena,
Accipiat qui nunc patriæ moderatur habenas
Henricus, pulſis veniens modò victor ab Anglis.
Interea totum Phœbe luſtrauerit orbem
Dum regi exponis longo res ordine geſtas;

Quiq; ſtatus rerum præſens, qui deinde futurus,
Et quid conſilii, quid opis res Itala poſcat.
Ne tamen auſcultа blandis ſermonibus aulæ,
Nec tua lethæo perfundat tempora ſomno
Ambitio fallax, & honorum cæca cupido:
Sed fuge maturus Sirenum ſaxa, priuſquam
Inuidia flagres, quæ regum ſemper amicos
Virtutemq; petit ſublimi in ſede locatam.
Non obſcura ſequor, tibi nec modò cognita primùm
Te multis fortuna modis exercuit antè;
Te capitis fecere tui diſcrimina cautum,
Et toties vario tranſmiſſa pericula caſu.
Non iter ignotumue pererras littus. eoſdem
Ad ſcopulos hærere, iterumq; offendere turpe eſt.
Sed me ſtultus amor, me longius ire monendo
Impulit, immemorem tua ſit prudentia quanta:
Tu tamen hanc nimio veniam dabis æquus amori,
Teq; domum referes, quò te veniſſe propinquis
Lætentur pagis, lætentur & vrbibus omnes.
Sed neq; mortales tangunt ea gaudia ſolos:
Ipſæ etiam pecudes & bruta carentia ſenſu,
Ipſa mihi tellus rídereq; prata videntur,
Et ſuper aucta ſuas effundi flumina ripas.
Quas, vbi fama tui reditus vulgata per agros
Circum omnes fuerit, credis mox affore turbas;
Quos & concurſus hominum regionibus illis
Vndiq; viſendi ſtudio? ſe quiſq; beatum
Crediderit, tua ſi conceditur ora tueri,
Si manibus ſummam dabitur contingere veſtem,
Si premere & quæ tu veſtigia preſſeris antè.
Quid cùm ſupplicibus fueris bona verba precatus,
Intendens oculos, & ſacram ad ſidera dextram?
Procumbent omnes, velut aras ante Deorum.
Sed propera, ſi vis extremos cernere ludos,
Quos tibi pro reditu felici ruſtica pubes
Læta

ta facit. vidi nihil ipſe iocoſius vnquam.
nque vt prætercam ſcenam, vilemq; paratum,
longos Erebi dentes inhiantis apertis
ucibus, & mandentis adhuc ſpirantia membra,
uæ poſſint Fabio, riſumq; mouere Catoni.
ra fuit perſona gerentis cornua fronte,
ciferi, picti faciem carbonibus atris,
luentis longæ ſinuoſa volumina caudæ.
i procul igniuomo quoties emiſit ab Orco
orrificum clamorem, & quo nemus omne propinquum
ſonuit, verſæq; ſteterunt fluminis vndæ;
mnibus iit ſubitò gelidus per tempora ſudor,
metus, effractis erumpat vt ille cathenis,
ontinuoq; domus Plutonia tota ſequatur.
rte aliâ poſitâ videas in ſede tyrannum
ldi vincla reis & verbera ſæua iubentem:
arnifices nudis quatientes flagra lacertis,
aud fictos gemitus toto reddente theatro?
tera quæ fiunt vel præſens ipſe videbis,
el referent alii cùm veneris. interea tu
lde gradum, pleni dum ſicco puluere campi,
um faciliſq; & plana via eſt, corrupta nec imbri.
mq; adeò iam triſtis hiems abſcondere ſoles
cipit, & pluuiis obnubilat aera ventis:
d prouiſa tibi lignorum copia magna eſt,
uam modò Campanis aduexit Matrona ſiluis.
u ne ideò mutata feras veſtigia retro,
anq; ſuas habet hic veneres locus omnibus anni
emporibus, ſuaq; eſt hiberno gratia cœlo.
aud facilè in terris alia regione locorum
ot ſimul inuenias & commoda tanta, quot vno
quàm multa loco tibi ſeſe vberrima fundent.
ic ſecurus eris quæ procreat aula malorum,
itabis maledicta hominum, linguaſq; nocentes:
itabis duplex ſtudium, geminumq; laborem,

Manè

Manè ſalutandi, ſeu reddis lætus amicis,
Seu capis inuitus quos detulit alter honores.
Hîc aliis quæ multa locis cogare tueri,
Nulla tibi ſtomachum prorſus conſpecta mouebunt,
Nil dirum, nil triſte tuas referetur ad aures.
Et quoniam ſiluæque placent, tacitique receſſus,
Nec tamen humano conuictu durus abhorres,
Hic vtrunque locus dederit; ſic vrbe remotus,
Vt quoties libeat poſſis cum ciuibus vnà
Eſſe tuis ſpatio vnius non amplius horæ,
Seu veniunt ad te, ſeu tu contendis ad illos.
Hîc melius ſacra nemorum ſpatiabere in vmbrâ,
Mollibus in pratis, viridiſque in margine ripæ:
Hîc verſus facies Muſis & Apolline dignos.
Viues ipſe tibi, incipies aut viuere primùm,
Regibus Aſſyriis felicior, & bona carpes
Hortorum, nemorumque, & ruris opima beati;
Qua rex cunque die, quoquo vocet, ire paratus,
Semper vt expectat qui ſignum ad prælia miles.
Hîc quibus ipſe voles, & quando, frueris amicis,
Me ſimul atque aliis, me plus tamen omnibus vno.

Ad Craßinum, doctißimum Senatorem.

Quicquid vbique latet nummorum, quicquid vbique eſt
Argenti, quicquid gemmarum, quicquid & auri,
Nobis eripiunt crudelis tempora belli:
Materiâ ſic flagitii, luxuſque remotâ,
Ponimus inuiti, quod erat virtutis amore
Ponendum multò prius, & ratione magiſtrâ.
At cùm fortis agros miles populatur, & vrbem
Caſtra mouet propius, quæ tum trepidatio matrum?
Lymphatæ curſant circum delubra frequentes,
Atque Deos poſcunt, irataque Numina, pacem.
Ipſæ quinetiam tumidæ ſucceſſibus antè,
Incipiunt reliquis vti cum ciuibus æquo
Iure poteſtates, & non contemnere ſortem
Plebis,

ebis, & humanos communes ducere caſus,
donis placare Deos, & poſcere pacem ;
que etiam magnis humiles obſtringere votis.
c metus, & dubiis incerta pericula rebus
onſternunt animos, quantumlibet antè ſuperbos,
mortis memores faciunt cultuſque Deorum.
Ergo pace fuit nunquam minus vtile bellum,
uſque libidinibus prodeſt vis illa regendis ;
iàm verba & ratio, quàm Cincia & Oppia leges.
fracto quem nauigio fortuna redegit
l peram & baculum, ſapere is tum deniq; cœpit:
iius item fauces oppreſſit copia rerum,
ſtrictæ laxant epulæq; cibiq; negati:
quæ non aliter curari liuida poſſunt,
pe reciduntur candentibus vlcera lamnis;
rapido nimiam ſegetis depaſcimus igni
xuriem. Quòd ſi meliores reddere noſtros
lla ſolent animos, & relligionis amantes,
id tam funeſtis ac diris vocibus arma
ſequimur, nobis quæ ſæpe fuere ſaluti?
n noſtras quoties aut denſa grandine nimbus
ntriuit ſegetes, dedit aut ſubuerſa ruinam
tâ labe domus, demerſaue puppis in alto eſt,
ulimus quoties dilecti funus amici:
c accepta Deis incommoda ferre ſolemus,
nos ſupplicia iis meritos grauiora fatentes
iicimus capita, & grates exoluimus æqui:
r etiam non bella moueri numine Diuûm,
r non bella geri dicas, vtque optima nobis,
mitti à Superis, quanuis alia eſſe videntur?
nque Deis magnæ cùm ſint mortalia curæ,
n nos adſpiciant, cùm ſaluos eſſe laborent;
are quæ nobis ſint optima, credere par eſt.
ona pars hominum cæcis offuſa tenebris,
ta Deos iniuſta rogat, contraria rebus

Multa

Multa ſuis; ſtudium populi, vel regis honores,
Diuitias, & quæ bona vulgus cætera ducit:
Quæ cùm nactus erit, ſubit ingens turba malorum,
Inuidia, & preſſis armata calumnia telis:
Tum delator atrox cum falſis teſtibus, illi
Iudicium capitis, litemque intendit acerbam,
Corruptus iudex ſedet, ambitioſus, auarus.
Quid faciat? niſi ſe gladio laqueoue tyrannis
Eripit: & mortem deludit morte priori?
At Deus errorem hunc hominum miſeratus ab alto,
Multa forent ipſi quæ pernicioſa roganti,
Sæpe negat, quædam tribuit nolentibus ægris,
Primâ tetra quidem ſpecie, mox læta futura:
Carbones ac cùm rutilos flammamq; micantem
Poſcênti nutrix puero, materue negauit,
Aut apii viridis calicem porrexit amarum
Crudelis nimium videatur & aſpera nato,
Non aliis: quinimo ſi vitioſa petenti
Annuerit meritò crudelem dicere poſſis.
    Nobis & requies & pacis nomen in ore eſt
Semper: eo ſermone Deûm contundimus aures,
Scilicet vt plenis ſecurâ mente fruamur
Deliciis: ne quiſue mali metus otia turbet.
    Nunc mala quæ nobis veniunt, paceınq; ſequuntur
Accipe: luxuries, ingens & copia rerum,
Adde voluptatum ſpecies, & turpia mille
Dedecora: effuſo nuptæ viduæque pudore,
Et quæ clauſa domi melius ſe virgo teneret,
Intempeſtiuis conuiuia circuit horis.
Ludus iners, molles alieno tempore ſomni,
Hinc & adulteria, & ſoboles mentita parenti,
Inſitus & veris alienus ſtirpibus hæres:
Continuò rixæ innumeræ, diſcordia, lites,
Iudicium, teſtis, delator, vultus auari
Iudicis: eiectiq; boni ſine crimine ciues.

Cum probro atq; ignominiâ sunt. omnibus istis.
Eripiunt te bella malis, nec quæ mala secum
Adportant, æquanda bonis potioribus istis:
Quæ neq; tempestas, nec fænus ademerit hostis.
At bellum exitio multis fuit vrbibus olim,
Et fuerit. quid si nec semper inutile nobis
Exitium? & morti succumbere præstat honestæ,
Quàm longam & turpem cum probro ducere vitam.

Ad Franc. Oliuarium, Franciæ Cancellarium.
De causa Merindolii. Lutetiæ acta in Senatu.

Quid Romana bonus, quid Græca per oppida Rhetor
Eloquio potuit, quo non traducere plebis
Nutantes animos, quas non aut vincere causas,
Hæc facilè ostendit magnis agitata clientum
Et patronorum clamoribus ardua causa:
Non de re, non de repetundis deniq; nummis;
Sed de vi potius, de cæde, stuproq; pudicis
Matribus oblato, & vinctis sine crimine cæsis.
Nam longam historiam pulchro simul ordine cœpit
Albricius recitare, viros & morte peremptos
Indignâ, raptasq; soluto crine puellas,
Et latè miseris subiecta incendia vicis.
O qui tum gemitus, ò quæ suspiria ab imis
Exaudita ferè gradibus, portisque Palati:
Omnes exquisita reis, & summa precari
Supplicia, indignos qui lucis honore fruantur.
Ipse etiam Prætor vultu latis esse probatum
Significans, solio iam iamq; exurgere visus,
Et socios quæ sit sententia poscere velle.
Dicendi finem vix fecerat ille; Robertus
Occupat. indignari omnes, quòd surgere contrà
Audeat, admirari etiam quid dicere possit.
Incipit ille tamen verbis quæ pectora quamuis
Flectere dura queant: sic paucis perficit horis;
Vt modo quos damnare patiq; extrema iubebant,
Mutatis

Mutatis hodie cupiant dimittere votis.
Sed leuiter mala nos pungunt aliena, ſimulque
Obiectâ triſti ſpecie naſcuntur, & ortæ
Areſcunt lacrymæ. Dubios inquirere ceſſo
Litis in euentus, obſcuraque ſoluere fata:
Di faciant ne plus valeat facundia vero,
Et præiudiciis ne cauſa prematur iniquis.
Quem tacitâ Cæſar damnauerat antè tabellâ,
Certus propoſito nunquam deflectere, iudex
Sedit in hunc facilè à caris perſuaſus amicis:
Orabat Cicero, primùm inſinuare latenter,
Inde omnes verſare dolos; mox promere tela,
Et iactare faces, & ſcalas addere muro.
Quid quæris? paulatim hominis deferbuit ira,
Mutauitque animos, mutauit ſæpe colorem,
Denique profudit lacrymas, hoſtique pepercit.
Tantum Suada poteſt hominum dea cordibus imis.
Sed magis illius vires & robora ſentit
Ingenium, tereteſque dedit cui Iuppiter aures.
Pictorem vt pictura magis, verſuſque poetam
Oblectat, numeri, numeros voceſque tenentem.
Nam cuiuſque operis quæ ſunt vulgaria forſan
Quiſque notat, perfecta vident abſtruſaque ſoli
Artifices? magnum ſic Rhetor Rhetora cœpit.
Ergo forum mutum eſſe iubes, elingue, vel infans;
Patroni vitare dolos, & habere diſertis
Perpetuò clauſas, Sirenum vt cantibus, aures,
Et reuocas Martis nos ad ſolennia pagi?
Non ego, ſed morem ſeruare, modumque tenere
Præcipio, ne res ſermonem & verba requirat,
Neu faciat verboſa viris facundia fucum,
Et linguâ melior perruptis legibus æquum
Opprimat, immeritumque reportet ab hoſte triumphum.
O ſi iudicio, non caſu & ſorte legantur
Moribus atque ætate graues, rerumque periti,

Qui leges & iura diu magnoq; labore
Cognita deſcribant populis, legumque miniſtri
Quod cuiuſq; ſuum eſt tribuant, nec amore, nec irâ
Impulſi, ne ſpe nummos de lite ferendi !
Næ fruſtra conentur eis dare verba patroni.
Sed priuata bonas corrumpunt commoda mentes ;
Diuitias Crœſi paucis præcurrimus annis,
Ne mors nos intercipiat, ne vela retrorſum
Ventus agat veriti. tamen hæc quis deinde fruenda
Accipiet ? tu non, tibi qui præcidis & vſum,
Et ſpem, quæ potuit miſerum te ſola iuuare.
Paſcimus interea multorum corpora, multos
Hoc eſt nempe lupos, aut multas paſcere vulpes.
At pulchrum valde eſt & magno principe dignum,
Regales ornare epulas , trahere agmina ſecum
Maxima ſeruorum : pulchrum, ſi conſtet honeſtis
Turba viris : agedum, demptis circumſpice paucis,
Qui reliquus te proſequitur comitatus euntem.
Turpis, iners, indoctus, egens ſimulator, auarus.
Quæ quoniam neque ſunt obnoxia legibus vllis.
Et neq; lictorem metuunt, neq; iudicis iras,
Crimina , nec ſuaſu poſſunt verbiſq; reuelli ;
mendare tuum eſt. ſi nil tua iuſſa valebunt ;
gnauos coges aliò concedere fucos,
t niueo contentus eris grege ; tres memor olim
rætori comites non amplius iſſe Catoni.

De Meti vrbe capta.

rgo militibus tandem Mauortia noſtris
onceſſit belli veterem Germania laudem ?
icimus, ô ciues, & quæ gens vincula nobis
æua minabatur . caſtris exuta relictis
ut turpi ſe prona fugæ dedit, inque ſepulta
orpora per campos ſociorum multa reliquit,
at captiua ſuis accepit vincula dextris.
rua manus iunctas animis (quis credere poſſit?)

Totius Europæ ſimul vno tempore vires
Suſtinuit faſtuſq; ſuperbos gentis Iberæ
Contudit, & toties aſſuetum vincere Regem:
Qui properans vultum ſua probra recentia, pubem
Francorum oppidulo clauſam ſperauerat armis
Poſſe capi, reliquum mox ſpe complexus inani
Imperium: ſed eo ſene iam Fortuna relicto
Tranſiit ad iuuenem Regem. ſeu neſcia certo
Stare loco, ſeu laudis amans ſurgentis in altum.

Ergo nunc placidum Regi parere Moſellam
Cernimus, & campos Lothari nomine dictos.
Rhenus & ipſe pater victori brachia tendit,
Adſcribiq; libens antiquis finibus optat.

Scilicet hoc fatale ſolum tibi, Carle, tuoq;
Nuper auo, Deus has prohibet contingere terras.
Audax ille, ſedens ad parui mœnia Nanci,
Et decus & vitam certamine perdidit vno.

Tu decus & partos multo ſudore triumphos
Vnius effudiſti amens ſub mœnibus vrbis:
Forſitan & mediis vitam poſiturus in agris;
Ni conuerſa retro veſtigia, Carle, tuliſſes.
Ipſa tuos tellus eiuſdem ſtirpis alumnos
Belli ductores, rarum decus extulit æui
Quenque ſui, patriæ quibus eſt data cura tuendæ.

Illum Sicaniæ regem, qui robore noſtrûm
Confidens equitum ſociis adiutus & armis,
Burgundæ contriuit opes ac nomina gentis.

Hic verò qui nunc Metenſi fortis in agro
Fulminat, Hiſpanaſq; phalanges mœnibus egit
Præcipites, turpiq; fugâ dare terga coegit,
Militat auſpiciis Errici Regis, vtriq;
Debita laus: maior ſed enim de Cæſare victo.

Ecce autem ſublimis equo, ſpoliiſq; ſuperbus
Cæſaris, ingreditur iuuenis, quem Gallica turma
Nobilium ſequitur paribuſq; exercitus armis

Et ca-

Et captas Aquilas, minioq; rubentia Regi
Signa refert. manibus date, ciues, lilia plenis,
Et lauroq; apioq; implexas ferte coronas.
Qualis erat nigris rediit cum victor ab Indis
Liber agens longum quacunq; incederet agmen:
Qualis & occiſo lethali vulnere monſtro
Theſeus eſt quondam patrias inuectus Athenas:
Qualis mentiti ſpoliis oneratus Achilli
Priamides Phrygiam ſe rettulit Hector in vrbem:
Talem defenſa patria, Franciq; vetuſtis
Finibus imperii, reducem te maximus vltro
Accipit Erricus, Reſpublica tota ſalutat,
Otiaq; & vitam tibi ſe debere fatetur.
Vos etiam tanti ſocios comiteſq; laboris,
os quibus appellem, poſt tot pulcherrima factæ
ominibus? quorum virtuti Græcia nullum,
on ego contulerim legionum Martia vobis
gmina, non ſacram Thebanâ gente cohortem;
quibus argento fulgentia ſcuta fuêre.
is populus poſthac, quæ veſtros natio vultus
ſtineat? quæ gens belli ſe comparet arte?
Tu verò quem tot cumulat fortuna triumphis,
quot in parteis varias Europa ſecatur:
decus eſt duplex pulſo bis Cæſare partum,
e modum ſeruare, alieno diſce periclo:
cupidinibus certos præſcribere fines:
uatoris potius, nomenq; parentis
is ama, quàm vel Domini vel Regis acerbi.
fuit exitio multis hoc Regibus olim,
ribuſq. fuit prius illud, ſæpe ſaluti.
a magis populis externos prælia Reges
mendant, quàm cùm monſtrauerit exitus illos.
em principiò, nec opes quæſiſſe, nec vlla
ria, obducto ſimulatis artibus hamo:
um ſponte ſuâ & veræ virtutis amore

 Ductos,

Ductos, auxilio voluiſſe opibuſq; iuuare,
Quos vis ſeruitio preſſos aliena teneret.
Nec generi humano contingere gratius vllum
Munus, libertate poteſt. Quo Græcia plauſu,
Et quâ lætitiâ, præconis verba Latini
Excepit, patriis cùm viuere legibus omne
Æuum, tanquam miſſa manu longoque ſoluta
Seruitio iuſſa eſt? tanto clamore volantes
Præter aues ſubitò ad terram cecidiſſe feruntur.
Atq; ea gens affecta recenti munere tanto,
Nonne fuit citius vitam poſitura iubente
Conſule quam nummum, poſtquam prouincia facta eſt?
Quid Rhodiique, aliique? omnes in fœdere malunt
Viuere quàm dominis ſtipendia ſoluere victi,
His tanquam gradibus popularis gratia multos
Forteis ſæpe viros euexit ad æthera Diuûm
Æternaſque domos, & cœli in parte locauit.
Theſea quid memorem? quid ſacras Herculis aras?
Quique in morte alii numeros auxere Deorum?
Diis meritò grates referendæ, qui tibi mentem
Hanc dederint, leuia vt malles & lenia ſemper
Imperia, & ſancti regnares more parentis
Sedibus in patriis: aliena vel extera, non tam
Subiicere, optareſque tuis accedere regnis,
Quàm prohibere malis & certâ pace tueri.
Pro quo diuinos viuo ſacrauit honores
Parma tibi, diris ereptaque Sena tyrannis,
Et modò libertate datæ quæ neſciit vti,
Poſcit opem ſupplex iterum Germania, poſcunt
Italiæ profugis viduatæ ciuibus vrbes:
Vnde tuæ noua mox ſuccreſcat laurea fronti.
Et dicat ſoboles quondam ventura nepotum,
Hic rex legitimus Francorum, non tulit ægrè
Vicinos populos in libertate manere:
Quinetiam oppreſſos adiuuit milite & armis:

Atq;

Digitized by Google

Atq; illi tantis merces ampliſſima ſemper
Pro meritis eſt viſa, piis in mentibus hærens
Gratia: quæ magni merces eſt vera laboris.

Ad Henricum Regem.

I Felix, quò te tua, Regum maxime, virtus
Et fortuna vocat, Moſum, Scaldemq;, Sabimq;
Inter, ad extremas Batauorum littoris oras,
Ereptos priſcis repetitum regibus agros.
I felix, quò te veterani militis ardor,
Quò tua mens inuicta rapit, Belgamq; rebellem
Conatum malè ſe iuſtis ſubducere regnis,
Coge recuſantem Gallorum antiqua ſubire
Imperia; & dominos tectis inducere Celtas.
Quem neq; bellipotens nuper Germania texit,
Nec qui perpetuò Germanos limite Rhenus
Separat & Gallis? tantum conſpecta pauorem
Omnibus Alſatum populis tua ſigna dedere.
Ille fugâ rediens poſt paulò venit ad vrbem,
Claram olim imperiis, regnatricemq; Moſellæ,
Vnde iterum amiſsâ media plus parte ſuorum
Fugit. at innumeras equitum peditumq; cohortes
Secum iratus agens ſperauerat impete primo
Conſcenſurum vrbis muros, & tecta daturum
Ignibus. ò, falſas hominum ſpes abſq; Deorum
Auxilio. ſtetit ille ſuis modò viribus. at tu
Arma capis, poniſque Deis auctoribus arma.
Tu quoties exire tibi eſt ad bella neceſſe,
Manè Deûm ſanctas ſupplex procumbis ad aras,
Votaque pro nobis, pro finibus, atq; ſalute
Concipis imperii, ſummiſsâ deinde precatus
Voce Deos: ſic te contingat numine dextro
Incolumes ſocios omnemq; reducere pubem.
Ergo benigna fauent tibi ſidera, nullus eunteis
Antè duces, primùmq; morari exercitus agmen
Nulla manus potuit, ſed apertis oppida portis

Accepere tuos: quæ (ſi mens recta fuiſſet
Hoſtibus) expugnare decem vix menſibus vlli
Mortales valeant. turbatis pergite Belgis
Dii tales animos, talemq; immittere mentem.
At regina nouam quæ nuper ſtruxerat vrbem,
Quos ſuper amiſſà gemitus, quas illa querelas
Sparſa comam, & pugnis concuſſo pectore fundet.
Tu verò noſtri pars maxima roboris, vrge
Perculſos *Errice*, & iam fugientibus inſta.
En fatis promiſſa tibi victoria: ſi nec
Stellas ſuſtinuere minoraq; lumina Solem
Non (mihi crede) ferent: non hæc lectiſſima gentis
Robora. quæ fido circunſtant agmine regem.
Vinces dum cœlo tribues non inuidus auctor
Vincendi cauſas. dum quæ geris omnia, magnis
Diis accepta feres: ipſoſq; fatebere ſolos
Et pugnare Deos, pugnando & vincere ſolos;
Teq; manus illis tantùm præbere miniſtras.

Ad Margaritam Regis ſororem.

Eſt illud quod ſæpe queri, magnoſq; ſolemus
Accuſare Deos, ſtultis longiſſima vitæ
Concedi ſpatia, & quorum nil viuere prorſus
Interſit: natos ad commoda publica ciues,
In medio plerunq; diem finire ſupremum
Vitæ curriculo, fermè caneſcere nunquam.
Ac ſi huius pertæſa loci, pertæſa malorum,
Quamprimùm hinc aliò cupiat concedere virtus:
Aut Deus inuideat miſeris præſtantia terris
Ingenia, & malit præſentibus ipſe fruiſci.
Sed quæcunq; tamen cauſa eſt: non gloria nobis,
Non aurum, non diuitiæ, non celſa poteſtas,
Non, quæ iſtis melior, ſapientia prorogat annos.
Lex & conditio moriendi eſt omnibus vna.
Atq; illi Superûm gaudent accumbere menſis,
Et deſideriumq; bonis luctumq; relinquunt.

Digitized by Google

Maxima pars hominum ſed enim ſua commoda luget,
Nec verò audire eſt alias in funere voces:
Hem quid agam? quò me miſerum fortuna redegit?
Ad quem confugiam tali priuatus amico?
Ille ſuis opibus me ſuſtentabat egenum,
Illius ambitio mea pennis alta petebat:
Ille meas ſecum moriens ſpes abſtulit omneis.
Talia commemorant. At ſimplex nudaq; virtus
Effertur ſiccis oculis, & honore ſepulchri
Sola caret. paucis quoniam reſpublica cordi:
Et ſua poſſe putant ſalua atq; integra manere
Euerſis adeò communibus. ò mala rerum
Diſſidia! ò falſis imbutaq; pectora nugis!
Tu, minor eſt ſi facta vel vno res tua nummo,
Exclamas, totamq; reples clamoribus vrbem:
Vt ſubuerſa cadat reſpublica funditus omnis
Relligione patrum, nihil ad me pertinet, inquis.
Non ſic, non, in morte Cati, ſic Regia virgo:
Cuius & ingenium viui dilexerat antè,
Et vitam, & mores, & dulcia verba loquentis:
Poſt etiam lacrymis onerauit lumine caſſum:
Nec quondam extinctum fleuit magis illa parentem
Filia, nec plures emiſit ad aſtra querelas.
Quæ tanti gemitus fuerit, tantiq; doloris
Cauſa, vides: & quid virgo ſperaret ab illo,
Quidue dolens inopis mortem lugeret amici.
Nota recensq; viri virtus, quem Numina cœli
Non ſiuêre diu veſtigia figere terris.
At veri luctus & honeſti prodidit illa
Omnibus exemplum, quid amici in morte dolere,
Quas res & ſapiens in damnis ponere ſolas,
Et quibus amiſſis debet communiter angi.
Pone tuas, virgo, lacrimas, ſuſpiria tolle.
Non mors atra Catum, non impia Parca peremit:
Viuit adhuc, viuetq; æternùm; & nubibus ipſis

Altior, in cœlo meliores tranſigit annos.
Quò, pater, ò vtinam tua per veſtigia curſum
Dirigere, atq; iiſdem liceat conſidere tectis.

Ad Lancelotum Carlum Epiſc. Rhegienſem.

Ibis, amice, tuo Regi comes, ibis inermis
Inter & armatos & ſpicula ſæua ferentes,
Inſtructus calamo ſcribendis verſibus apto:
Egregius vates perhibetur vt Ennius olim
Scipiadam fortem Romana in caſtra ſequutus.
Nec cantare ducis continget facta minoris;
Cinget honoratam breuior nec laurea frontem.
Sed fuge tu gladios, moneo, fuge cautus Iberi
Militis inſidias: nam triſti ſæpe ruinâ
Imbelles fortuna premit contraria belli:
Et Mars carminibus neſcit manſueſcere vatum:
Sæpe iacet mediâ vates ignotus arenâ,
Non potis ipſe ſuo cineri ſuperaddere carmen:
Pierides illum Nymphæ fleuere ſub antris,
Et iuga Parnaſſi raucis gemuere querelis.
Nunc omnis belli ſtudiis excita iuuentus
Arma parat, galeas, & equos, tentoria, currus.
At tibi ne deſit librorum magna bonorum
Copia, neue domi, dulcis ſolatia vitæ,
Mœoniden, Flaccum, doctumue relinque Maronem,
Magna tibi veniet bello ſeu pace voluptas,
Magnum, crede mihi, capies ſolamen ab illis.
Rex Macedo noua quotidie cùm bella moueret,
Illecto nunquam ſummum repetebat Homero:
Et Brutus Polybi ſecura mente legebat
Hiſtoriam, certus diſcriminis vſque futuri:
Et Cato Romanis cùm iam diffideret armis,
Ad diuina tamen confugit ſcripta Platonis:
Quæ relegens caſus cùm ſe firmaſſet in omnes,
Egregiâ præſens vitauit morte periclum.
Iam decus hoc nobis qui regni in ſede reliquit,

Nobi-

Nobilium pueros virtutem arteſq; doceri
Inſtituit, iunctis vis eſſet vt inſita maior
Conſiliis. Aliena mouent exempla, legendo
Quæ quiſq; in patriâ viuens, quæ geſſerit extrà,
Quoſq; pares laudum meritis accepit honores.
Multa quoque & veterum belli præcepta gerendi
Vtiliter ſapiens ad noſtros transferet vſus.
Nonne vides quantò meliores protulit ætas
Noſtra viros, ex quo mediis ſapientia caſtris
Cœpta coli. ſtudiumq; librorum miſcuit armis
Miles, vt inſidias aſtutius vertat in hoſtem,
Vt, quoties opus eſt, in aperta pericula currat?
Sunt tamen & qui non dubitent contendere vulgò,
Doctrinâ molles animos & corpora reddi,
Indoctos, quibus ingenium eſt agreſte ferumque,
Acriùs iraſci, & tractare ferociùs arma.
Vt quem lactantis deprenſum fortè leænæ
Venator catulum docuit iam tempore longo
Imperio parêre, manumq; ſubire magiſtri,
Non poſſis æquare animis & viribus illi,
Quem mater pauit furtis & cæde ferarum
Montibus in Libycis. ſed enim mens optima longè
Pars hominis, quâ fretus, inermi corpore cùm ſit
Inualidoq;, tamen latè dominatur & vnus
Cuncta regit toto quæ ſunt animantia mundo,
Et viget ingenium per ſe ſine viribus: expers
Conſilii vis mole ſuâ ruit, & malè perdit
Incautos: vt aper recto in venabula curſu
Fertur, & obiectum capit intra viſcera ferrum,
Læuus quod poterat nullo vitare labore.
Adde quòd aduerſis animus, nec frangitur vllis
Caſibus, & quanuis ſuperato corpore, quanuis
Obſtricto, tamen inuictus liberq; manebit.
Idcirco quoties ex vnâ parte fuere
Vires, conſilium ex aliâ; plerunq; reuicta eſt

Pars, quæ fulta ſuo fidebat robore tantùm.
Aſt ea iuncta duo quò non peruadere poſſunt?
Vt nauis bene firma bono ducente magiſtro
Spernit & Ionios fluctus, & Iapyga ventum;
Amiſſo rectore diu iactata per vndas
Tandem illiſa vadis ſcopuloue impacta fatiſcit.
Ergo dux neq; fortis erit, neq; miles honoris
Veri ſat cupidus, cui non ſit nota vetuſtas.
Et quibus in cœlum meritis adſcendere magnus
Alcides potuit? quæ vis ea tanta, quid artis
Conſiliiue fuit, victrix vt Græcia paruâ
Exiguaque manu totum peruaderet orbem?
Quid tantùm Græcus, quid tantum Barbarus hoſtis
Fulgentes aquilas Romana tremiſceret arma?
Quòd ſi præſidiis ſine talibus, abſq; magiſtro,
Hanc alicui mentem dederit natura vel vſus,
Sponte ſua prudens loca poſſit idonea caſtris
Deligere, & ſtructas acies producere vallo,
Expugnare vrbes, patriæ defendere muros;
Omne ducis demum generoſi munus obire;
Eximium hunc par eſt & amicum credere Diuis:
Pauci adeò potuere. ſed iidem fortius illi
Bella gerant, pulchras iunxiſſent Palladis artes.
Iratum viden' vt faciat Martemq; furentem
Mæonides, contrà ſedatâ mente *Mineruam*?
Ambos præſtantes animis: verùm tamen illum
Expertem rationis, euntem more ferarum
Ad pugnam: huic triſtes ſapientia temperet iras.
Hac noſtram vates expreſſit imagine vitam.
Doctus ab indocto tantum differre putatur,
Quantum diſtat homo brutis, ſpirantia quantum
Stipitibus duris & marmore. Dic age, formam
Tu Niobes malis, an quam mutata figuram
Accepit lapidis? malis immunda luto ſus
Verſari, vt quondam ſociis euenit Vlyſſi;

An pro-

Digitized by Google

An proprium retinere decus formamque virilem?
Credo illud Gryllo aut Epicuro poſſe probari,
Non tibi, qui vafri ſenſus imitaris Vlyſſi;
Non mihi, Palladiâ qui tam delector oliuâ,
Vt iubeam quercus apioq; valere coronas.

Ad Salmonium Macrinum.

Pauperies ſemper miſeros inimica poetas
Inſequitur: nec ſcripta ferè vllis vlla leguntur
Carmina diuitibus. nam mollis inerſq; voluptas
Cui non eſt potior ſcribendi viſa labore?
Hinc quoq; ludibrium & contemptus naſcitur atris.
Nec tamen interea ſua pauper carmina vates
Vendere, nec blandus circum ſtrepere oſtia ceſſat
Nobilium, & prohibere ſuis à faucibus atram
Obſcœnamq; famem. quid enim quid ſperet ab illis
Amplius? ò, meritis impar ſed gratia tantis!
O nimium vili munus mercede repenſum!
Iccirco noſtrâ ſunt pauci ætate poetæ.
Nam rerum deſpecta velit quis diſcere magno
Cum ſumptu ſtudioq;, vel in re ponere paruâ
Et tenui tantum curarum, nullus vt inde
Fructus & vtilitas capiatur fine ſupremo?
Quot vati periere dies? quot tempora & horæ
Dum rudis excolitur magno conamine verſus:
Poſthabuit leuibus priuata negotia ludis,
Publica poſthabuit: precioſi vt deinde repertor
Theſauri quondam, properat diſpergere nugas.
At quotus in populo recitanti præbuit aurem?
Tam malus eſt iudex alieni quiſq; laboris;
Seu mala mens rectum, ſeu liuor & impedit ira
Iudicium; ſeu tota magis res eſſe videtur
Futilis, experiente viro nec digna vel acri.
Ergo ſtultitiæ non eſt mediocris, in arte
Difficili magnique operis conſumere primùm
Ætatis florem, melioraq; tempora vitæ;

Vt labor exhauſtus nullâ mercede leuetur
Poſteriore, ſenemq; premant incommoda vatem,
Extremâ quæ ſentit iners ætate ſenectus.
Atq; illud memini puero mihi dicere patrem
Sæpius, & nimiâ reuocare cupidine verſus
Scribendi: ſimul innumeros monſtrare poetas
Abiectos, inopeſq;, ſuâ nullius in vrbe
Nominis. ergo vmbrâ nemorum, Muſiſq; valere
Iuſſis, ad ſacra compendia maxima leges
Conuertor lucemq; fori. plus hinc quoq; laudis,
Quàm lucri, tria continuò per luſtra relatum.
Vel quia turpe foro quæſitas eſſe putaui
Diuitias, poſitamque ab auaro iudice menſam:
Vel quia naturæ mala fruſta pellere tentes,
Nec poſsit naſcens ita ſe mutare poeta,
Vt non perpetuo miſerum comitetur egeſtas,

Ad Marilliacum Archiepiſcopum Viennenſem, & Regis in ſacro Conſiſtorio Conſiliarium.

Certe vt difficile eſt duris aſſueſcere rebus,
Sic quoque difficile eſt aſſueta relinquere quamuis
Triſtia principio, quamuis ſint dura ferendo:
Emollit quæ longa dies, & mitigat vſus.
Ne deſint exempla, vides vt Regia feruet
Nobilium gregibus, locupletùmque æris & auri
Omnes hi Regem aſsidue vel Regis amicos,
Et cum bruma gelu riget, & cum Sirius ardet,
Siue dies aperit, ſeu nox tegit horrida campos,
Per maria & terras, monteiſque & plana ſequuntur.
Excipit agreſtis domus illos paupere tecto,
Quæ fuerat prius immundis habitatio porcis,
Lanigero ſtabulum pecori ſtabulumq; iuuencis.
Sternitur omne ſolum ſtipulis: ibi corpora feſſi
Deponunt: aut, cùm melior fortuna, ſub vno
Sæpe decem videas aut plura cubilia tecto.
Iam quæ ſollicitat ſugentem cura, priuſquam

Luceat, vt bene manè potentis limen amici
Ventitet ante alioſq; ferat referatq; ſalutem?
Inde nouæ rodunt intus præcordia curæ,
Latrantiſq; malum ſtomachi: nec prandia certa,
Infelix cibus, & dubiæ ſpes anxia cœnæ.
Omnes hi laxè poſſint habitare, domi ſi
Eſſe velint, propria poſſint diſcumbere menſa,
Stipati famulis, ſeruorumq; agmine longo,
Ad multumq; diem producta ſtertere nocte.
At mala ſuſtineant cum plurima, ſi tamen Aulæ
Ingreſſu prohibes, longeq; faceſſere cogis.
Exilium ducant patrios remeare penates.
Vſq; adeo magnum eſt paulatim aſſueſcere rebus.
Forſitan iis conſtet ratio, certæq; manendi
Cauſæ, ſplendor, honos, Regum quoque gratia; nobis
Vtilis, & noſtris (cum poſtulat vſus) amicis:
Vtilis in commune, vacat ſi cultus auara
Ambitione, vacat ſi nugis, & ſine fuco eſt:
Et Regum monitis veracibus inſtruit aures.
Nunc ſequere. inq; forum mecum deſcende: videbis
Iucundum nil, ſuaue nihil, nil deniq; gratum,
Nil, poſſis, quò perpetuos lenire labores
Sæpe tibi glebæ de cæſpite naſcitur ingens
Lis cum vicino, cum affinibus, atq; propinquis,
Aut alia de re minima. Quid deinde ſequetur?
Deſeris infelix patriam, cum coniuge, dulces
Deſeris infelix natos: adeundus in vrbem
Prætor. ibi triſtis vultus cauponis auari,
Triſte ſupercilium domini legeſq; ferendæ
Inde tibi circum vicos, atq; oſtia circum
Curſandum, nomen cuiuſq; domuſq; notanda.
Cognitor hiſce locis habitat Curator in illis,
Iudicibus centum regio non vna domuſq;
Omnibus incolitur; variis è partibus vrbis
Conueniunt, non vna forum via ducit. ad illum

Iſtã

Iſtâ dum properas, aliâ ſe proripit ille.
Omnibus haud certe facile eſt occurrere eodem
Tempore. Quod niſi tarda foro veſtigia profers,
Et longè præcedis, inanis cura, laborq;
Sit tuus, in tantâ iuuenumq; ſenumq; cateruâ,
Quæ ſummos veſana gradus inſedit & imos.
Veſtibulum, atq; omnem (quam longa eſt) occupat aulã.
Quid, cùm inſtas, alii: vel cùm aduerſarius vrget,
Qui labor & ſudor, quæ ſollicitudo parandis
Omnibus ad pugnam dubiâ de lite futuram?
Quid cùm præco reos citat, aut cum ſedibus omneis
Surrexere ſuis, & facto fine loquendi
Contulerint capita? ô, qui tum, Iuppiter, æſtus
Qui timor eſt animis, trepidatio quanta reorum!
Cùm verò Prætor pronuntiat: en tibi fulmen,
Condit ſe mediâ in turba miſer vſque pudore
Et damno affectus, maleſidaq; cepta reliquit,
Vincere ſed pulchrum eſt. ſiquidem victoria finem
Adferat ærumnis. quid enim ſi vincis, eritq;
Cum vetulo nebulone tibi res? continuò lis
Excipiet litem noua, deteriorque priore.
Prouocat, appellat, Prætoris cognitionem
Poſtulat: arguitur vel deniq; iudicis error.
Commutat faciem, vertit ſe in mille figuras:
Fruſtrandoq; diu victorem eludit inanem.
Nam malè diuitiis infirma repugnat egeſtas,
Et veteratorum technis inſcitia iuris.
Accedit curis animi iactura bonorum:
Innumeri medio paſcendi tempore corui,
Victus cum victore ſimul ſpoliatus vterque,
Tota Palatinis cedunt patrimonia fiſcis.
Hic finis liteis & amantis iurgia, nudus
Exeat vt plena quò venerat antè crumena.
Ergo queî fieri dicemus, vt attigit vrbem
Qui ſemel, inque foro liteis intendit acerbas,

Non

Non magis inde abigi, quàm muſca à dulcibus vuis,
Poſſit, vel tepidæ canis à nidore culinæ?
Nemo ſuum iactat, niſi ſpe meliore tenetur:
Et maiore putat penſare incommoda lucro.
Hæc ratio merceis Oriente in ſole petendi,
Trans maria & Pontum magno diſcrimine vitæ.
Hæc quoq; militibus noſtris, quos ſola cupido
Maioris prædæ, non gloria ducit in hoſtem.
Hi poſſint aliquid forſan ſperare priuſquam
Decernat Prætor: poſt deſperatio ſola
Reſtitit. at verò (dictu mirabile) cæcis
Mentibus irrepit minimè ſperata voluptas
Vidi ego permultas & bello & pace coronas
Antè quidem meritum, ſic primo abſiſtere curſu,
Oblitum tanti decoris, quaſi natus in illis
Sordibus, & ſemper ſub regibus ante fuiſſet
Marmoreas cernis quos ſupra ſtare columnas:
Atq; alii fractis media ad ſubſellia rebus
Dant aliis operas, alienaq; munera curant.
Ergo eſt neſcio quid tectum penituſque retruſum
Omnibus in ſtudiis, quod nos alit, atque retentat.
In ſumma ſtudium in primis tibi delige & artem,
Quamque viam inſiſtas toto poſt tempore vitæ,
Herculis exemplo quondam meliora ſequuti.
Nam retro poſt ferre pedem conabere fruſtra,
Et conſueta diu non æqua mente relinques,

Ad Carolum Cardinalem Lotharingum.

Quam facile in multis antiqui notat Homeri
Carmen Ariſtarchus, miſſum ſimul ore fuiſſet,
Tam citò cognoſces, ac nullo penè labore
Cuius & hoc ſit vatis opus: nempe illius omneis
Qui veteres vnus ſcribendi laude poetas
Æquauit, dubiamque facit tibi Mantua palmam.
Adſpice, quàm ſe tollit humo, quamq; arduus altum
Fert cælo caput, & clara inter ſidera condit:

Quos, vbi ſæua canit magnorum prælia Regnm,
Dat ſonitus,quæ verba ruit vel fulminis inſtar,
Vel torrentis aquæ:quantas è diuite vena
Fundit opes: quàm mox fertur ſedatus & ore
Compoſito memorat iucundæ tempora pacis
Et quibus auxiliis, quo ſit reſpublica more
Geſta domi: laudemq; togæ fulgentibus armis
Comparat,& pulchris linguæ mel ſuaue triumphis.
Iamq; tui dotes animi quàm ſedulus omneis
Exequitur: quæq; hoc biſſenos Rege per annos
Geſſeris, incipiens à primo flore iuuentæ:
Vt nunc implicitum bellis, quæ maxima noſtrum
Circumſtant Regem, nec dum ſatis vnde tuentem
Soluere militibus ſtipendia poſſit auaris,
Expedias,lingua varios & moribus,abſq;
Seditione regas eadem intra caſtra maniplos.
Sic velut in tabula non (Carole)pictus Apellis
Parrhaſiive manu es ſed nobilis arte poëtæ,
Et calamo vatum nulli cedente priorum.
Vt quoties hærebis imagine fixus in illa,
Non ſolùm oblectere bonis tibi munere Diuûm
Conceſſis, ſed durus & aſper cenſor, in horas
Sis memor, inq; dies,à te(non credulus)ipſo
Tanquam depoſitæ rationem poſcere ſummæ.
Ne qua tibi virtus pulchro decedat aceruo,
Ne qua ſuum perdat vitiis infecta decorem,
Ne vel mentitum hunc, cùm ſcriberet, eſſe poëtam,
Vel dicant homines pòſt te peiora ſecutum.
Atq; his carminibus prope tanquam pignore certo,
Obſtrictam Regiq; fidem patriæq; memento.
Eſſe tuam:vt laudum poſthac quæcunq; tuarum
Abfuerit ſcriptis huius celebrata, requirat
Continuò populus: te Rex & Regius omnis
Appellet tanquam ex tabulis pactoq; Senatus.
Hæc erit vtilitas, præclarum hunc Carole,fructum.

Verſi-

Verſibus his capies,& multum & ſæpe terendis:
Ludicra ne poſthac & inania carmina vatum
Eſſe putet quiſquam, & tantum palpare legenti.
Talia cùm ſcribat Ronſardus Apolline digna,
Scribat ei, teretes puero cui Cynthius aureis
Præbuit; alterius nec laudis egere videntur,
Nec prece, nec ſtudio commendatoris amici.
Illa,ſcio, paſſis manibus, veloq; patente
Excipies,excepta leges relegeſq; libenter
Nam neque tu poteras alio ſat carmine digne
Laudari: atq; huius qui carminis æquet honorem,
Et paria eximio reddat præconia vati,
Nullus erit: quis enim Ronſardo digna reponat?

Ad Hoſpites.

Hoſpitibus caris ad nos qui ſponte relictâ
Diuertere via, quæ pulchra per oppida ducit,
Inſigneſq; locos, vt in hoc me rure latentem
Inuiſant, multum libet impertire ſalutem:
Quorum (ſpero equidem) quàm ſemper ſuauis in vrbe
Ante mihi fuit vſus,erit tam ſuauis in agro;
Si mecum eſſe volent aliquantum & viuere mecum
Sed vos ô dulces ſocii, quo munere donem?
Nam neq; delitias, neq; luxum quæritis vrbis;
Expleti & ſaturi his mento tenus: & mea non ſunt
Tam bona prædiola,vt bene lautos paſcere poſſint.
Auguſti & tenues, domini non diuitis,agri
Sufficere hoſpitibus poterunt vulgaria parcis:
Lactentes vitulos,agnum porcumve bimeſtrem,
Poma nuces manibuſque vxoris conſita noſtræ
Vina, fabas,& piſa, napos: ac cætera nobis
Suppeditat nitidus vicinæ vallis arator
Saxoſæq; forum mercatu nobile Meſſæ.
Eſt domus ampla ſatis dominum quæ poſſit,& illi
Tres capere adiunctos comites.vel quattuor vnà,
Nec fundus villam, nec fundum villa requirit.

Cultus erit menſæ non ruſticus; vrbe ſalinum
Argento factum veniens huc extulit vxor,
Et ſecum referet ſunt & mantilia filo
Pertenui, mundis ſunt lintea ſtragula lectis.
Proxima quæ mox ordinibus diſtincta videtis
Nunc loca, directiſque & ſolem arcentibus vlmis;
Sub domino vetere & ſegetes & culta fuere,
Mutauit veniens ea coniunx & nemus auxit
Coniunctum, multam domino quod porrigit vmbram.
Huc primâ fero luce pedes, hîc carmina condo,
Aut aliquid Flacci relego, doctiue Maronis,
Nugarumve aliquid commentor. & ambulo ſolus,
Inſtructis epulis cœnatum dum vocet vxor,
Quòd ſi venandi ſtudio capiere, fugaces
Per ſiluam multi lepores impune vagantur,
Et circum volitat varium genus omne volucrum,
Villicus inſidias auibus quia tendere neſcit:
Nec ſecum trahit ille canes, niſi fortè tuendo
Quos habeat pecori, neque prædâ veſcitur vllâ:
Forſitan exſpectas qui fons, qui riuus & arua
Irriget, vnde ſitim reſtinguat cum grege paſtor,
Iugis aquæ puteus ſatis eſt cultoribus agri
Et dominis: ouium collectos grex bibit imbres.
Nam quid ego fontes, viridantia prata quid optem?
Augeriq; meos cupiam ceu ruris amores?
Vna voluptatis quæ pars niſi dempta fuiſſet,
Hîc mihi perpetuò ſtatuam fortaſſe manendum,
Vrbe, foro, & noſtris cariturus ſemper amicis.

Ad Paulum de Camborco prætorio ſeu Regia villa.

Camboreæ qui viſus ager mihi ſit modò villæ,
Quæ regio, qui ſplendor in ædibus intus & extra
Qui laxis in porticibus rectiſque columnis,
Quæq; ima & media & ſummi faſtigia tecti,
Quæ ſcalæ duplices, & inextricabilis error.

Hîc

Hàc illàc tanquam ignota regione, vagantum:
Et quæ viſa domus ſit nobis deniq; tota
Paule rogas? vno tibi poſſim abſoluere verbo,
Regia, ne fortaſſe vagans per ſingula fiam
Longior ac (ſi quæris) in hoc ſunt omnia verbo.
Præterea ſi noſſe iuuat quiſnam fuit auctor
Tam præclari operis, quiſve has ſibi condidit ædes,
Et quis arenoſi tot nuper iugera campi
Inſtituit, viuoſque lacus circundare muro,
Illius ingenium (facile eſt quia dicere nomen)
Exemplo nequeam tibi commonſtrare: ſed ipſe
Quantum acie viſuque potes contendere mentis.
Finge tibi ſpeciem, quæ ſummi maxima Regis
Optimaq; eſſe potes: & talem crede fuiſſe
Illum qui viuens opus hoc mirabile fecit.
Magnanimum; qui res humanas duceret omnes
Infra ſe poſitas; cuius vim attingere mentis
Nullius manus artificis, nulliq; labores
Exprimere, aut viuo potuerunt reddere ſaxo:
Qui ſemper diuinum aliquod ſpiraret & altum,
Qui pedibus terras, & vertice tangeret aſtra:
Cui neque pyramides Libycæ Rhodiive coloſſi,
Quæq; alia audierat toto miracula mundo
Viſa vnquam ſunt magna ſatis, qui ſæpius ipſe
Et maiora arſus viuens, & maxima fecit,
Qui lignoq; lutoq; extructas antè reliquit
Marmoreas, cinxitq; præaltis mœnibus vrbes;
Quiq; rudes animos noſtræque ferocia gentis
Ingenia excoluit ſtudiis, morienſq; parentis
Muſarum pulchro meruit cognomine dici.
Quare nunc tantum mirari deſine Regem
Ædificare ſibi tanto prætoria ſumptu,
Quem non tota ſuis capiebant oppida muris
Lugdunum, & magnæ iam par Lutetia Romæ:
Cui neq; magna ſatis duo talia regna fuiſſent.

Ac cùm multa ſui monumenta reliquerit ille
Ingenii, tùm viua patriſq; ſimillima formæ
Cernitur in natis expreſſa duobus imago·
Filius ingentis regni ſucceſſor & hæres,
Armorum ſtudiis excellit & arte regendi
Imperio populos patriis ſe laudibus æquat.
Filia diuinas amplexa eſt Palladis artes,
Pacis amans, nam pace bonis locus artibus, ipſa
Deniq; pacifica Tritonia gaudet oliua

Ad Andream Tiraquellum Senatorem Pariſienſem.

Qui nondum plane terſus, nondumque politus
Olim imprudentis domini liber ænea clauſtra
Ruperat effracto veluti qui carcere fugit
Hinnulus, & ſpatiis decurrere gaudet apertis:
Tandem opera magna, ſtudioque retractus herili,
Sub clauem triſteſque foros, ibi tempore longo
Oppreſſus latuit: nunc multo quàm fuit, ante
Diuitior, plenis & iam maturior annis
Redditur in lucem, qui tantum diſtat ab illo,
Quàm grauis & ſapiens annis iuuenilibus ætas,
Vtq; ſcias planè perfectum, auctore libenti
Prodit, iudicium, lector, graue cuius apud te eſt.
Multa quidem monumenta tuæ virtutis habemus
Andrea, multis venit tibi gloria rebus:
At te non alio tantùm iactaueris vllo,
Iudice me, nullo ingenium tibi ſe mage tollet;
Quàm quo vincla doces animis aptare duorum,
Et quibus ille roget verbis, quibus illa ſequatur:
Quæ ſint coniugii ſtantis, quæ iura ſoluti?
Vno cuncta ſimul concluſa volumine iuſto.
Scripſeris haud dudum quamuis opus vtile, noſtro
De conſeruandis in nomine rebus auitis:
Quæ vel nequitia, vel dura ſorte propinqui
Mutarunt dominum, atq; alieno iure tenentur.

Ipſa

Ipſa tibi fœcunda licet Natura, nouarum
Quotidie rerum ſpecies, formaſq; miniſtret,
Mox alium iungens, alio defuncta, laborem:
Ingenii ſpecimen nequeas tamen edere maius.
Sic etenim macra & ſterili verſatus es in re,
Tot dotes iſtuc, bona tot peregrina tuliſti,
Vt nihil vberius, meliuſve hoc viderit ætas.
En, dici quod ſæpe ſolet, præſtantia poſſe
Ingenia è paruis elephantos reddere muſcis.
Sic Culicem noſter, ſic Græcus luſit Homerus
Prælia ranarum nunquam pugnata duello.

Ad Lancelotum Carlum Epiſc. Rheginenſem.

Quid tu, quid Freſſius, quid melle Gelaſius omni
Dulcior, ecquid agit reliquorum candida vatum
Et dilecta cohors? opibuſne intenta parandis,
Pierides, ipſumq; excuſſit pectore Phœbum?
Magna Palatinos accendunt præmia vates,
Magnus honos, ſua cùm recitari Principis ante
Ora vident, ferriq; in cœlum ſcripta. quid inde?
Largâ nempe manu precium Rex carminis æquat,
Eſuriunt alii ſtudiis & honore carentes,
Splendida non auſi contingere limina Regum:
Sicq; ſui plures noti modò ciuibus, aulam
Principis & vultus nunquam ſubiêre ſerenos.
Non eadem ſemper Fortuna, vel omnibus vna eſt.
At vos qui tumidi ſeruatis limina Regum,
Qui faciles Muſas intro cùm vultis ad illos
Ducitis, aut ſacro prohibetis limine, quorum
Omnes arbitrium ſubeunt vbicunq; poëtæ,
Externis aperite fores virtutibus æqui,
Nec mala ſuſpitio, nec vos aliena retardet
Gloria nec magni trepidum certamen honoris,
Quos ſua iampridem virtus ſuper æthera raptos
Exemit numeris, altaq; in ſede locauit.
Sæpe leuis calamus, vel agreſtis fiſtula, ſomnum

Excuſſit nimiâ citharæ dulcedine captis
Vt ſtomachus ſatur altilium quandoq; volucrum
Viſceribus gaudet bubulis, roſtriſq; ſuillis,
Neglecta panemq; ſiligine deuorat atrum:
Sic non magna placent, non & pulcherrima ſemper
Carmina: contentus, quæ ſeſe prima legenti
Fortè dabunt, aliquis non iam meliora requiret.
Vos nunc Armoricas ſecuri inuiſitis vrbes,
Littoraque Oceani flauis aduerſa Britannis,
Et Macloî fanum, Venetoſq; antiqua ferentes
Ornamenta, ſuiſq; habitatam regibus arcem,
Et Breſti portum, laxo tutiſſimus alueo,
Qui facile accipiat venientes mille carinas.
Vix deſiderium ſed amans Regina mariti
Perferet, abſentiſque moras lentoſq; regreſſus,
Et fraterna ſoror veſtigia tarda queretur.
Nequicquam Bogius tantum lenire dolorem
Tentabit, nequicquam alii (pia turba) poetæ.
Non alio mulier quondam magis vlla marito
Arſit, nulla ſoror ſeſe huic in fratris amore
Compareт. ô iunctas æterno fœdere mentes!
O quibus eſt impreſſa animis virtutis imago,
Quos ſibi conciliat, quantoſq; adiungit amores!
Præſertim ſimili quibus eſt Natura metallo
Ingenium fabricata; coli ſi contigit iiſdem
Moribus & ſtudiis, & eadem viuere ſorte.
Tu regi comes is, & magno Regis amico:
Me vero ſeceſſus habet nunc ruris amœni,
Litibus elapſum mediis, vrbiſque tumultu,
Me reficit tellus ornata virentibus herbis,
Villa ſolo modico ſurgens operiſq; vetuſti:
Contiguum villæ nemus eſt ac frondea ſilua,
Quæ lepores menſis, domino quæ ſufficit vmbram,
Nulla tamen varios oſtendunt prata colores,
Nulli cum ſtrepitu ſaliunt per gramina riui,

At certè putei non deficit vnda perennis.
Contrahis hìc frontem, meliusque precaris amico
Iudicium. ſed quis locus egredientibus vrbe,
Quæ regio, quæve ora, parum videatur amœna?
Fortunatus eram, mihi crede nimiſque beatus,
Ni Deus hanc nobis aliquis turbaſſet ab alto
Lætitiam, pluuiasque hiemes pro vere dediſſet:
Vaſti nos ſaltus ſterilesque Aponis arenas
Pinguibus anteferam cultis, campoque feraci.
Sed iam cauſidici, lites & iurgia miſcent
Et faſtos veniſſe dies, & tempora clamant
Vtilia: En quocunque rapis te ſubſequor Hermes.

Ad Ianum Morellum Ebreduneum.

Hæc mea quorundam ſermonibus otia carpi
Rumor erat: noſtrosque maligno dente labores
Conſcindi, Morelle; parum ac ſi iudice digna
Res ſene ſit, multos qui geſſerit vrbis honores,
Scribere ludentem pucrili carmina more.
Quæ contra non ipſe habeam quid dicere poſſim,
Communi tribuenda rei ſi tempora furer
Improbus; atque meis poſtponam ſeria ludis.
Nunc mecum nemo certauerit omnibus erga
Reges officiis, patriæ vel commoda noſtræ.
Dum mihi cura fuit priuatas ſcindere lites,
Et dare iura foro, ſubſellia primus iniui
Manè, viam facibus puero monſtrante, receſſi
Poſtremus, decimam cùm præco renunciat horam.
Nec, quo more ſolent alii plerique, vagabar
Porticibus curuis, cunctanti iratus arenæ,
Infenſusque reis: ſed in vna ſede manebam
Fixus, & immoto propè corpore: qualia noſtrum,
Sæpe ſuos memorant pòſt admonuiſſe Quelinum,
Exemplo durare meo. Quæ Regis in Aula
Noſtra fuit, dum ſupplicibus ſubſcribo libellis,
Quæque locis aliis, aliisque induſtria rebus,

Quæque hodie poſtquam rationum credita nobis
Diſpungendarumque fides,& maxima cura, eſt:
Nec te,nec quenquam cui ſim modò nomine notus,
Ignorare puto.ſin quas bene munere geſto
Poſt reliquas nobis reſpublica fecerit horas,
Impendo ſtudiis,nec iners,nec tardus,honeſtis,
Scribo,lego,meditorve aliquid, vel carmina condo;
Cur ego culper ab his locupletibus & bene lautis:
An ceſſare placet magis,& nil prorſus agentem,
Aut lateres numerare domus aut præter euntum
Nomina,veſtitum faciem formamque notare?
Hoc,peream,niſi ſit grauius,quàm pondera ferre.
Lude igitur,dormi bibe,comeſſare,quietem
Artubus,& feſſis da lentus,& accipe membris.
Hoc quoque maius erit,quàm trudere ſaxa molaſve.
Non me turpi aliquo lucem conſumere ludo,
Non iactis nocturna iuuat me tempora talis
Fallere,non totas reſupinum ſtertere noctes:
Aut fœdo ſatyros imitantem more ſalaces
Scortorum gregibus maculoſis pſallere miſtum:
Non luſiſſe pilâ,magno ſpectante theatro,
Depoſitaque toga: quanquam is tibi Scæuola ludus
Dicitur arbitris quondam placuiſſe remotis.
Ergo priuatam rem procurare memento,
Vſuraſque puta,& creſcens per menſtrua fœnus
Tempora; quem verſo reditum ſors afferat anno.
Vſuras etiam nobis memorare trienteis
Audes aut alias? alieno verſor in ære:
Nec mihi cenſus equeſtris adhuc fuit, aut erit vnquam.
En tibi lectorum clariſſima nomina Patrum,
Qui velut ædificare domum qui cogitat antè
Materiam,cæmenta ſolet,calcemq; parare,
Ipſi non aliter feſtis ſueuêre diebus
Inſtrumenta domi cognoſcere multa reorum,
Inq; breueis conferre notas; quò deinde futuris

Copia

Copia iudiciis largè prouiſa redundet:
Antè ſolent numerare quot ex hac lite, vel illâ
Proueniant nummi, quæ merces quanque ſequatur
Ah malè, ſi tranſacta prius, deciſaque pacto
Lis fuerit: labor immenſus cadet irritus illis.
Nam memini quendam plenum grauitatis & annis,
Burgundâ de gente ſenem, cui mille legatis
Incluſæ ſaccis pendebant ordine lites.
Has omneis animi cauſa, ſemel omnibus horis
Ille recenſebat; minimumq; putabat ad aſſem,
Quid tandem lucri numero ſperaret ab illo.
Vt paſtor, cui mille boues in montibus errant,
Quem ferat ex vitulis fructum, quem lacte reportet
Preſſo vel liquido, quem deniq; matribus ipſis
Subducit tacitus; nummo nec fallitur vno.
Nec tantus dolor huic ſubtractâ fortè iuuencâ,
Illi, quantus erat ſine iudice lite ſoluta,
Pacatiſque reis tabulas repetentibus vltrò.
Quas tamen inuitus ſemper, magnique coactu
Concilii, poſt terna quaternaque denique iuſſa
Reddidit. hoc verò eſt ſtatuentis iudicis æquum?
Non venalitii, non mercatoris auari?
Ecce ſupercilio quidam metuendus acerbo;
Peccas tu, peccant alii, peccatis vtrique,
Durus ait: ſed tu longè deterrima peccas.
Hic, pater eſt aliquis de gente ſeuerus (opinor)
Fabritia, Curiave; togam cui ferrea nectit
Fibula ſub mentum, ſine barba, intonſus, & aſper,
Triſtis, difficilis, cui ſordent omnia quanuis
Bella foris: tamen eſt idem turpiſſimus intus,
Si propius ſpectetur. ab hoc ego iudice quæram,
Perconterque libens, placidos componere verſus
Peccatúmne putet natura, an legibus eſſe.
Orem, nos doceat, quibus aut diſtinguere ſignis
Nouerit à curuis recta, aut fugienda petendis.

Neſciui eſſe malum (fateor) non hercle, magis quàm
Scribere ſenſa animi noſtri ſermone pedeſtri.
Ipſa (vides) Natura quidem nihil impedit, & lex
Nulla vetat: tantum famoſum ſcribere carmen
Pœna fuit tabulis, quas condidit Appius olim.
Id verò me perpetuo vitaſſe, moleſtus
Terribiliſve meis cuiquam ne verſibus eſſem,
Repperies. nil turpe ſonat mea pagina. nullum
Triſtius, obſcurumve in noſtro carmine verbum.
Quinetiam noſtris pueri fortaſſe legendis
Proficient: ipſique ſenes queis candida mens eſt
Diſſimileſque tui. ſed deteriora videntur
Cur mea? cur ego deterior. cùm profero lectu
Non indigna, bonos non corrumpentia mores?
Fas ſtudia illorum, fas ſit componere noſtris:
Tum facilè agnoſces, quantum diſtemus ab illis.
At dicor, Morelle, malos componere verſus,
Non bene cælatos, malè preſſos; & ſine curâ
Ac ſtudio, faciles, puros, & ſponte fluenteis.
Hæc mea culpa (fatebor enim) mea maxima culpa eſt,
Qui rem tantam adeò, tantique laboris & oti,
Aggrediar paucis abſoluere feruidus horis.
Nam neque tam facilis, quàm multis eſſe videtur:
Nec tam parua bonum res eſt bene claudere verſum.
Dicam illo me errore capi, qui decipit omneis
Scriptores alios, vt amet ſua quiſque putetque
Optima, quæ non ſunt: ſatis hoc ſatis auribus æquis
Eſſe poteſt. At verò ignoſcent hi mihi nunquam
Cenſores rigidi. nam quis te cogit amice,
Ad malè ſcribendum? facias ſi fortè coactu
Prætoris, veniæ poterat locus eſſe petendæ:
Vt quondam Albino fertur dixiſſe Catonem.
Huius culpa rei mea ſit ſcribentis ineptè,
Forſitan & nimium properanter: tu quoque partem
Non minimam, Morelle, feres; qui noſtra repoſtis

Car-

Carmina ſcriniolis, ne lucem incluſa tueri
Poſſent, me contrà multum pugnante magiſtro
Soluis, & in claras educis luminis auras.
Vnde tibi video inſultus, & bella parari
Maxima, dum, Morelle, tuos defendis amores.
Cura ſed hæc tua ſit: tu videris ipſe; priorem
Mi ſatis eſt vrgere locum, pedibusque tenere:
Scilicet hunc nobis indignum haud eſſe laborem,
Nec malè ſcribendis in verſibus otia poni:
Et poni melius, quàm ſi per lucra bonorum
Omnia, perque voluptatum genus omne vagarer.
Hæ ſunt deliciæ nobis, ea læta laborum
Perfugia: huc laſſi curæque operæque forenſis
Tanquam ad frondoſi nemoris diuertimus vmbram.
O, miſeri, quibus eſt nunquam Parnaſſia rupes
Trita pedum plantis, qui nunquam è fonte bibiſtis
Caſtalio! quorum ſtupidas inſcitia mentes
Detinet! ô, ſi quàm liquida, & quàm ſuauis ab illo
Manet aqua in venas & vatum pura ſciatis
Pectora; deſipere haud noſmet, pueroſve putetis
Bis fieri, non tot ſine cauſa ſcribere verſus:
Otia veſtra meis nunquam pótiora feratis.
Hæc, Morelle, tibi paucis ſcribenda putaui,
Hæc tibi nempe, meis cui reſpondere malignis
Continuus labor, & viroſa refellere dicta:
Vt linguis poſthac faueant, terrere nouis me
Criminibus ſaltem, & maledictis figere ceſſent.

Ad Carolum Lotharingum Cardinalem.

Qui te diſtineat leuibus nunc, Carole, nugis,
Oppreſſum ingenti grauiorum pondere rerum:
In patriam, & Regis vehementer commoda peccet,
Et meritò nomen referat ſcriptoris inepti.
Hoc ego proſpiciens, mihi longa ſilentia, pridem
Impero, te quanuis facilem promptumque legendis
Expertus ſim ſæpe meis, licet vſque tenerent

Diſtri-

Diſtrictum variis ſexcenta negotia curis.
Sed cùm tam celeri decurras omnia pernix
Ingenio; ſatis vſque tibi, ſatis ipſe relinquis
Temporis ad nugas & inania carmina vatum:
Et tamen oſtendis, tibi non magis vlla placere
Scripta meis. quæ res igitur me continet audi.
Quidlibet adgreſſus donec procul hoſte fuiſti,
Donec eram tecum pacata regis in aula;
Nunc inter ſtrepitus armorum & triſtia belli
Tempora, compellare virum non audeo; ſæuis
Et neque manſuetas caſtris inducere Muſas:
Nec te ſollicitum magis vnquam pace fuiſſe
Arbitror, aut bello, cùm noſtris finibus ingens,
Et quantus non antè Philippi exercitus erret:
Cùm populos Rex ipſe ſuos adducat in hoſtem;
Germaniſque tuis ducibus res tota geratur:
Hoc tamen ignoſces, & te patiere moneri,
Cætera cùm vigilans acerque negotia tractes
Publica, nec patriæ cedas in amoribus vlli,
Segniter ipſe tuam nimium curare ſalutem
Diceris, & requiem membris ſomnumque negare.
Audio quid referas; etenim Reſpublica nobis
Eſt vita potior. quid ſi proieceris iſtam
Deſpiciens animam, non magnum Carole, vulnus
Intuleris patriæ? quæ longos ſperat in annos
Subſidio lapſis te ſæpius affore rebus?
Hic (dicent homines) feruens calidusque iuuenta,
Perdidit & ſeſe & patriam: conſumpſit in vno
Spes omnes pariter venturi temporis actu.
Non ſi præteritis potuiſti euadere morbos
Temporibus, debes quoque ſic ſperare futurum
Semper: adhuc ætate viges animiſque. ſed illum
Paulatim minui tamen experiere vigorem.
Nam neque corpus habes firmum patienſq; laboris;
Quale vel athletis, duris aut quale videmus
Militi-

Militibus: meliore tui ſimilique Deorum
Parte vales: finxit ſtudiis ciuilibus aptum
Te Natura, parem ſtudiis te pacis in vmbra,
Eſſe dedit ſolem cum puluere ferre negauit.
Arma tui fratres atque horrida caſtra ſequantur
Militiæ aſſueti, iam cum puerilibus annis
Virtutem genitore ſuo didicere magiſtro.
Tu colere ingenuas artes, patriamque memento
Conſiliis formare tuis: abſiſte periclis
Armorum grauibus, cole & oppida lætus & vrbes,
Deficere in curſu medio clariſſima quæque
Ingenia, & tanquam nebulam tranſire videmus,
Dum laudem eximiis properant extendere factis,
Collaque ſummittunt oneri non æqua ferendo.
At præſcribe modum nobis finemque laborum.
Non tantum mihi ſumo vel arrogo ſtultus & amens,
Acrius vt me poſſe putem meliuſve tueri,
Quatenus indulgendum operi ſit cuique, viciſſim
Quatenus & requies interponenda labori:
Tu facilè in media, ſi paulum attendis arena:
Conſilium capies: nec longius ire trahentem
Ilia quadrupedem ſubiges; ne laſſus eundo
Reſtitet & medio ſeſſorem in puluere fundat.
Hæc ſtudio vel amore tui, fortaſſe nec excors
Nec ſtultus monitor paucis ſcribenda putaui.
Quòd ſi res te fortè iuuat cognoſcere noſtras,
Et quid agat regina ſui ſtudioſa mariti,
Quid regis ſoror atque nurus, quid fratris & vxor
Anna tui, comitatus & omnis inutilis armis,
Accipe: continuis precibus votiſque fatigant
Numina magna Deûm regi vobiſque ſalutem,
Et reditum celerem victo prius hoſte precantur;
Bellandive moras, aut æquo fœdere pacem.
At populus ciueſque mihi rumore moueri
Hoſtili minus, atque minus trepidare videntur:

Siue

Siue quòd aſſueti iam bellis, ſiue quòd hoſti
Oppoſitum regem & Francorum robora gentis
Cuncta ſciunt; quæque auxilio modò millia nobis
Multa virum, Rheno atque Albi venere relicto.
Ac ſunt nonnulli, qui non præſentia lætis
Adſpiciunt oculis: hi ſemper noſtra videri
Inferiora volunt, augent aliena maligni:
Stant animi tamen, & facies velut vrbis ab hoſte
Securæ: non iuſtitium clauſæve tabernæ,
Non mercator, vt antè, ſuas formidine belli
Abſportat pauidus paluſtris & flumine merces.
Non ipſi teneras amandant vrbe puellas
Solliciti patres; non rerum cara ſuarum
Pignora, non thalami ſociam vitæque maritus.
Quiſque ſuis fruitur velut altâ pace, futuri
Haud metuens, & iam venienti proſpicit anno;
Lectaque rure ſuo comportat lætus in vrbem.
At non, matre malâ famâ, ſata filia peior
Æoliæ regis compreſſuque edita quondam,
Magna ſilet, magnique habitatrix ipſa Palatî
Bellua, cui centum linguæ ſunt, oraque centum,
Centum intus variæque animæ (mirabile dictu.)
Nam modò vos audere nimis totisque coactis
Viribus, in diſcrimen atrox adducere regnum
Prædicat: his nullam cæſis ſupereſſe ſalutem
Militibus, nullas à tergo ſtare cohortes
Subſidio: primam Francorum nominis vrbem
Florentem ſtudiis, opibus ſanctoque Senatu,
Exponi in prædam cupido crudeliter hoſti.
At modò vos poſtquam eſt auditum ponere tuto
Caſtra loco, & validæ propè iungere mœnibus vrbis,
Cingere tum vallo foſſaque & fluminis alueo,
Ne quâ parte ferox incautos opprimat hoſtis,
Longa illum diſtare via, valdeque remotis
Conſediſſe locis, longum intercedere campum.

Inter

Inter vtraſque acies: non deſinit illa ſuperbo
Ore queri, vos hoc diuturnum quærere bello
Imperium, trahere & producere bella per artem,
Otia ne redeant populis optata vereri:
Vnde tot immanes ſumptus, & tanta petuntur
Præmia militibus? præſtat decernere pugna,
Totque malis tandem ſemel vnum imponere finem.
Aut, quò tot peditum nobis equitumque parata
Millia, ſi tantum fuit intra caſtra manendum:
Nec campis animus certare patentibus hoſti,
Aut aliquam capere inſidiis aut viribus vrbem?
Nunc quoque cùm pacis tota crebreſceret vrbe
Mentio, complecti ſe pacis amabile nomen
Dicebat: ſed agi rem conditionibus æquis
Per ſeruos nec poſſe tamen, capitisque minores:
Et neque Taurinum, nec quæ vicina placere
Oppida reſtitui, poſitasque in montibus arces.
Quæ loca præſidiis teneat ſi miles Iberus.
Nil fore continuò regnet quin ſolus in omni
Italia: Rhodanique ſuos in fluminis vnda
Tingat equos. ſatis Inſubrum, ſatis vſque videri:
Amiſſo nos imperio caruiſſe tot annos.
Nec iuſtum, miſſos modò ſub iuga noſtra Caletes
Reddere, vicinis prius vſurpata Britannis
Oppida, Creſſiacæ poſt triſtia tempora pugnæ:
Nec captam nuper Treuiri in finibus agri
Vrbem nunc, villam antè, Deorum nomine dictam,
Quæ firmo ſuperas præmunit limite Metas,
Claudit iter, noſtrosque feris diſterminat agros
Gentibus: hæc mitti regis ditione vetabat.
Multa per Ardennam caſtella vel oppida ſiluam
Eſſe, quibus poſſit Quintinum poſſit & Hamum
Mutari: captiua lui quæcunque nec agris
Corpora nec vicis debere nec vrbibus vllis:
Sed nummis ſibi quenque ſuis (quia fiſcus inanis

Sum-

Sumptibus eſt) reditum libertatemque parare.
Quid, quod diſſentire duces, diſcordibus eſſe
Nunc animis priuata odia exercere furentes
Clamitat, & patriæ belliq; relinquere curam ?
Vel noſtro Regiſque malo ſe qualibet vltos
Infenſi ratione velint cupiantque videre
Ardentem patriam (vindictæ tanta cupido eſt)
Dum flagrent inimica tamen capita ignibus iiſdem.
Hæc audita aliis, vel non audita ſonanti
Voce refert. monſtro nihil eſt viroſius illo,
Cùm linguas acuit. ſed idem cùm ſomnia fingit
Ridiculum eſt, veris aut cùm mendacia miſcet,
Non tam deformes vnquam eſt commenta Chimæras
Græcia, non vlli nocturno tempore ſomni
Tam varias rerum aut hominum finxere figuras.
His ego verſiculis te delectare legendis
Abſentem volui; gratum hoc tibi tempore ſi quid
Eſſe poteſt: præſens me nanque rogare ſolebas
Quid populus ferret, quid beſtia magna Palati,
Te memini riſu ſolitum ridere profuſo
Audieras vt quidque; moueri nec magis ac ſi
Iracunda viam canis adlatraſſet eunti.
Ipſe vides pigramque & lentam quàm trahit aluum
Hoc animal, cernis quàm fœda ſit illius oris
Ingluuies, manibus vel vt omnia corripit vncis;
Vtque bonos pariterque malos configit acutis
Dentibus; vt nullis hominum vel parcere nouit.
Non tamen hæc ſpernenda puto quæcunque feruntur:
Vnde etiam, prorſus niſi famam negligit omnem,
Proficiat ſapiens: vt reſpondere querelis
Iniuſtis hominum, vel ſe defendere poſſit;
Et monſtrare, ſuo vel prodita crimina falsò
Affigi capiti, aut aliud quodcunque fuiſſe
Principio cauſæ, quàm pòſt quæ credita vulgò eſt:
Proderit & (quando nullius crimine prorſus

Vita

Vita vacat) reſcire tamen, quæ facta reprendat
Dicta vel à nobis populus, perpendere ſecum
Singula. ſæpe etenim quæ vel non cernimus ipſi,
Quæve monere parum fortis non audet amicus,
Quæve putamus adhuc preſſa atque occulta latere,
In plateâ, in triuiis inimico audimus ab ore,
Inſtruimurque malo fugienda ſequenda magiſtro.
Hic mihi finis erat. ſed enim tibi gratia magna eſt,
Carole. quem noſtri memorem cognouimus eſſe,
Cùm ſcribens aliis nuper, mandata dediſti
Imprimis ſolitâ gererent ſua munera curâ;
Vt verbis nos deinde tuis ſaluere iuberent,
Vulgari non more, ſed illâ, Carole, rarâ
Inſignique notâ, quâ conteſtaris amores
Et ſcriptis & voce tuos. tota aurea viſa eſt
Hæc mihi ſcripta manu properantis epiſtola: tantùm
Neſcio qua ratione meo in prænomine lapſus,
Ipſum (quod ſatis eſt) tenuiſti nomen. at illud
Vt teneas, nec multum etiam valdeque laboro,
Perpetuum noſtri ſerues dum fixus amorem.

Ad Carolum Lotharingum Cardinalem.

Carole, ſi vano non eſt auctore ſubortus
Rumor, & à geſtis cœpit primordia rebus:
Agnoſco. memini quæ te mihi dicere quondam
Si tuus hic eſſet rerum quandoque potitus
(Henricum oſtendens nondum illo tempore regem)
Æternùm fore nos felices atque beatos.
Nam quoties mecum librans examine iuſto
Confero præteritis præſentia: tùm velut alto
Oppreſſus ſomno, videor mihi cernere vana
Quædam viſa ipſumque meis me fallere votis:
Condere pro libito replereque ciuibus vrbem:
Qualem quiſque ſibi ſapiens & fingat & optet,
Qualis Socratici ve libris expreſſa Platonis.
Rurſum vbi collegi ſenſus, ad meque reuerti,

Intendens oculos propiusque & lumina mentis,
Vera vel agnoſco, ſpeciem vel habentia veri,
Quæ de rege tuo paſſim noſtroque feruntur.
Dii faciant, vt ne videantur ſomnia: verum
Iudicio atque animi certa ratione peracta.
Quanquam hæc non hominum nobis ſuſcepta videntur
Conſilio, at fatis potius monituque Deorum.
Qui potuiſſet enim fieri mutatio rerum
Tam ſubita, inque nouam Reſpublica vertere formam,
Ni Deus Henrici pulſaſſet pectora Regis?
Qui ſimul imperii moderandas ſumpſit habenas,
Gallica præſidiis firmauit ſceptra duobus:
Principiò cauti fungens opera ducis, vrbes
Hoſtibus oppoſitas & milite ſepſit & armis.
Proxima cura fuit patrios componere mores,
Et luxum toto penitus depellere regno.
Inde noua augendo quæſitaque nomina fiſco
Suſtulit, indictum atque oblatum regibus aurum.
Adde ſacerdotum decumas, & cætera monſtra
Iſtius generis: quæ non explebile bellum
Suaſerat. hæc placido ceſſerunt omnia regi.
Quinetiam data reſcriptis, non lege, remouit
Iudicia: & voluit cognoſci ex ordine cauſas.
Odit auaritiam & ſordes aliena petentum:
Qui viuis etiam properarent ducere funus,
Damnato nondumque reo, fundumque, laremque
Eriperent, pulſis miſera cum coniuge natis.
Iamque magiſtratus varios, auctumque Senatum,
Sedulus inſtaurare parat, primoque decori
Reddere: iam caſtis committere ſacra piiſque.
At non fortè pari ratione domeſtica tractat?
Nulla domus conſtat priuato rectius vlli.
Pro ſe quiſque ſuas vllo ſine murmure partes
Exſequitur, multos certus mercedis in annos.
Ipſa pudicitiæ eſt aliis regina puellis

Exemplum: cingit latus illi regia virgo
Ambæ Palladiis imbutæ pectus honeſtum
Artibus: eximiis ornatæ moribus ambæ.
Hæc eſt forma rei priuatæ, hic publicus ordo.
Talia nempe dedit ſummi præludia nobis
Imperii, magno velut inſpectanda theatro
Totius Europæ: quæ ſunt maiora videndo,
Speque tenent erecta ſui mortalia corda.
Quos hinc nobilium ſibi conciliauit amores,
Quæ populi ſtudia, & quantum ſibi laudis in omne
Prouidit longè venturi temporis æuum:
Quanta ſacerdotes eius pro vota ſalute
Suſcipiunt orantque Deos extendere vitam,
Et vetulos illi regno ſuccedere natos.
O te felicem, & multis, Henrice, beatum
Nominibus. felix ô tanto principe regnum.
Sed nihil inſtituiſſe valet niſi cætera pergis
Quo pede cœpiſti. malus eſt, mihi crede, poëta,
Qui ſtetit in primis, extremo concidit actu.

EPISTOLARVM SEV SERMONVM LIBER tertius.

Ad Franciſcum Oliuarium Franciæ Cancellarium.

TOt, Franciſce, dies me nil ſcripſiſſe, tot annos
Congreſſu caruiſſe tuo, non hercule poſſim
Excuſare tibi (malo hanc agnoſcere culpam)
Cui tamen acceptum refero quodcunque paraui,
Quodque mihi laudis vel honorum contigit vnquam.
Nam te communem videor geſſiſſe magiſtro
Rem mihi, nec ceſſiſſe malis rumoribus vrbis:
Nec vani curaſſe quid inter pocula ciues
Euomerent, nec quid ſentiret mobilis Aula;

Dum rectum virtutis iter curſumque tenerem.
At multos ea res nobis mutauit amicos:
Mutauit fateor: ſi nomine dignus amici eſt,
Qui non iuſta rogat, qui turpia poſcit amicum.
Forſitan & fictis in amoribus eſt quoque damnum:
Eſto: ſed hos retinere cupis ſi fixus amores.
Conſtatura tibi magno non maxima res eſt.
Nanque hominem ſtudiis hominum ſeruire volentem,
Multa Deos etiam contra peccare neceſſe eſt.
Nec dubito quin ſi poſſis vtrumlibet iſtud
Arripias, potiorque tibi ſit gratia Diuûm.
Quò leuis ambitio, Regum populique fauores,
Quò circunſtantes famuli, quò turba clientum,
Si Deus hæc oculis cœlo non adſpicis æquis;
Si diuina breui manet vltrix ira nocentem?
Maxima pars hominum quæ ſunt præſentia tantùm
Spectat, & æternæ pœnas ac præmia vitæ
Negligit: vt quæ ſunt ſpatiis diſiuncta locorum
Temporibusve ſolent minùs eſſe pericula curæ.
At fortes animi prorſus nihil iſta morantur,
Quæ ſunt fluxa, caduntque citò & mutantur in horas:
Non illos aurum, non ſpes, non gratia flexit,
Non metus erecta circum fora fronte vagantur,
Introeunt aulas venerandi Regibus ipſis.
Franciſcum memini primo iam tempore Regem;
Siue ſalutatum Balius ſeu Selua veniret;
Adſolitum dubitare priorne aſſurgeret illis.
Maieſtas adeò virtuti regia cedit.
Te verò quoties miratus & ille loquentem
Secum, te quoties miratus & ille tacentem?
Conſilio quàm ſæpe tuo res geſſit honeſtas;
Turpibus abſtinuit? nec tu non ipſe videbas,
Libertate odium conflari ſemper amicos
Obſequiis blandoq; magis ſermone parari.
[illegible] iucunda viro eſt magis horrida virtus,

Sit

Sit damnoſa licet,ſit inutilis & ſine fructu;
Quàm nimis offenſæ metuens & auara bonorum
Calliditas,collecta malis,quàm gratia rebus.
Talis eras,talem te Principis aula videbat:
Nec tamen aut linguas hominum vitare dicaces,
Aut fugere inuidiæ potuiſti noxia tela.
Difficilem,durum,triſtem,rigidumque vocabant,
Et minus vrbanum; poſſes non æqua negare
Principibus,poſſes qui vultus ferre potentum,
Et ſuadere intra recti conſiſtere fines:
Vt vetera hæc,noſtris neque moribus apta notabant,
Duraſti plures quàm quiſquam crederet annos:
Ecce velut ſupero demiſſum fulmen Olympo,
Concuſſit totam geminatis ictibus ædem
Iuſtitiæ, qua tu ingenti cecidiſſe ruina
Creditus,erexti caput altius: ardua tanquam
Impoſito attollit contra ſe pondere palma.
O ingens veræ pietatis,& aurea merces!
O cœleſtis amor,mundi ſecurus honorum!
Non hæc Socratici de fontibus hauſta Platonis,
Non Zenonis erant: Chriſto meliore magiſtro
Edoctus,poteras quiduis perferre malorum.
Omnibus ipſe viris documento es, quàm nihil vſquam
Perpetuum;quàm nemo diu protectus amicis,
Nemo ſua virtute diu conſiſtere poſſit;
A Superis animum ſi non acceperit æquum.
Nam memini,cùm nobilium premerére virorum
Inſidiis,primùm te fortiter omnia ferre,
Donec erant vires in corpore,viribus inde
Exhauſtis,animus poſtquam tibi reſtitit vnus;
Ceſſiſti fatis: tuaque intra tectus abiſti
Præſidia,integris cum fama & nomine rebus.
Vt fortis media quandoque relictus arena
Deſertuſque ſuis,tamen in diſcrimine miles
Cogitat extremo ſe nil admittere prorſus

Indignum: ceſſim atque obuerſa fronte redire
In caſtra ad ſocios, mortive occumbere honeſtæ.
Talem te vidêre tui, vidêre dolentes
Cedentem inuidiæ, plenum grauitatis amici.
Nunc verò abſentem magni tenuesque requirunt,
Et clauum manibus cupiunt ſpectare tenentem.
Hæc vtriuſque tui perſtrinxit temporis acta
Illætus noſter calamus; quæ deinde poëtæ
Innumeris alii deſcribant verſibus olim.
At me Troiani digreſſum Antenoris vrbe,
Sex vbi diſcendis impleram legibus annos,
Litigioſa, procax, & plena Lutetia rixis
Continuò excepit: paruo pòſt tempore ſedi
Centum in iudicibus. non gratia, non metus vnquam
Inuictum mî animum deiecit tramite recti,
Diuitias & opes contempſi: dona ſuperbus
Reieci, paſſimque oblatos victor honores.
Contigit hac vitæ ratione moleſtus vt eſſem
Nonnullis, quos hæc libertas noſtra premebat:
Laudabant alii. naſcens modò gloria nondum
Scilicet inuidiæ ſtimulos perſenſerat acres.
Hique recens offenſa grauis quibus antè fuiſſet,
Poſt aliquot menſes obductâ in corpore plagâ,
Virtutem cœlo magnâ cum laude ferebant.
Inde fori, longæque moræ pertæſus & vrbis,
Publica iam canus ſpectare negotia cœpi:
Teque auctore Italas legatus Principis vrbes,
Conuentumque patrum Europæ totius obiui.
Vnde domum rediens multis oneratus in aula
Promiſſis, ad nobilium noſcenda reorum
Crimina, & vnius tria nominis oppida mittor.
Hîc rurſum offendo: ſpeque illâ, quam prior annus
Fecerat, excuſſus, repeto intermiſſa palatî
Munia deſuetæque iterum me reddo palæſtræ.
Cùm ſubitò qua parte ſpei minus, atque ſalutis

Oſten-

Oſtendebatur,me Regia virgo iacentem
Subleuat: adprenſumque manu confidere clarâ
Voce iubet. ſcis,Lothari,quæ deinde nepotis,
Quæ ſtudia erga nos fuerint tua. plura recepit
Optatis animus.facile eſt non multa petentem
Exſaturare bonis.& iam mihi poſſe beatus
Viuere,& Aſſyrios opibus ſuperare videbar.
Ecce tibi vetus eſt lex inſtaurata,liceret
Nummos ne capere; & duplicata ſalaria lectis
Iudicibus: quæ lata meo quia credita ſuaſu
Lex erat,inuidiæ flammis crudelibus arſi.
Æra ſibi,& multos prius vſurpata per annos
Commoda,lege noua clariſſimus ordo fremebat
Imminui: tantam ipſe mihi non arrogo laudem,
Hæc me glorier vt primum vidiſſe.probaui
Inuentum alterius diuinum,quo decus omne
Iudiciis,& prima Deæ ſua reddita ſacra:
Corruptos fineret formari Curia mores.
Vſque adeò grauis hæc minimi iactura lucelli
Vobis viſa,patres? tanta eſt iniuria damni,
Vt temerè & paſſim nullo diſcrimine primum
Quenque vel inſontem peteretis dente canino?
Audierant aliquid fortaſſis: nanque furorem
Vix illis tribuam,fertur quo percitus Aiax,
Immeritas ferro pecudes mactaſſe cruento.
Vos etiam impulſu paucorum,quos ſua notos
Fecerat improbitas,& turpi exercita quæſtu
Lingua proterua,maliſque opera vltro præbita cauſis,
Collegam veterem potuiſtis lædere dicto,
Aut facto? vobis rabulæ maledicta forenſis
Excutere ex animo noſtram ſine crimine vitam,
Aut mores potuêre,diu multumque probatos?
Vos appello,quibus perſpecta prioribus annis
Eſt mea relligio: vos,qui meminiſſe poteſtis,
Et quicunque fuiſtis eodem in munere mecum,

Arguite,& quanuis duris me ſubdite pœnis:
Si non præcipua & recti mihi ſemper & æqui
Cura fuit: ſi me vnquam odium,ſi gratia flexit;
Si non & manibus puris,& pectore caſto
Aſtrææ ſacras acceſſi ad virginis aras:
Si non recta ſolo poſui veſtigia,ſi non
Tempus & omne mihi ſumma cum laude peractum eſt.
Inuitus,Franciſce,meis in laudibus hæſi:
Sed dabis hanc veniam,dum crimina falſa repello,
Et veras odii cauſas ſequor,inuidiæque.
Sæpe bonos odere mali,torquentur & imis
Senſibus: aut ſua cùm virtuti præmia reddi,
Aut meritum loca prima vident inſiſtere ciuem;
Præteritosque dolent,& ſe non æqua ferenteis.
Scilicet æquales ea cauſa potiſſima noſtros
Impulit,vt falſis de me ſermonibus aures
Complerent iuuenum,qui tempora noſtra ſecuti,
Vidiſſent me nunquam intra ſubſellia ſecum.
Adſenſit ſenibus malè credula turba minorum,
Auribus apprendi patiens,vt cantharus anſa.
O,ſtulti & faciles animi quocunque vocentur!
O,turpis leuitas haud nomine digna Senatus!
Hæccine iudicibus produnt exempla futuris,
Vt ſatis ad pœnam ſit delatoris iniqui
Vox? ſint & maledicta ſatis ſine teſtibus vllis?
Sed quid ego à rudibus ſummum ac ſolenne repoſco
Officium? quid in his prudentia quæritur annis?
Atque hæc,ſicut erant leuia,& ſine crimine certo;
Pòſt paulùm in tenues abierunt irrita ventos:
Denique paucornm monitis pars maxima ceſſit.
Nunc etiam fiſci magis hæc noua cura tuendi,
Reddidit inuiſum me furibus atque moleſtum,
Communesque domum ſolitis auertere nummos.
Nocturni vt vigilem fures odere draconem,
Aut illum,qui fronte gerebat lumina centum.

Nanq;

Nanq; ferunt grauiter ſibi furta, velut prius, eſſe
Non impunè : dolent rationes tempore poſci
Legitimo : multamq; auerſi turpiter auri.
Atque alii extremum donata queruntur in annum
Differri, veteremque ſuo cum vindice legem
Explodunt : genus hoc hominum quod venit ab Aula
Noſti quàm petulans, & quàm ſit gnauiter audax.
Quid faciam ? priuata mihi ſit gratia ciuis
Cuiuſquam potior patriæ vel regis amore ?
Ille habeat ſibi dona ferox. at miles egebit ?
At ſine præſidiis annona armisque virisque
Nuda relinquentur venientibus oppida Cimbris ?
At ſtipe defraudatus eques populabitur agros,
Et feret in longas hiemes prouiſa colono
Pabula, multorumque vorax alimenta dierum ?
Illa ſalutaris tua lex euerſa iacebit ?
Hoc ego dum prohibere malum atque euertere conor
Verticibus noſtris, quorundam commoda lædo
Nonnihil : at prorſum communiter impare fine.
Communis quia parua rei, vel gratia nulla eſt :
E re priuata tantillum carpere fraus eſt,
Ac ſummum ſcelus, & nunquam placabilis ira.
Vtile ſi conſecter, & huic ſim blandus & illi,
Euitare etiam linguas, & crimina poſſim :
Forſitan immeritumque decus laudemque referre,
Tanto patronis vitium defenditur omne
Pluribus, & virtute magis populare videtur :
Et ſunt lauti homines vulgò, qui publica peſſum
Siccis ire vident oculis, nimiumque laborem,
Et ſtudia in patriam rident, vt inania prorſus.
Sed tua mi potior ſemper ſententia ſedit,
Cui neque priuatorum odium neque gratia curæ eſt,
Dum regi patriæque tuæ ſuccurrere poſſis.

FRANCISCI OLIVARII AD SVPERIOREM EPISTOlam Reſponſio.

IAnus Morellus tuam nobis epiſtolam reddidit, verſibus conſcriptam planè tuis; ſed in queis teipſum quotidie ſuperas. Candor, polities, lepos, minimùm ſunt in illis. at verò ſeria eruditio, ſententiæ crebræ ac graues, mira vbiq; ſanitas ſenſuum, & per totum poëma (velut ſanguis per vniuerſum corpus) diffuſa læta quadam gratia, ac iucunditas me non minus capiunt, non ſecus afficiunt, quàm Venuſini tui doctiſsimæ epiſtolæ: cui, haud ſcio, an ſis olim apud poſteros ceſſurus. vt interim taceam, quòd totam tuam epiſtolam temperat optima artifex, Philoſophia Chriſtiana. Nec tamen ſuperiora hæc quamlibet egregia, admodum miror, adſuetus ſcilicet iam olim tuis legendis: in quibus, talia nunquam non recognoſcas. Iſtud mage miror: ab homine occupatiſsimo poëmata huiuſcemodi, tam facilè ſcribi. Silere dicuntur virgines Muſæ, cùm inſanus ille Mauors furit, perturbat, ac miſcet vniuerſa. feruntur & multis

curis

curis frequenter obſtupeſcere: vacuæ quòd carmina mentis, ſcilicet ſunt opus, vt ille ait. Porrò, quot moleſtiis ac turbidis negotiis, veluti inundantibus quotidie pulſeris, ſatis coniecto ipſe, haud ita pridem expertus. quando bellicis temporibus, bona pars publicorum negotiorum, in eorum humeros inclinat, qui Fiſci ac rationum Regiarum curam gerunt: quibus noſcitandis ac diiudicandis, ne Argus quidem vnus ſuffecerit. Fac autem rationales omnes Principis, cum quibus eſt tibi negotium, vel ad vnum probos, ac nihil pecuniæ regiæ intercidere (quod rarò accidit, vel potius nunquam) quæ tamen vſquam terrarum tanta eſt pecunia, quæ tot militum ſtipendia æquare valeat, quæ nouis ac exquiſitis coloribus ſubinde intruduntur. qui Pactoli, qui Tagi voraginem illam militarem expleant? nunquam tot hominum millia inſatiabilia, ſatiabuntur, cùm tamen nulla in re (ſi implacatis vtare) maius ſit periculum. Te in hiſce ſpinis conuolutum, in iis difficultatibus ac moleſtiis luctantẽ, tot verſus cõdere: quales gelidis in vallibus Hæmi, veteres illi poëtæ fundere ſolebant, id verò eſt raræ ac eximiæ cuiuſdam

iuſdam felicitatis. Næ, te oportet in omnibus Camœnarum fontibus, non labra ſolùm, ſed manus etiam ac pedes proluiſſe. Cæterùm, tuam illam epiſtolam legens, quàm ingenti voluptate ſum perfuſus, haud facilè dixerim: cùm tu mihi meam felicitatem poneres ob oculos, qui à freto illo aulico, procellis, ventis, tempeſtatibus continuis inhorreſcente, in hunc portum, in hanc tranquillitatem deuenerim: à qua, vel Attalicis conditionibus nunquam dimoueri ſuſtineam. Hunc agellum, qualis qualis eſt, nec Lydiis regnis permutauerim. hîc auctoramenta huiuſce mundi, diſco poſthabere ſtipendiis æternis. hîc Chriſto, ac mihi viuo. hîc calumniæ, atq; inuidiæ virus ipſis etiam nocentiſſimis venenis nocentius, egregiè contemno. A quibus, & te quoq; ipſum, haud multò antehac impetitum, minus admiror: quòd ferè hæc Hydra eximiis tantum viris obſibilet: & cum iis, qui publica ſincerè tractant, perpetuas inimicitias exercet. ac quò quiſq; exactius atq; innocentius rationes ſuas inſtituit, tantò in illum fertur acrius atque inſidioſius. ſiquidem calumniæ, adde etiam inuidiæ, vix credibile eſt artificium: ſtudium verò indefati-

deſatigabile. nihil eſt illis monſtris fœcundius. Quæ tu tamen haud ita magnâ operâ profligabis, perpetuâ illa tua conſtantia, amoréque recti: velut efficaciſsimo quodam antidoto præmunitus. Neque enim vllum certius præſidium, nullum ſatellitium potentius, quàm quod innocentia afferre ſolet. Ab Aulâ ab amicis vulgaribus, ab aurâ popu-l[illegible]i ficulnum præſidium fuerit. Quanquã & interim (fateor) cunctis in muneribus, ſuus eſt ciuili prudentiæ locus, ac ſapienti cuidam dexteritati. ſed ita, ne à rationis ſulco longius aberremus, ne cõſcientiã noſtram vulneremus. quæ, vt dulciſsimũ eſt innocenti teſtimonium: ſic mala fide verſanti, duriſsimum eſt ſupplicium. Sed de his ſatis. Chriſtus tibi præclarum hunc animum, hanc ſinceram mentem, iſtud in publica commoda ſtudium, ſemper in maius augeat: atq; animo iſti egregio, quam plurimos annos adiiciat Ex Leonvillano noſtro, XVII. Kal. Auguſti.

Ad Ianum Morellum.
De matribus quæ filios ſuos ipſæ non alant, nec apud ſe domi educari patiuntur.

Quinq; dies tantùm dixi me rude futurum,
Octauum nonumq; diem deſideror abſens:
Et niſi me clarâ reſpublica voce repoſcat.

Officium

Officium, Errico præſtandaq; munia regi.
Forſitan hîc totum Sextilem ponere poſſim.
Perpetuum nam præter amœni ruris amorem,
Quo teneor, mecum huc proficiſcens omne leuamen
Vrbani ſtrepitus vexi curæq; forenſis,
Vxorem, natam & generum, paruumq; nepotem:
Quo certè puero nihil eſt feſtiuius vſquam,
Ni me ſtultus amor (fallit qui ſæpe parentes)
Et me fallit auum. quid cùm ridere trimeſtris
Cœperit? hæ ſuaues etiam gratæq; videntur
Mi lacrimæ, & rauco pueri vagitus in ore:
Hunc ſecum nutricis egentem mater ab vrbe
Extulerat lecticâ, & veſtibus vndiq; tectum.
Nam quæſita diu cùm femina lactis abundans
Nequicquam vrbe foret totâ, melioris in agro
Spes erat. Ergo lecta domum deducitur ad nos,
In tribus vna fuit quæ fœcundiſſima pagis:
Reſpondiſſe meis rebar iam Numina votis,
Cùm puer ardenti correptus febre repente eſt,
Fruſtrà deſiccata duo trahere vbera viſus.
Circum omneis pagos iterum, circum omnia rurſus
Oppida quæſitum generrix auiaq; remittunt.
Cùm multæ ex omni matres regione venirent,
Nulla ſitim potuit pueri compeſcere noſtri:
Altera ſed primæ ſucceſſit, & altera deinceps
Inq; vicem, medicis prohibentibus, vt malè ſanum
Inq; ſalubre ſimul diuerſas ſugere matres.
Sed medicæ leges valeant, cùm venter inanis
Cumque enecta fame eſt natura, ſitiue laborat.
Hanc ego perſpiciens curam matrumq; laborem,
Mirabar quocunque pedes greſſuſque tuliſſem,
Non eadem nobis ſeſe dare: nanque per omneis
Vicinos pagos & agreſtia tecta, ſuarum
Pingues & nitidos pendentes vbere matrum
Cernebam pueros. Qui fiat & vnde roganti:

Iurabant illæ, nullis ſe cantibus vſas
Carminibuſue malis, vſas medicamine nullo;
Non aliena peti naſcentibus vbera natis,
Quæ puerum genuiſſet eandem paſcere natum.
Hæc mecum reputans animo, iam quærere ceſſo
Cur etiam infanti vix quattuor vbera noſtro
Sufficiant, ſua cur pueris vel mater abundet
Vna ſuis, nec opem alterius ſiccata requirat.
Natura nec enim peccatum, aut culpa ſagacis
Vlla fuit: quæ cuiq; duas in pectore mammas
Appendit matri; geminis ſatis vſq; futuras,
Appendit geminis: nam plures edere monſtrum eſt,
Nec longùm ſupereſſe ſolent: naſcente paratus
Iam cibus eſt puero, fœtam nec copia lactis
Deficit, aut hominum in genere, aut ratione carentum.
Noſtræ deliciis matres in mollibus vrbis
Eductæ, cordi quibus eſt ſua forma, libenter
Si poſſint, vtero partum geſtare recuſent.
Iam natis alimenta negant, albiq; liquoris
Vndanteis ſcatebras, iniuſtæ more nouercæ,
Reſtinguunt penitus, pulcherrima dona Deorum,
Ne macie corpus, ne rugis venter aretur,
Ne ſuctu nimio, aut molleſcant vbera tactu,
Neu cum fortè ſedens noctem perduxerit vnam
Inſomnem genitrix, exurgat pallida manè.
Tanto ſollicitas color & cutis & decor illas
Plus habet infantis pueri quàm vita ſaluſq;:
Quem ſimul editus eſt, patriis extrudere tectis
Haud dubitant, alioq; procul mandare, parentum
Adſpectu atq; oculis crudeli more carentem.
Non ſic amandatur equus, non verna catella,
Quæ ſemper dominæ quoquo veſtigia torquet
It comes, illiuſue ſinu feſtiua recumbit.
Morte feræ, funeſta domus fit tota, minorque
Non hic luctus erit, quàm vel moriente marito.

Talia

Talia principia atq; ortus fundamina noſtri,
Naturæ non ſponte, non æquo Numine iacta,
Multis deinde malis aditum cauſamq; dedere,
Vt parui Iam prima ſimul cum lacte bibamus
Semina nequitiæ, quæ poſt ſe plurima fundunt.
Hinc vel adulterio vetus immutatur auorum
Progenies, raroq; ſui fert ora parentis
Filius: aut ſi nulla thoro eſt grauius illita labes,
At melior natura tamen cum lacte boniq;
Mutantur mores: clariſq; parentibus orta
Virgo fit ancillæ ſimilis, laſciua procaxq;,
Ebria, ſaltatrix, & amans inhoneſta virorum,
Turpis, iners, ſæuuſq; puer, ſcortator, auarus;
Illarum ſimilis, quarum prius vbera ſux.t.
Et natos miramur oriri ſanguine noſtro
Degeneres, quibus immeritis materna premuntur
Vbera, conductæ ſua dant arentia ſeruæ?
Forſitan hunc primæ neglectum ætatis, adulto
Corrigimus puero. quin & ſecordia maior
Cernitur in nobis, quò plus proceſſerit ætas.
Nec pater exemplum vitæ dat grandis honeſtæ
Puberibus natis, nec ſanctum adhibere magiſtrum
Curat, at ignaros & quæ ſunt optima nondum
Cernere qui poſſint, iam lucri incendit amore:
Nil opibus melius præclaris, deterius nil
Paupertate docens homini contingere poſſe.
Mater acu natam poſitos diſcernere crines
Inſtituit, propriæque decus corrumpere formæ,
Et capiti gemmas, aurum circundare collo:
Ducit & ad turpes nocturno tempore cœnas
Pontificum: turpem deprauatamq; reducit.
Sic mala, continuâ ſerie longoq; ſequuntur
Ordine, vt ex illo manent tamen omnia fonte:
Temporibus tam prima nocent peccata futuris.
Viſne etiam ingratæ referam tibi præmia matris,
Et quâm

Et quàm non impunè ferat clauſiſſe fluentes
Vberibus riuos, alimentaq; debita natis?
Conanti latices illi frigentibus herbis
Siſtere, diſperſos & in omne refundere corpus:
Frigidus & vehemens ſubito rigor occupat artus,
Tum mala conſequitur febris, ſæuiq; dolores
Vbera diſcruciant. multis lac cogitur intus,
Nequicquam preſſis luctans erumpere mammis,
Inde tibi fœdo manabunt vlcera pure:
Et ni ſubuenias in tempore, quod fuit vlcus
Cancer erit ſubitò, perq; omnia viſcera ſerpet:
Illum Pæoniâ fruſtra medicaberis arte,
Præſcriptos regere aut intra conabere fines,
Quò mage ſtringis, eò ſpatii plus corripit ille
Dum mentum & nares victor peruadat & ora,
Afficiat turpi languentem deniq; letho.
Hoc perſuaſa malo debes abſiſtere mater
Turpibus inceptis, iramq; horreſcere Diuûm,
Teq; hominem meminiſſe, datamq; à Numine mentem
Aeriam celeremq;, animantum ex omnibus vni.
Sin libet ex brutis humanos diſcere mores:
Adſpice quæ ſit cura lupæ, vel quanta leænæ
Paſcendis catulis, aliarum quanta ferarum:
Aut quàm multa ſuis pro fœtibus aſpera miſcent
Prælia: quæ dubitent proprio tentare periclo.
Quanta deinde ſuos cum ſollicitudine nidos
Ædificent volucres, quanto molimine, tutum
Cùm cœpere locum; paruas ex arbore celſa
Suſpenduntue domos, cæciſue in ſentibus abdunt,
Ne qua rapax auium teneros aut beſtia pullos
Deuoret, aut turdis inimicus pinguibus auceps:
Subſternuntq; ſolum paleis & gramine molli,
Et ſuper oua cubant tam longo tempore, donec
Excluſi veniant fœtus in luminis auras.
Inde cibos paruis, & longè pabula quærunt

Dulcia, in os gaudent inhiantumq; indere manſæ.
Hic amor in ſæuis eſt tigribus, inq; leænis:
Nec iam vllum in terris animal agit illius expers.
Diſcite virtutem propriam, ſi veſtra voluntas
Hanc refugit, nec quidquam hominis niſi nomen habetis.
Et faciem propriam virtutem diſcite matres,
A brutis, auibuſque, immani à ſtirpe ferarum:
Aut illis hominis potius concedite nomen,
Voſque feras, quales eſtis, ſic ferte vocari.

Ad Odetum Cardinalem Caſtilionaum.

Nempe ſuis, mi Caſtilio, qui nititur ipſe
Præſidiis, nec totus ab hoc vel pendet ab illo,
Cuius vita fuit rebus moderata ſecundis,
Qui multos opibus ſibi conciliauit amicos,
Nec miſeros deſpexit in altâ ſede locatus:
Illius in tuto res eſt ſecura pericli.
Non is terrarum motus, cœliq; ruinas,
Neptuni rabiem, tempeſtateſq; veretur:
Non iras hominum, non iras ille Deorum
Expauit: ſed veſte ſuâ circum vndiq; ſeptus
Contemnit pluuias, & miſtos grandine nimbos,
Nec valde metuit ſortes mutantia Reges
Sidera, nec Regum quæcunq; minantur amicis.
Nam cur is lædi, qui nullos læſerit vnquam,
Formidet? nullos viuens ſibi fecerit hoſtes?
Quare ſi quid ei bellè minus accidit, illum
Omnes auxilio certant opibuſq; iuuare,
Et dignas in amore vices præſtare merenti.
Huius multa rei nobis exempla vetuſtas
Suppeditat, præſenſq; dies: ſed nota ſequamur:
Gallia quæ modò mirata eſt, quæ vidimus ipſi
Virtutis præclara tuæ documenta, Iouis cùm
Et furor, & magni premeret te caſus amici:
Inuidiâ arderes alienâ, quis tuus ille
Vultus, quæ facies, conſtantia quæ fuit oris?

Vt na-

Vt neq; deiiceres oculos, vocemq; pudore
Comprimeres, fractis vt rebus ſæpe ſolemus.
Aſt alii nimiâ quibus ambitione laborat
Pectus, & inuidiæ ſudant præcordia flammâ,
Dum ridet fortuna, coli ſe Numina tanquam,
Nullum præterea ſocium patiuntur honoris;
Et neq; ferre parem, nec poſſunt ferre ſecundum.
Fortè alium ſaluere iubes, rectèque valere?
Læſa eſt maieſtas, inter numeraberis hoſtes.
Vt fortuna abiit; conſurgitur vndiq; denſis
Agminibus, cunctæq; tribus armantur in vnum.
Illa infida cohors mentito nomine amici,
Deſeruere fugâ miſerum, ſeroq; videntem
Quid vero & quantum ſimulatus diſtet amicus.
Quàm nobis faciles iniuſta videntur amici
Poſcere, qui ſibi ſic animis & pectore toto
Iunctos eſſe volunt, vt ſecum turpia laudent,
Secum iiſdem pariter ſtudiis odiiſq; fruantur,
Et ſine lege colant, & ament ſine fine pudoris.
Quàm non ii diuina tenent humanaq; iura,
Quæ nos præcipiunt ſanctum colere inter amorem;
Non breuibus ſpatiis & iniquo limite ſeptum;
Sed quibus immenſi fulcitur machina mundi.
Et quæ ſtultitia hæc, ſocios admittere amoris
Nulle, atq; ſolent ſtimulante libidine mœchi?
Nemo fuit Syllæ & Mario communis amicus,
Pompeiis & Cæſaribus Brutiſq; ſuperbis?
Haud pauci (mihi crede) fuêre, vtinamq; fuiſſent
Plures: non tot Roma videret acerba ſuorum
Funera, tot ciues indignâ morte peremtos.
Innumeris hominum eſt obnoxia vita periclis,
Seditionis amans & ſemper plena timoris;
Plena metus, ne præcipitem det amica ruinam,
Cardinibus vulſis pars ne contraria vincat.
Atq; ea fortaſſis ratio cultoribus aulæ

Diſpliceat, qui vana magis quàm tuta ſequuntur:
Mi verò certum eſt colere omnes, omnibus vti,
Quanuis ſint animis diſcordibus, haud tamen vno
Omnes metiri modulo aut coniungere cauſâ:
Nobilitas alios fuerit mihi cauſa colendi,
Atq; alios virtus, alios dignatio prima
(Quiq; ingens ſtimulus) cùm nos ſentimus amari,
Mutua cùm paribus reſpondet gratia factis.
Omnia quæ fortuna prius cumulauit in vno
Te puero, creuere dein creſcentibus annis.
Nam quid ego, quid amice tuum nunc dicere pergam
Expertus quem ſæpe meis ſum rebus amorem:
Aut vlli tua dextra roganti defuit vnquam?
Quæ ſit noſtra vides, quàm non addicta ſequendis
Partibus ambitio, quæ ſi cui blanda videtur,
Attamen eſt ſincera, doli expers, & ſine fuco,
Teq; habet auctorem, cui ſe non comparet vllus.

Ad Cardinalem Lotharingum.

Scis tamen iſta maris compendia ſemper amicis
Diſplicuiſſe tuis: vel mille pericula propter
Quæ miſeri ſubeunt hiberno ſidere nautæ:
Vel quod Maſſiliâ Romam tendentibus, omne
Littus erat plenum, reſonanſq; hoſtilibus armis:
Infeſti Ligures, & agri dominator Etruſci.
Hæc te non audita ſemel ſpreuiſſe recordor,
Et monitis clauſas habuiſſe fidelibus aures.
Conſcendis nauem, paulum progreſſa triremis
Stœchadibus, crebrâ proram feriente procellâ,
Cogitur in portum regredi reflantibus Auſtris.
Hic propè te vomuiſſe animam cum ſanguine dicunt.
Quid facias? rurſumne maris diſcrimina tentes?
At iubet expectare Aquilones nauta ſerenos.
Longa mora eſt alio properantibus. & mare quiſquam
Poſt aliquot ſoles placidum promittere poſſit?
Ceſſiſti fatis, correctus more paterno.

Ac ve-

Ac veluti planis qui per ſaxoſa relictis
Ire viam docuit, celeremq; eludere Parthum.
Sic tibi ſeruato pelagi terræq; periclis
Oſtendêre alium præſentia Numina curſum:
Vt diſcas audere magis ratione modoq;,
Quàm ferri quocunq; animi vocat impetus ardens.
Multos ſæpe duces patriæ nimis acre tuendæ
Et vehemens ſtudium, primis conſumpſit in annis,
Dum ſeſe incautos in aperta pericula mittunt:
Quorum conſiliis hodie res ſalua maneret
Publica, nunc raptos alieno tempore luget.
Tu quoq; Francorum ſpes maxima *Carole*, gentis,
Promiſſis fraudare bonis, & munere noli
Nos ſpoliare Deûm: noli ſpes vertere noſtras.
Multa puer patriæ tribuiſti, multa ſupraq;
Ætatem, ſupraque virum, iuuenilibus annis:
Sed maiora tui ſperant, & plura futuris
Temporibus, calidæ reſtincto ardore iuuentæ,
Si capiti canos adſperſerit alba ſenectus.
Sunt qui præcipiant obeunda pericula nullo
Conſilio, patriam ſpes ſit modò poſſe iuuari:
Et referre negent, labor vltimus vrgeat ægros,
Nec poſſis niſi morte malis ſuccurrere rebus:
An captetur honos, & inanis laurea tantùm.
Sed ratio forteis audacibus, & malè cautum
Separat à prudente viro, qui proſpicit antè
Quatenus audendum, quæ mox euenta ſequantur:
Collatiſq; duobus, vtrum præponderet vtri;
Vt dulcis ne ſponte relinquat munera vitæ.
Si vilis res, ſi tenuis, ſi deniq; tanto
Ac tali pretio nec digna videbitur eſſe:
Contrà, mille mori dubitet ne mortibus, ingens
Vtilitas quoties, patriæue popoſcerit vſus.
Hoc Decii videre paterq; & filius ambo:
Quiq; laceſſitum dictis mordacibus hoſtem

Iraſci, pœnaſq; repoſcere ab hoſte ſubegit
Ignoto, viliq; togâ decora alta tegente.
Illius interitu patriæ victoria parta eſt.
Nam fore victores populos prædixerat antè
Delius, in quorum cecidiſſet parte, cruento
Dux gladio, viſuſque duci tum parcere miles.
Sed neq; Romano viguit minor in duce virtus,
Qui ſeſe multis obiecit millibus vnum,
Mandauitq; ſuis à tergo cædere pontem
Ciuibus, vt Thuſcos aditu intercluderet vrbis:
Multos Roma tulit, multos & Græcia tales:
Nomina non ignota tibi, quem nil fugit omni
Prorſus in hiſtoriâ. Quod ſi diſcrimine rerum
Sublato, nimia vſq; ſui fiducia quemquam
Egit præcipitem: quamuis Fors illius auſus
Fauerit: ille tamen fortis mihi non erit vnquam,
Qui maria, & cœlum, & terras contempſit, & hoſtem,
Cœlicolas ipſos, quorum manus iſta gubernat.
Qualis erat dux ille, Tyri qui mœnia ſcalis
Admotis ſubiit, nulli comitatus, & altum
Iamq; tenens mediam ſaltu ſe miſit in vrbem.
Quem niſi ſeruaſſet comitum metus, iraq; fractis
Continuò foribus, pœnas tunc ille dediſſet
Stultitiæ, plus quàm Regem decet, auſus in armis.
En tibi nunc alius quem regni dira cupido,
Humaniq; ſitis mala ſanguinis impulit atrâ
Tempeſtate, mariq; agitato fluctibus, hoſtis
Inter præſidia, exili ſe credere lembo:
Et ſocios Italâ cunctantes quærere terrâ,
Idem remigiis, & nondum à claſſe paratus
Pharſalici miſeras properans extinguere belli
Relliquias, ab eo qui tum fuit obuius hoſte
Occidi potuit, mens illi firma fuiſſet.
Hinc quoq; digreſſus velut immemor antè pericli
Venit in Ægyptum, ſine milite, ſolus, inermis.

Nautarum contis vbi penè, leuiſque tumultu
Oppreſſus vulgi, corruptis igne librorum
Millibus innumeris, vix tandem euaſit amica
Ægypti domina, regniq; herede relicta.
Quorum etſi tantos felix audacia caſus
Calcauit pedibus, non idcircò minus illi
Peccauere tamen. nam mille quibus malè ceſſit,
Mille aliis paucorum exempla reuincere poſſum:
Vt tanquam in tabula videas temeraria ſæpe
Conſilia, euentus miſeros habuiſſe furoris.
Atq; illos etiam paucis mutata diebus
Percuſſit Fortuna: petitus vterq; ſuorum
Inſidiis, alio noua dum molitur in orbe
Imperia: vt luſiſſe Deam mortalia credas,
Et velut in ſcenâ Regum monſtraſſe triumphos.
Quæ non dicta mihi, verear quod ne malè pecces
Ambitione: ſed ille tuus mihi cognitus ardor
In patriam, ſuſpecta quidem facit omnia: deinde
Plaga recens, factumq; propè ipſo in limine portus
Naufragium, niſi te ſeruaſſent Numina ſanctè
Quæ colis. Ergo diu antè diu tecum ipſe prius quàm
Adgrediare, videq;, adhibeq;, & conſule amicos,
Et quid ſuſcipias: & quâ ratione gerendum:
Ne pigeat perferre moras: ne tuta viarum
Et longinqua ſequi, breuibus quandoq; relictis.
Hoc modo te Superi monuere, rogamus amici,
Quorum te monitis nec bellum obſiſtere, & ipſum
Qui ſemel offendit turpe eſt offendere rurſus.

Ad Franciſc. Lotharingum è Latio ſub cladem Quintinianam in Galliam redeuntem.

Aut tu rem nobis conuulſo cardine lapſam
Vnus reſtitues, primaq; in ſede locabis:
Aut certè nullis vnquam Fortuna reſurget
Gallica temporibus; ſed humi deſpecta iacebit

Æternum. manet illa, manet te laurea, ductor
Maxime Francorum. quis enim ſe comparet alter,
Quémve ducem potius Rex tanto opponeret hoſti?
Illius expulſo nuper genitore triumphum
Egiſti: pulſo veniet par gloria nato.
Eſt illud veſtro generi fatale, tuæque
Virtutis proprium, magnos compeſcere faſtus
Burgundæ gentis, quæ nunc ſociata Britannis
Rege nouo exultans noſtris in finibus agros
Præſidiis vacuos populatur, & oppida carpit.
 Vt coniux peregre redeuntem caſta maritum,
Ipſa domi longo cum tempore ſola fuiſſet,
Excipit amplexu tenero; voluuntur obortæ
Lætitiâ lacrymæ perque illius ora genaſque:
Haud minus aduentu Rex ipſe Erricus, & omnis
Viſa domus gaudere tuo: per rura, per vrbes
Feſta celebrantur plenis conuiuia menſis.
 Vt ſol exoriens concuſſas grandine ſiluas,
Depreſſos & humi flores languentiaque arua
Erigit, & cælum radiis terraſque ſerenat:
Sic perculſa graui tu vulnere pectora plebis
Nobiliumq; animos reficis, ſpeq; arduus imples.
Et modo noſter Eques ſæuo conciſus ab hoſte,
Te rectore diu non ſe fore ſperat inultum;
Et ſpolia Hiſpanos ereptaq; ſigna repoſcit.
 Hæc hominum de te ſpes vulgo eſt: irrita ne ſit
Illa, vide. permulta potes numerare trophæa
Hoſtibus à domitis, multos numerare triumphos:
Quos tamen vna dies, vnuſque euertere caſus
Et fortuna poteſt, laudemq; abolere priorem.
 Annibal & Pompeius item, duo lumina gentis
Quiſque ſuæ, multas bello retulere coronas,
Collatis auſi toties decernere ſignis.
Victus vterque, fuit documento quam nil vſquam
Perpetuum ſolet in terris fixumq; manere:

Huma-

Humanis quam nulla ſubeſt conſtantia rebus.
Quid? domitorem Aſiæ Cyrum, non vna ſubegit
Fœmina, & abſciſſum caput illi ſanguine merſit?
Nam cur ipſe tuos, exempla domeſtica, ponam
Ante oculos? Cur Parthenopes tentata beatæ
Regna tuis atauis, infauſto Marte, per annos
Centum continuos, Errici poſt quoque Regis
Auſpiciis ductuque tuo? Fuit exitus idem
Penè tibi: niſi quod ſeruatus cum duce miles
Incolumis ſaluuſque domum patriamque reuertit.
Hos ducis egregii prudentia fecit, vt illos
Quos adeò ſeruare Salus, nec ſi velit ipſa,
Poſſe videbatur, cunctos ſeruaret ad vnum.
Parua manus, ſed enim grauibus defuncta periclis
Sæpius, & multos quondam perpeſſa labores.
Nec tibi prætermiſſa tui pars muneris vlla.
Tantùm diſplicuiſſe Deo mihi cauſa videtur:
Aut nimia hæc, totum iam pene vagata per orbem,
Ambitio: aut ciues aliquid peccauimus ipſi.
Si gaudet rerum vicibus Fortuna, diuq;
Stare loco neſcit: ſi nos huc verſat & illuc,
Arbitrioque ſuo ſpoliat, vel honoribus auget:
Idque aliis belli ducibus ſi contigit antè
Innumeris, tibi ſi contingere poſſe putabis;
Noli præteritis nimium confidere factis:
Néve feras cælo caput altius, aut tumidum cor:
Neu metue euentus medios, triſtemque futuri
Temporis inuidiam, leuis aut opprobria vulgi:
Sed quemcunq; dabit finem Deus accipe grato
Præſentiq; animo. Cauſas mortalibus eſſe
Ignotas voluit: tua ſit modò culpa, caueto.
Quid ſi nec populo, quæ tot victoria votis
Expetitur, Regi nec ſæpe ſit vtilis ipſi?
Impleuit variis Aſiæ victoria Romam
Deliciis; & quam non Punica bella tot annos

Continuata prius; non regis & arma Philippi
Contuderant, peregrina ſeueram perdidit vrbem
Luxuria. hinc cædes, & publica, furta, rapinæ,
Direptæque vrbes ſociorum, & dira cupido
Regnandi in patriâ : ciuilia deniq; bella.
Inſubrum capto Duce nuper & vbere campo
Felices nimium populi fœdeq; peremptis
Heluetiis. Franciſco auſis concurrere Regi;
Plus damnique maliq; accepit Gallia, capto
Quàm pòſt Rege ſuo Ticini ad fluminis vndas.
Imperium Francorum & gloria nominis aucta eſt;
Sed mores abiere boni. Vix octo Loiſi
Regis ab interitu numeramus luſtra; fuiſſe
Dicas mille : viris tantum diſtamus ab illis,
Prima quibus tum cura fuit ſeruare paternum
Prædiolum, ſeruare larem vigilanter auitum:
Tum deſideriis fines adhibere, modumq;
Sumptibus & proprio contentis iam nihil vltrà
Appetere, & nullas vicino intendere lites :
Caſtra ſequi, & pulchram bello ſibi quærere laudem:
Raro in conſpectum Regis procerumq; venire,
Scire nec obſequiis animos captare potentum,
Nec blando ſermone mereri præmia Regum :
Scire famam perferre, ſitimq; & frigus. & æſtum:
Scire equidem medio peditemq; laceſſere campo.
Horum de numero procedat ſi quis in Aulam
Horridus, & ſudore fluens & puluere plenus,
Quos iſtis auro fulgentibus, & bene lautis,
Commoueat riſus! vt præter ſibila ſecum
Nil prorſus referat. Quid nos victore putamus
Æquius imperium aut melius ſub Rege futurum?
Pauci adeò Reges fortunam ferre ſecundam
Æqua mente ſciunt: & iam ſecurus ab hoſte
In ſua Rex ſtrictum conuertit viſcera ferrum.
Sæpe vel incautos conficta calumnia Reges

Au-

Auribus apprendit, turpiſve inſcitia rerum.
Arguitur ſceleris, villam qui forte propinquam
Heic habet, & videt vſq; ſuâ quam Regis amicus.
Ornantur teſtes, miſeroq; redempta parantur
Iudicia. ô, ſaltem redimat ſe, Caſtoris inſtar,
Caſtoreo, & ſalua iactet patrimonia vita.
Sed viuis rerum dominis aliena tenere
Nec tutò ſe poſſe putant. Ea nos bona ſtulti
Ducimus, exitio multis quæ ſæpe fuere.
Mille cadunt populis ducibuſq; incommoda victis:
Multò plura cadunt etiam victoribus ipſis,
Interituſque ferunt animorum & corporis vna.
Corrumpunt hominum felicia tempora mentes,
Auertuntq; Deo ſenſus; nec tollere cælo
Ora ſinunt. Quis enim lætis cæleſtia rebus
Cogitat? aduerſis, quàm ſit miſeranda monemur
Conditio noſtræ, quàm vilis & infima, vitæ.
Tunc opis humanæ deiecti præſidio, ſpem
Vertimus ad Superos trepidi, veniamq; precamur:
Mutamus mores. ea nos via lenis in altum
Ducit, vbi ſedes animis æterna beatis.
Miramur ſi quando preces non auribus æquis
Accipit, aut hominum reddit contraria votis
Sæpe Deus: durumq; inclementemque vocamus.
Vt pater infanti puero ſi dira venena,
Siue micans ferrum, aut aliud quid fortè petenti
Mortiferum, tamen ille neget: tibi durus & aſper,
Non patrio indulgens potiùs videatur amori?
Ergo tu referre putas nihil, hoſtibus vtrum
An geſti nobis accedat gloria belli?
Non ego. Sed primùm iubeo nos quærere pacem:
Si pax nulla datur, nec conditionibus æquis;
Conteſtare Deos, inuitum accingier armis;
Auxilioque voca. non illi tempore longo
Numina paſſuri ſua ſunt contempta iacere.

Si necdum melior belli fortuna ſequetur,
Rurſus & auerſi placanda eſt numinis ira,
Nec pecudum fibris,ſed pura mente litandum eſt,
Sinceriſque animis. Cum ſit Deus optimus ipſe,
Non amat ille preces,non impia vota malorum.
Tu plenus ſtupri,plenuſq; libidinis intus,
Et furax,& auarus, & ambitioſus honorum,
Impetrare putas aliquid te poſſe,priuſquam
Ablueris ſacrâ viui te fluminis vndâ?
Quem foribus templi ſapiens arcere ſacerdos
Debuit,atque reos inter plorare iubere.
Tu primâ ſi luce genu curuaueris aras
Ante Deûm, tibi deinde putas extrema licere
Omnia. rideri non vult Deus.& videt intus
Quid tectum vel fronte geras, vel pectore clauſum:
Et fictas odit lacrymas, ſimulataq; verba.
Iactabat Legis ſtudium Phariſæus,& ore
Decantata ſuo Moſis mandata ferebat:
Diſplicuit Domino: Manceps quia turpia coram
Lucra fatebatur, venia donatus abiuit.
Nos etiam aduerſæ nuper cùm nuntia pugnæ
Fama repens noſtras inopinaq; venit ad aures,
Conſternati animis, quibus arma viriq; deeſſent:
Cumque putaretur portæ iam proximus hoſtis;
Ad delubra Deûm confugimus,& prece multa
Suppliciter pacem veniamque popoſcimus illos.
Continuit ſe quiſque dies vix quattuor,hoſtis
Cùm ſubito regredi,vel non procedere, fertur:
Ilicet excuſſa formidine protinus omnes
Ad vomitum redeunt.& vitæ probra prioris:
Vt pueri luſum repetunt abeunte magiſtro.
Nunc peccant homines peiora prioribus illis.
Nec dilata putant, ſed tempus in omne remiſſa
Supplicia,eluſiſque Deis impunè,iocantur.
Hoſtis abit. Qui ſcis an vere ineunte redibit

For-

Fortior & melior ? nobis ſunt omnia victis
Inferiora. Ducis Romã Latioque remiſſi
Non feret aſpectum Germanus miles:& ora
Vertet ob os illius. Eâ ſpe ducitur omnis
Gallia, nec quiſquam eſt alius, quo fidere tantum,
Quòve magis ductore animos attollere poſſit.
Verùm multa cadunt inter duo tempora, multæ hoc
Ne duce pugnetur poſſunt exiſtere cauſæ.
Aut quiſnam Superûm fatis iræq; reſiſtat?
Mutemus mores igitur, veniamq; precemur:
Imprimiſque Deos & tota mente colamus
Et totis animis: exin nos inter amemus:
Sit bene ſarcta velut multorum gratia fratrum,
Nec minor alterius quàm noſtræ cura ſalutis.
Quæ ſi fixa animo penitus mandata geremus,
Mortes, exilia, atq; fugas & damna bonorum
Quæque ſolent alia aduerſis accedere rebus.
Haud magni faciemus: erunt neque triſtia nobis
Aſpera, nec vel amara nimis, vel dura ferendo.
Scilicet extinctos merces vberrima cœlo,
Et promiſſa manent æternæ præmia vitæ.

De Caleti & Guinæ Oppidorum expugnatione

Sic mutat Fortuna vices, & ludit atrocem
More ſuo ludum, nunc his, nunc æquior illis.
Nos adeò fuſi. & magno certamine victi.
Nuper ab Hiſpanis, fortes modò vicimus Anglos
Ereptas patribus tandemq; recepimus vrbes,
Oceano in medio iuſſis regnare Britannis.
Illi cum lacrymis terra ceſſere retenta,
Poſſeſſaque ſuis atauis iam tempore longo.
Nanque erat in fatis rediturum haud ante Caletum
Ad veteres dominos, quàm ſe Regina marito
Traderet externo, veterumque propagine Regum
Poſthabitâ, nouus hic ſuccederet aduena regnis.

Ipſe

Diſpliceat, qui vana magis quàm tuta ſequuntur:
Mi verò certum eſt colere omnes, omnibus vti,
Quanuis ſint animis diſcordibus, haud tamen vno
Omnes metiri modulo aut coniungere cauſâ:
Nobilitas alios fuerit mihi cauſa colendi,
Atq; alios virtus, alios dignatio prima
(Quiq; ingens ſtimulus) cùm nos ſentimus amari,
Mutua cùm paribus reſpondet gratia factis.
Omnia quæ fortuna prius cumulauit in vno
Te puero, creuere dein creſcentibus annis.
Nam quid ego, quid amice tuum nunc dicere pergam
Expertus quem ſæpe meis ſum rebus amorem:
Aut vlli tua dextra roganti defuit vnquam?
Quæ ſit noſtra vides, quàm non addicta ſequendis
Partibus ambitio, quæ ſi cui blanda videtur,
Attamen eſt ſincera, doli expers, & ſine fuco,
Teq; habet auctorem, cui ſe non comparet vllus.

Ad Cardinalem Lotharingum.

Scis tamen iſta maris compendia ſemper amicis
Diſplicuiſſe tuis: vel mille pericula propter
Quæ miſeri ſubeunt hiberno ſidere nautæ:
Vel quod Maſſiliâ Romam tendentibus, omne
Littus erat plenum, reſonanſq; hoſtilibus armis:
Infeſti Ligures, & agri dominator Etruſci.
Hæc te non audita ſemel ſpreuiſſe recordor,
Et monitis clauſas habuiſſe fidelibus aures.
Conſcendis nauem, paulum progreſſa triremis
Stœchadibus, crebrâ proram feriente procellâ,
Cogitur in portum regredi reflantibus Auſtris.
Hic propè te vomuiſſe animam cum ſanguine dicunt.
Quid facias? rurſumne maris diſcrimina tentes?
At iubet expectare Aquilones nauta ſerenos.
Longa mora eſt alio properantibus. & mare quiſquam
Poſt aliquot ſoles placidum promittere poſſit?
Ceſſiſti fatis, correctus more paterno.

Ac ve-

Ac veluti planis qui per ſaxoſa relictis
Ire viam docuit, celeremq; eludere Parthum.
Sic tibi ſeruato pelagi terræq; periclis
Oſtendêre alium præſentia Numina curſum:
Vt diſcas audere magis ratione modoq;,
Quàm ferri quocunq; animi vocat impetus ardens.
Multos ſæpe duces patriæ nimis acre tuendæ
Et vehemens ſtudium, primis conſumpſit in annis,
Dum ſeſe incautos in aperta pericula mittunt:
Quorum conſiliis hodie res ſalua maneret
Publica, nunc raptos alieno tempore luget.
Tu quoq; Francorum ſpes maxima *Carole*, gentis,
Promiſſis fraudare bonis, & munere noli
Nos ſpoliare Deûm: noli ſpes vertere noſtras.
Multa puer patriæ tribuiſti, multa ſupraq;
Ætatem, ſupraque virum, iuuenilibus annis:
Sed maiora tui ſperant, & plura futuris
Temporibus, calidæ reſtincto ardore iuuentæ,
Si capiti canos adſperſerit alba ſenectus.
Sunt qui præcipiant obeunda pericula nullo
Conſilio, patriam ſpes ſit modò poſſe iuuari:
Et referre negent, labor vltimus vrgeat ægros,
Nec poſſis niſi morte malis ſuccurrere rebus:
An captetur honos, & inanis laurea tantùm.
Sed ratio forteis audacibus, & malè cautum
Separat à prudente viro, qui proſpicit antè
Quatenus audendum, quæ mox euenta ſequantur:
Collatiſq; duobus, vtrum præponderet vtri;
Vt dulcis ne ſponte relinquat munera vitæ,
Si vilis res, ſi tenuis, ſi deniq; tanto
Ac tali pretio nec digna videbitur eſſe:
Contrà, mille mori dubitet ne mortibus, ingens
Vtilitas quoties, patriæue popoſcerit vſus.
Hoc Decii videre paterq; & filius ambo:
Quiq; laceſſitum dictis mordacibus hoſtem

Iraſci, pœnaſq; repoſcere ab hoſte ſubegit
Ignoto, viliq; togâ decora alta tegente,
Illius interitu patriæ victoria parta eſt.
Nam fore victores populos prædixerat antè
Delius, in quorum cecidiſſet parte, cruento
Dux gladio, viſuſque duci tum parcere miles.
Sed neq; Romano viguit minor in duce virtus,
Qui ſeſe multis obiecit millibus vnum,
Mandauitq; ſuis à tergo cædere pontem
Ciuibus, vt Thuſcos aditu intercluderet vrbis:
Multos Roma tulit, multos & Græcia tales:
Nomina non ignota tibi, quem nil fugit omni
Prorſus in hiſtoriâ. Quod ſi diſcrimine rerum
Sublato, nimia vſq; ſui fiducia quemquam
Egit præcipitem: quamuis Fors illius auſus
Fauerit: ille tamen fortis mihi non erit vnquam,
Qui maria, & cœlum, & terras contempſit, & hoſtem,
Cœlicolas ipſos, quorum manus iſta gubernat.
Qualis erat dux ille, Tyri qui mœnia ſcalis
Admotis ſubiit, nulli comitatus, & altum
Iamq; tenens mediam ſaltu ſe miſit in vrbem.
Quem niſi ſeruaſſet comitum metus, iraq; fractis
Continuò foribus, pœnas tunc ille dediſſet
Stultitiæ, plus quàm Regem decet, auſus in armis.
En tibi nunc alius quem regni dira cupido,
Humaniq; ſitis mala ſanguinis impulit atrâ
Tempeſtate, mariq; agitato fluctibus, hoſtis
Inter præſidia, exili ſe credere lembo:
Et ſocios Italâ cunctantes quærere terrâ.
Idem remigiis, & nondum à claſſe paratus
Pharſalici miſeras properans extinguere belli
Relliquias, ab eo qui tum fuit obuius hoſte,
Occidi potuit, mens illi firma fuiſſet.
Hinc quoq; digreſſus velut immemor antè pericli
Venit in Ægyptum, ſine milite, ſolus, inermis.

Nau-

Nautarum contis vbi penè, leuiſque tumultu
Oppreſſus vulgi, corruptis igne librorum
Millibus innumeris, vix tandem euaſit amica
Ægypti domina, regniq; herede relicta.
Quorum etſi tantos felix audacia caſus
Calcauit pedibus, non idcircò minus illi
Peccauere tamen. nam mille quibus malè ceſſit,
Mille aliis paucorum exempla reuincere poſſum:
Vt tanquam in tabula videas temeraria ſæpe
Conſilia, euentus miſeros habuiſſe furoris.
Atq; illos etiam paucis mutata diebus
Percuſſit Fortuna: petitus vterq; ſuorum
Inſidiis, alio noua dum molitur in orbe
Imperia: vt luſiſſe Deam mortalia credas,
Et velut in ſcenâ Regum monſtraſſe triumphos.
Quæ non dicta mihi, verear quod ne malè pecces
Ambitione: ſed ille tuus mihi cognitus ardor
In patriam, ſuſpecta quidem facit omnia: deinde
Plaga recens, factumq; propè ipſo in limine portus
Naufragium, niſi te ſeruaſſent Numina ſanctè
Quæ colis. Ergo diu antè diu tecum ipſe prius quàm
Adgrediare, videq;, adhibeq;, & conſule amicos,
Et quid ſuſcipias: & quâ ratione gerendum:
Ne pigeat perferre moras: ne tuta viarum
Et longinqua ſequi, breuibus quandoq; relictis.
Hoc modo te Superi monuere, rogamus amici,
Quorum te monitis nec bellum obſiſtere, & ipſum
Qui ſemel offendit turpe eſt offendere rurſus.

Ad Franciſc. Lotharingum è Latio ſub cladem Quintinianam in Galliam redeuntem.

Aut tu rem nobis conuulſo cardine lapſam
Vnus reſtitues, primaq; in ſede locabis:
Aut certè nullis vnquam Fortuna reſurget
Gallica temporibus; ſed humi deſpecta iacebit

Æternum. manet illa, manet te laurea, ductor
Maxime Francorum. quis enim ſe comparet alter,
Quémve ducem potius Rex tanto opponeret hoſti?
Illius expulſo nuper genitore triumphum
Egiſti: pulſo veniet par gloria nato.
Eſt illud veſtro generi fatale, tuæque
Virtutis proprium, magnos compeſcere faſtus
Burgundæ gentis, quæ nunc ſociata Britannis
Rege nouo exultans noſtris in finibus agros
Præſidiis vacuos populatur, & oppida carpit.
Vt coniux peregre redeuntem caſta maritum,
Ipſa domi longo cum tempore ſola fuiſſet,
Excipit amplexu tenero; voluuntur obortæ
Lætitiâ lacrymæ perque illius ora genaſque:
Haud minus aduentu Rex ipſe Erricus, & omnis
Viſa domus gaudere tuo: per rura, per vrbes
Feſta celebrantur plenis conuiuia menſis.
Vt ſol exoriens concuſſas grandine ſiluas,
Depreſſos & humi flores languentiaque arua
Erigit, & cælum radiis terraſque ſerenat:
Sic perculſa graui tu vulnere pectora plebis
Nobiliumq; animos reficis, ſpeq; arduus imples.
Et modò noſter Eques ſæuo conciſus ab hoſte,
Te rectore diu non ſe fore ſperat inultum;
Et ſpolia Hiſpanos ereptaq; ſigna repoſcit.
Hæc hominum de te ſpes vulgo eſt: irrita ne ſit
Illa, vide. permulta potes numerare trophæa
Hoſtibus à domitis, multos numerare triumphos:
Quos tamen vna dies, vnuſque euertere caſus
Et fortuna poteſt, laudemq; abolere priorem.
Annibal & Pompeius item, duo lumina gentis
Quiſque ſuæ, multas bello retulere coronas,
Collatis auſi toties decernere ſignis.
Victus vterque, fuit documento quam nil vſquam
Perpetuum ſolet in terris fixumq; manere:

Huma-

Humanis quam nulla ſubeſt conſtantia rebus.
Quid? domitorem Aſiæ Cyrum, non vna ſubegit
Fœmina, & abſciſſum caput illi ſanguine merſit?
Nam cur ipſe tuos, exempla domeſtica, ponam
Ante oculos? Cur Parthenopes tentata beatæ
Regna tuis atauis, infauſto Marte, per annos
Centum continuos, Errici poſt quoque Regis
Auſpiciis ductuque tuo? Fuit exitus idem
Penè tibi: niſi quod ſeruatus cum duce miles
Incolumis ſaluuſque domum patriamque reuertit.
Hos ducis egregii prudentia fecit, vt illos
Quos adeò ſeruare Salus, nec ſi velit ipſa,
Poſſe videbatur, cunctos ſeruaret ad vnum.
Parua manus, ſed enim grauibus defuncta periclis
Sæpius, & multos quondam perpeſſa labores.
Nec tibi prætermiſſa tui pars muneris vlla.
Tantùm diſplicuiſſe Deo mihi cauſa videtur:
Aut nimia hæc, totum iam pene vagata per orbem,
Ambitio: aut ciues aliquid peccauimus ipſi.
Si gaudet rerum vicibus Fortuna, diuq;
Stare loco neſcit: ſi nos huc verſat & illuc,
Arbitrioque ſuo ſpoliat, vel honoribus auget:
Idque aliis belli ducibus ſi contigit antè
Innumeris, tibi ſi contingere poſſe putabis;
Noli prætëritis nimium confidere factis:
Néve feras cælo caput altius, aut tumidum cor:
Neu metue euentus medios, triſtemque futuri
Temporis inuidiam, leuis aut opprobria vulgi:
Sed quemcunq; dabit finem Deus accipe grato
Præſentiq; animo. Cauſas mortalibus eſſe
Ignotas voluit: tua ſit modò culpa, caueto.
Quid ſi nec populo, quæ tot victoria votis
Expetitur, Regi nec ſæpe ſit vtilis ipſi?
Impleuit variis Aſiæ victoria Romam
Deliciis; & quam non Punica bella tot annos

Continuata prius; non regis & arma Philippi
Contuderant, peregrina ſeueram perdidit vrbem
Luxuria. hinc cædes, & publica, furta, rapinæ,
Direptæque vrbes ſociorum, & dira cupido
Regnandi in patriâ: ciuilia deniq; bella.
Inſubrum capto Duce nuper, & vbere campo
Felices nimium populi fœdeq; peremptis
Heluetiis, Franciſco auſis concurrere Regi;
Plus damnique maliq; accepit Gallia, capto
Quàm pòſt Rege ſuo Ticini ad fluminis vndas.
Imperium Francorum & gloria nominis aucta eſt;
Sed mores abiere boni. Vix octo Loiſi
Regis ab interitu numeramus luſtra; fuiſſe
Dicas mille: viris tantum diſtamus ab illis,
Prima quibus tum cura fuit ſeruare paternum
Prædiolum, ſeruare larem vigilanter auitum:
Tum deſideriis fines adhibere, modumq;
Sumptibus & proprio contentis iam nihil vltrà
Appetere, & nullas vicino intendere lites:
Caſtra ſequi, & pulchram bello ſibi quærere laudem:
Raro in conſpectum Regis procerumq; venire,
Scire nec obſequiis animos captare potentum,
Nec blando ſermone mereri præmia Regum:
Scire famam perferre, ſitimq; & frigus, & æſtum:
Scire equidem medio peditemq; laceſſere campo.
Horum de numero procedat ſi quis in Aulam
Horridus, & ſudore fluens & puluere plenus,
Quos iſtis auro fulgentibus, & bene lautis,
Commoueat riſus! vt præter ſibila ſecum
Nil prorſus referat. Quid nos victore putamus
Æquius imperium aut melius ſub Rege futurum?
Pauci adeò Reges fortunam ferre ſecundam
Æqua mente ſciunt: & iam ſecurus ab hoſte
In ſua Rex ſtrictum conuertit viſcera ferrum.
Sæpe vel incautos conficta calumnia Reges

Au-

uribus apprendit, turpiſve inſcitia rerum.
rguitur ſceleris, villam qui forte propinquam
Heic habet, & videt vſq; ſuâ quam Regis amicus.
Ornantur teſtes, miſeroq; redempta parantur
udicia. ô, ſaltem redimat ſe, Caſtoris inſtar,
Caſtoreo, & ſalua iactet patrimonia vita.
ed viuis rerum dominis aliena tenere
Nec tutò ſe poſſe putant. Ea nos bona ſtulti
Ducimus, exitio multis quæ ſæpe fuere.
Mille cadunt populis ducibuſq; incommoda victis:
Multò plura cadunt etiam victoribus ipſis,
nterituſque ferunt animorum & corporis vna.
Corrumpunt hominum felicia tempora mentes,
Auertuntq; Deo ſenſus: nec tollere cælo
Ora ſinunt. Quis enim lætis cæleſtia rebus
Cogitat? aduerſis, quàm ſit miſeranda monemur
Conditio noſtræ, quàm vilis & infima, vitæ.
Tunc opis humanæ deiecti præſidio, ſpem
Vertimus ad Superos trepidi, veniamq; precamur:
Mutamus mores. ea nos via lenis in altum
Ducit, vbi ſedes animis æterna beatis.
Miramur ſi quando preces non auribus æquis
Accipit, aut hominum reddit contraria votis
Sæpe Deus: durumq; inclementemque vocamus.
Vt pater infanti puero ſi dira venena,
Siue micans ferrum, aut aliud quid fortè petenti
Mortiferum, tamen ille neget: tibi durus & aſper,
Non patrio indulgens potiùs videatur amori?
Ergo tu referre putas nihil, hoſtibus vtrum
An geſti nobis accedat gloria belli?
Non ego. Sed primùm iubeo nos quærere pacem
Si pax nulla datur, nec conditionibus æquis;
Conteſtare Deos, inuitum accingier armis;
Auxilioque voca. non illi tempore longo
Numina paſſuri ſua ſunt contempta iacere.

Si necdum melior belli fortuna ſequetur,
Rurſus & aduerſi placanda eſt numinis ira,
Nec pecudum fibris,ſed pura mente litandum eſt,
Sincerisque animis. Cum ſit Deus optimus ipſe,
Non amat ille preces,non impia vota malorum.
Tu plenus ſtupri,plenuſq; libidinis intus.
Et furax,& auarus, & ambitioſus honorum,
Impetrare putas aliquid te poſſe,priuſquam
Ablueris ſacrâ viui te fluminis vndâ?
Quem foribus templi ſapiens arcere ſacerdos
Debuit,atque reos inter plorare iubere.
Tu primâ ſi luce genu curuaueris aras
Ante Deûm, tibi deinde putas extrema licere
Omnia. rideri non vult Deus.& videt intus
Quid tectum vel fronte geras, vel pectore clauſum:
Et fictas odit lacrymas, ſimulataq; verba.
Iactabat Legis ſtudium Phariſæus,& ore
Decantata ſuo Moſis mandata ferebat:
Diſplicuit Domino: Manceps quia turpia coram
Lucra fatebatur, venia donatus abiuit.
Nos etiam aduerſæ nuper cùm nuntia pugnæ
Fama repens noſtras inopinaq; venit ad aures,
Conſternati animis, quibus arma viriq; deeſſent:
Cumque putaretur portæ iam proximus hoſtis;
Ad delubra Deûm confugimus,& prece multa
Suppliciter pacem veniamque popoſcimus illos.
Continuit ſe quiſque dies vix quattuor,hoſtis
Cùm ſubito regredi,vel non procedere, fertur:
Ilicet excuſſa formidine protinus omnes
Ad vomitum redeunt.& vitæ probra prioris:
Vt pueri luſum repetunt abeunte magiſtro.
Nunc peccant homines peiora prioribus illis.
Nec dilata putant, ſed tempus in omne remiſſa
Supplicia,eluſiſque Deis impunè,iocantur.
Hoſtis abit. Qui ſcis an vere ineunte redibit

For-

Fortior & melior? nobis ſunt omnia victis
Inferiora. Ducis Româ Latioque remiſſi
Non feret aſpectum Germanus miles: & ora
Vertet ob os illius. Eâ ſpe ducitur omnis
Gallia. nec quiſquam eſt alius, quo fidere tantum,
Quove magis ductore animos attollere poſſit.
Verùm multa cadunt inter duo tempora, multæ hoc
Ne duce pugnetur poſſunt exiſtere cauſæ.
Aut quiſnam Superûm fatis iræq; reſiſtat?
Mutemus mores igitur, veniamq; precemur:
Imprimiſque Deos & tota mente colamus
Et totis animis: exin nos inter amemus:
Sit bene ſarcta velut multorum gratia fratrum,
Nec minor alterius quam noſtræ cura ſalutis.
Quæ ſi fixa animo penitus mandata geremus,
Mortes, exilia, atq; fugas & damna bonorum
Quæque ſolent alia aduerſis accedere rebus.
Haud magni faciemus: erunt neque triſtia nobis
Aſpera, nec vel amara nimis, vel dura ferendo.
Scilicet extinctos merces vberrima cœlo,
Et promiſſa manent æternæ præmia vitæ.

De Caleti & Guinæ Oppidorum expugnatione

Sic mutat Fortuna vices, & ludit atrocem
More ſuo ludum, nunc his, nunc æquior illis.
Nos adeo fuſi. & magno certamine victi.
Nuper ab Hiſpanis, fortes modò vicimus Anglos;
Ereptas patribus tandemq; recepimus vrbes,
Oceano in medio iuſſis regnare Britannis.
Illi cum lacrymis terra ceſſere retenta,
Poſſeſſaque ſuis atauis iam tempore longo.
Nanque erat in fatis rediturum haud ante Caletum
Ad veteres dominos, quàm ſe Regina marito
Traderet externo, veterumque propagine Regum
Poſthabitâ, nouus hic ſuccederet aduena regnis.

Ipſe

Ipſe, Valeſina venturum è ſtirpe nepotem,
Merlinus vates multo prædixerat antè:
Sanguinis vltorem noſtri, cladiſq; futurum
Creſciacæ, cecidit qua Francica penè iuuentus
Omnis, & extinctæ ſunt longa in tempora vires.
Non magis ille ſuis (quanquam veriſſimus auctor)
Creditus eſt, Troiæ Priami quam filia Regis.
Quinetiam tantum his animi victoria duplex
Addiderat; tantus noſtri contemptus: vt arcis
In foribus ſummis legeretur marmore duro
Inciſum Carmen (valet id ſermone Latino),
Tum demum Francus premet obſidione Caletum,
Cum ferrum plumbumve natabit ſuberis inſtar.
Barbara vox, ſupraq; hominum fiducia morem.
  Sed neq; tot circunductæ, fuſæque paludes,
Totque obiecta vias paſſim caſtella per omneis
Præſidiis inſeſſa virûm potuere morari
Noſtrorum turmas equitum, peditumque cohorteis
Ipſe feros ſecum diuerſis partibus orbis
Adductos rapiens comites, ſublimis in alto
Lotarenus equo prius eſt conſpectus ad vrbem
Deſignare locum caſtris, & cingere vallo;
Quàm miſeri ciues illam potuiſſe putarent
Anguſtos aditus, arctoſque euadere calles.
  Heic, labor exoriturque nouus maiorq; priore:
Murus erat latere è cocto firmiſſimus, alta
Incinctus foſſa verùm poſt aggere nullo
Subnixus lapidis iactu vix æquore diſtans.
In medio littus, Nerei quod proluit vnda,
Biſq; die refluo terris illabitur æſtu.
Tum me ludentem nemo conchaſve legentem
Viderit: ac ſiccam poſtquam mare liquit arenam
Diſcedens, pedibus tamen heic conſiſtitur ægrè.
Nec patiens onerum locus eſt: & ſæpius altè
Subſidet, iniectoq; fatiſcit pondere tellus.

Hac regione,leui ſubiectis cratibus alno,
Exponenda fuit tamen omnis machina belli:
Ingens præterea,ſuſpectuque ardua turris
Miſſilibus portumque globis,littuſque premebat.
Omnia quæ tam multa ferox incommoda noſter
Miles, & vnius vicit ducis inclyta virtus.
Expugnata prius turris: mox Regia muro
Iuncta domus,primos aditus patefecit in vrbem.
Armatis data pax & inermibus: vrbe relicta
Illæſi ciues alio concedere iuſſi:
At tu, Guina ferox, domini clementis & æqui
Audires potius leges, & mollia iuſſa,
Quàm Rex experiare manu quid poſſit & armis.
Non tua nunc euerſa, ſoloque æquata iacerent
Mœnia,non domibus lapſis inducat aratrum
Agricola,inque nouo ſementem præparet aruo.
Quis furor, aut quænam rabies hæc, ſtrage virorum
Non contenta, ſimul niſi totas hauriat vrbes,
Integraque addictis cum ciuibus oppida ſacret
Diis Erebi? Nuper Teruenam vidimus vrbem
In Morinis, Edinique ſuperbam vidimus arcem:
Vix in vtriſque locis hodie veſtigia parent
Tectorum. quæ ſint fortaſſis in hoſte ferenda.
At verò manibus propriis ſua mœnia ciues
Deiicere, incenſaſque faces ſupponere tectis:
Parcere nec patriæ, victor cui parceret hoſtis,
Quale fuiſſe putas? hominum magis anne ferarum?
Sed noſtris ducibus præclaro munere Diuûm,
Intentata prius cœlo victoria venit.
Cum mare, cùm glacialis hiems, & cùm vetus vrbis
Gloria, cumq; recens aduerſæ infamia pugnæ,
Et nimium Fortuna diu contraria poſſent
... libus audaces quanuis abducere cœptis:
...ens Errice tamen ſemper tibi conſtitit vna:
... ſolum referunt animos firmaſſe tuorum

Scilicet vt Regum cœleſte numine mentes
Impellique, trahique, Deis quocunque videtur,
Et quò mortales nequeunt pertingere ſenſus,
Addiſcant homines: mirari cur ita fiant
Plurima, factorumque abſiſtant quærere cauſas.
Ac Deus is, quicunque tibi fuit iſtius auctor
Conſilii, monſtrauit iter, ducibuſque præiuit
Idem Errice tuis, donec res ordine geſta eſt.
Idem, multorùm cùm poſceret æra dierum
Miles inops, & ſigna ſequi ſe poſſe negaret,
Exhauſto penitus belli per tempora fiſco:
Hunc animum in patriam dedit, hanc tibi Carole mentē,
Vt tu vas, ſponſorq; rei communis, in vrbe
Pariſiâ, biduo omne bonis à ciuibus aurum
Acciperes: quæ mox diuiſa pecunia fratri
Morigeros comites, & ad omnia iuſſa paratos
Reddidit. hic opibus pulſi ceſſere Britanni
Littoribus noſtris, maria vltra cærula ponti.
Quas ergo tot opumq; Deo, tantæque datori
Lætitiæ nobis fas eſt perſoluere grates?
An delecta boum, pecudum vel corpora centum
Illius ante pias grati mactabimus aras?
An lætum pæana canemus, ioque triumphe,
Quodq; ſolet dici victorum carmen honori?
Vſurpata malis cultoribus iſta Deorum.
Nos hanc gloriolam potius laudemq; ſinamus
Inuicto, fortique Deo; turgentia Regum
Colla ſuperborum qui proterit, & pede calcat:
Subiectos, humileſque, ipſique accepta ferenteis
Omnia, tollit humo ſupera ad conuexa polorum
Qui nos ſucceſſu nimio, rebuſque ſecundis
Inflatos ideò caſtigat more paterno,
Caſibus exercens variis, ne noſtra putemus
Quæ nos ille frui ſecura mente ſinebat:
Vt rerum & columen noſtrarum, ſpemq; ſalutis,

Pri-

Priuati, Regeſque, Deo ponamus in vno:
Nec fracti nimium, durâ cùm ſorte grauamur:
Nec rurſum elati, veniunt cùm proſpera nobis.

De Theauilla Capta.

Vt grauis & ſenio confectus miles ad arma,
Cùm patriæ res poſcet, inutilis ipſe, vocabit
Florenteis alios, quantum contendere nixu
Et laterum & vocis poterit ſeſeque paratum
Oſtendet ferro patriam defendere & armis;
Amiſſæ quondam ſuperent in corpore vires:
Sic ego, cui tenuis pueros, vel nulla facultas
Ante fuit, nullus ſcribendi carminis vſus,
Et ſi quid fuerat, veniens tamen abſtulit ætas,
Hortari adſiduè noſtros haud deſino vates,
Argumenta ſibi præclaris ſumere digna
Quamlibet ingeniis, patriamq; ornare, viroſq;,
Siue pares illis, ſeu non virtute minores,
Quos aut Virgilius, quos aut cantauit Homerus.
Si Danaos ea maior erit laus, mille profectos
Nauibus à patriâ, decimo vix ſegniter anno
Unam Aſiæ cepiſſe dolis & fraudibus vrbem:
Aut magnum Æneam Rutulos ſuperaſſe colonos
Fretum opibuſque ſuis, ſocialiq; agmine fretum
Arcadis Euandri, tria quàm fortiſſima bello
Oppida ter denis (ſummum) expugnaſſe diebus.
Nec verò Phrygio conflatum milite molli
Præſidium intus erat: ſed defenſore Britanno
Guina tenebatur, celſique arx alta Caleti.
Heîc quoq; plus operis; Theauillam nanq; paludes
Undique cingebant gelidiq; profunda Moſellæ
Flumina, delectumq; ex omni milite robur,
Præſtanteſque viros incluſerat vrbe Philippus:
Iam Metis fabricas, & ahenea multa parari
Audiſſet tormenta, pilaſq; ex ære, ſimulq;
Ingentem valdè numerum mixti ſale nitro

Sulphuris. hæc ſecum haud fruſtra prouiſa putabat.
Hiſque velut clauſtris ſperabat & obice tali
Noſtra moraturum ſe iam gradientia campo
Agmina: dum vocat ipſe ſuos malè parcus eunteis
Tardius, & ſegnes cogit ſub ſigna maniplos.
Obſeſſi interea mediâ plus parte ſuorum
Amiſſa, cùm murum hoſtis turremque teneret,
Noſtrorum (ſupereſt via quando hæc vna ſalutis)
Permiſere Ducum fidei res, arma, viroſq;.
Omnia, quæ illorum precibus conceſſa benignè:
Et medici morbos curareq; vulnera iuſſi,
Pertulerant toto ciues quæ plurima bello:
Aditutique inopes & equis & nauibus, vtrum
Carpere iter mallent: tum, ſi quis in vrbe manere
Vellet & in patriâ non ægrè facta poteſtas.
Hæc demum inſignis pietas, ea regia virtus,
Vt bello premere armatos, ſic parcere victis
Nec tam ſe fortes animi generoſaque monſtrant
Pectora, dum vertunt imis à ſedibus vrbes,
Complent cæde vias: nec tantùm laudis ab illa
Strage domum referent, quàm cùm miſerabile vulgus
Illæſum ſeruant, illibatumq; pudorem
Virginibus. trahit hæc quanuis aliena ſtupentum
Corda virûm, & ſæuos clementia mitigat hoſtes.
Ipſis ſæpe ſuum facinus victoribus, ipſis
Diſplicet. hoc iterum quàm nolint vincere pacto!
Aut quis Marcelli, quis non audiuit inanes
Corneli gemitus, admiſtaque gaudia luctu:
Dum duo diuerſis regionibus oppida vertunt
Maxima, nec cohibere valent iam militis iras
Quin ruat, & rapidis permiſceat omnia flammis?
Ipſe ferus quanuis cædiq; aſſuetus Achilles,
Vix, puto, vix teneat lacrimas, ſi verſa videret
Pergama; ſi pulchris ſubiecta incendia tectis,
Ante virum matres, & matrum ante ora puellas

Proſtitui, capita illidi puerilia muris;
Si nullo ætatis, nullo diſcrimine ſexus
Per vicos paſſim proiecta cadauera cernat,
Et captæ ſi quid grauius tum contigit vrbi.
Nos vnum & commune quibus nomen dedit vna
Relligio, rituſq; pares moremq; ſacrorum,
Quanquam diuiſis cælo terraque, marique,
Quanquam ſub regum poſitis ditione duorum,
Nos tanquam fratres vno genitore creati
Complures, nos vnius quaſi corporis artus,
Indorum vel more Scytharum bella geramus?
Qui neque dicuntur pueris, ſenibuſve caducis
Parcere, nec tenera quanuis ætate puellis.
Ipſa (nefas dictu) captorum viſcera torrent
Ignibus, & diris epulanda adponere menſis
Haud dubitant. Quin hæc potius crudelia, fratres,
Bella relinquamus, noſtris contraria votis,
Bella aduerſa Deo. quæ ſi quandoque coacti
Suſcipimus, bellum nobis cum fratribus eſſe
In mentem veniat, quibus æquum, lege paremq;
Ac nobis, ipſi præſtare iubemur amorem.
Hæc animo reputans, nec pacem poſcere duces
Turpe, nec oranti pacem concedere turpe.
Ergo nec patriâ, nec Regis nomine quicquam
Indignum fecit. puero qui nuper eunti
Traditus ad matrem ductor cuſtoſque fidelis,
Conuentu in medio ſermonem iniecit honeſtum
Æternæ de pace prior: nec protinus hoſti
Plus aliquid iuſto tribuit, faſſusve timorem eſt.
Nempe aliud potius quid poſcat & optet, ab illo
Rege ſuo veniens, aliis qui regibus anteit
Omnibus, & pietatis habet cognomen in illis
Præcipuæ. quæ vox potuit magis vlla decere
Pontificem? Nimis ille ferox auiduſq; fuiſſe
Sanguinis humani legatus ab vrbe videtur

Ad Pœnos Fabius, qui cùm mandata Senatus
Effari iuſſus Tyrius præſentibus eſſet,
Facto è veſte ſinu; Bellum hîc Pacemq; tenemus:
Sumite de medio vobis vtrumlibet, inquit:
Tu vero acclamant, vtrum placet elige. Bellum,
Effuſo ſimul ille ſinu, ſe tradere, dixit.
Mallem equidem Pacem. non tot pòſt nominis Afri
Italicique malo periiſſent millia letho.
Attamen eſt noſtri ſermo reiectus ab hoſte
Pacificatoris. Quid, nos ignauius arma
Cepimus, eiecti ſpe pacis, an acrius, ipſos
Auxilio nobis ſperantes affore Diuos?
Semper enim Superi reges odêre ſuperbos,
Supplicibus parcunt, pacemq; petentibus vltrò.
Quid, qui præſidium captâ dimiſit ab vrbe,
Emiſit ciues cum matribus atq; puellis
Saluos incolumeſq;, fidem ſeruauit, & omne
Præſtitit officium charis quod ſueuit amicis;
Non tibi maior erit, quàm ſi iugulaſſet inermes
Armatoſq; ſimul, venum aut captiua dediſſet
Corpora, & in cinerem vertiſſet tecta domoſq;?
Quare magnificis, fratrum celebrandus vterq;,
Laudibus: ille quidem mihi ſemper & omnibus horis:
Huic ſeruatori patriæ, fineſq; regenti
Francorum veteres. vos ô quibus aurea pleno
Egregii vates fundit ſe copia cornu,
Concinite, æternos meritis pro talibus hymnos,
Nec tu, Rex Henrice, tenax & parcus honorum
Erga illum fueris, tibi qui diuerſa trophæa
Hoſtibus à victis ſtatuit duo maxima, paucis
Menſibus. hic te Rege fuit digniſſimus vno:
Hunc Fortuna ducem meruit tua. reſpice quantum
Terrarum ditione tenes, quas finibus vrbes
Ille tuis, quæ rura vel agros addidit: omnis
Oceanus tibi ſeruit, & omnis ripa Moſellæ

Proxi-

Proxima Treueris, Germaniq; hoſpita Rheni.
Hoc duce, præterito recreati corda timore
Incipicimus ſperare etiam, nos poſſe recentem
Adſperſam maculam Quintino abſtergere bello.
Dii te longæuum nobis, Henrice, ducemq;
Hunc tibi longæuum ſeruent: vt & ipſe requiras
Extinctum nunquam, te nec deſideret ille.

Ad Margaritam Regis ſororem.

En, virgo, tibi nobilium pulcerrima vatum
Carmina, nondum lecta mihi, quem muneris huius
Ingrati, aſſidui, rixarum & litis alumni
Pertæſum bis quinq; dies procul vrbe foroq;
Ruris amor tenuit, modò ſunt oblata reuerſo.
Ne tu, ne facias ideo tamen illa minoris:
Néue puta precibus ſtudioq; vrgentis amici
Victum (quod multis venit vſu) hæc mittere noſtra
Scripta manu: quo ſis melioribus æquior illis.
Sed facilè amplector quamuis incognita, clari
Artificis quæcunq; manu cælata feruntur:
Scilicet indulgens alienis, & magis æquus
Quàm fortaſſe meis. at non obſcura videbis
Nomina tu, neq; primum hodie hoc exercita ludo:
Et tibi iudicium, tibi doctas Delius aures
Præbuit, ac regale referſit pectus honeſtis
Artibus: eximiam, raramq; in principe laudem.
Tantum nulla decus tulit vnquam regia virgo.
Innumeros hæc cauſa viros, vt condere carmen,
Vtq; ſuos vellent tibi conſecrare labores
Impulit: hæc fuit iis ſcribendi cauſa poëtis,
Virginibuſq; tribus veſtigia preſſa terendi.
Atq; hic longinquis ſua cœpit prima Britannis
Aureus incrementa liber ſermone Latino:
Inde per Euripos & formidabile nautis
Inuadens ſpatium, Belgas deuenit & vrbem
Pariſiam, nouus hoſpes iit perque ora manuſq;

Res placuit noſtris argumentumq; poetis,
Continuoq; alii materna vertere lingua,
Græca alii, atq; Itala. mox & noua iungere verſis
Collibuit: iuſtique voluminis addere formam.
Hæc ego qui titulos inſcriptaq; nomina tantùm
Carpſi. tu penitus relegendo cætera noſces.
Verùm hic qui manibus tibi librum ſtrenuus offert,
Alcinous, comes eſt mutato nomine dictus:
Cuius fama volat totum diſperſa per orbem,
Libertatis amans, numerandus & ipſe poetis,
Quanuis potor aquæ, quanuis Acheloia Baccho
Pocula præponat, fontes & dulcibus vuis.
Egregius ſcriptor librorum, nobilis idem
Pictor. quis bona tot, quis maxima ſperet ab vno?
Huius cura fuit, diuerſis hæc quaſi membra
Sparſa locis aptare, & cogere corpus in vnum,
Quantum & quale vides, nec parcere ſumptibus vllis
Et tibi Diua, tuoque offerre dicata pudori.

Ad Carolum Lotharingum Cardinalem.

Vſque adeò magnum eſt componere iurgia, tanti
Commiſſi tibi cura gregis fuit: vt mala curſum
Tempeſtas, nec poſſet hiems te ſæua morari:
Nec dulcis regum conuictus & Aula ſuorum
Quos ſemel eſt amplexa, tenax magis vnguine pingui?
Scilicet interdum plenæ faſtidia menſæ
Ferre ſolent: ſatiaſque bonarum languida rerum eſt.
An verò poſtquam curaſti publica recte,
Vis priuata etiam neutrique deeſſe labori?
Quanquam nec Rhodani tibi viſitur inſula fruſtra:
Sed cur iſta ſequor, mihi vel quæ ſcire negatum,
Scrutarive nefas? Tantum precor omne recurras
Hoc feſtinus iter: ſaluum recteque valentem
Adſpicere vt poſſim, gelidæ ſub tempore Brumæ,
Et manibus dare mille tuis, dare & altera mille

Oſcu

)ſcula:quot dulci nutricula præbet alumno.
Eſt tibi lecta cohors, docto ſolabere cuius
:t lepido ſermone, viæ curſuſque laborem:
ſiue placent nugæ,poſitis ſeu ſeria nugis.
Nil impono tibi: nolo eſſe moleſtus eunti,
ſed tamen in reditu (ſi flumine fortè ſecundo
Nauibus & tectis ad nos reuehêre) memento,
Quod mihi pollicitus diſcedens, aurea Catti
ſcripta manu verſare, ſimulque intendere mentem.
.abitur ille fuga celeri, torrentis & inſtar
'luminis:eluditque moras ſomnumque legentis,
Ni præſens animo es,niſi ſedulus hoc agis vnum.
At tibi ſordebit Cattus fortaſſe recenti
E veterum libris. ſed enim nec ſpernere Fabrum
Te nuper memini:nec viſus inutilis auctor
Neſcio. quis genitus trans Rhenum, aliique minores.
Omnibus eſt aliquid fructus excerpere libris.
Nec Deus indoctis ſua non communicat olim
Conſilia, & rudibus: timida modò mente capeſſant
Sacrorum ſtudium. nec enim diuina ſuperbis
Deligit ipſa ſibi Pietas in mentibus ædem.
Nec quiſquam hæc tumidis tranſmiſerit æquora velis
Increpitans Eurum,& motas Aquilone procellas.
Conandum potius dextris, & remige multo:
Orandumque etiam tenſis ad ſidera palmis:
Vt Deus errores hominum miſeratus ab alto,
Signet iter rectum: ſurdis expurget vt aurem,
Vt cæcis oculos: poſitam quo cernere metam
Poſſint & Domini vocem exaudire loquentis,
Promiſſa tandemque potiri ſede beatis.
Quæ ſi preſſa teres hominum veſtigia paucis,
Ne dubita; maior veniet tibi gloria Cattis,
Maior & Ambroſiis, maior ſcriptoribus Afris,
Et clarum feries ſublimi vertice cælum.
Non exhauſta Dei manus eſt; & qui dedit iſtis,

Vel tibi, vel maiora poteſt dare, cùm volet, illi.

Ad eundem.

Hos ego verſiculos tibi iuſſi occurrere ad Alpes,
Vſq; vel Italiam, ſi tardius vrbe profectum
Inſula te nondum Rhodani velocis habebit.
Mandauiq; meis coràm tibi dicere verbis,
Nil reditu nunc poſſe tuo contingere nobis
Gratius,& multam ſimul impertire ſalutem,
Omnibus iis, qui ſe comites ſocioſq; dedere
Pergenti Romam : primis quos opto calendis
Incolumes tecum in patriam ſaluoſq; reuerti.
Non ſi dura gelu contractaq; frigore membra
Alpino referes, noſtris venientibus ad te
Continuò rigidas obtura verſibus aures:
Quorum,ſi liceat,vice fungar lætus,& vſque
Procedam Heluetios Rhætorum obuius vrbes,
Oſcula quo manuum delibem prima tuarum.
Nam Ligerim Bleſaſque citato tendere curſu
Regis ad amplexus, longeq; recedere nobis
Te video , ſemperq; nouas mihi temporis , addi
Cerno moras , poſſim tua quo minus ora tueri.
Quam metuam fidi ac veteris tibi nomen amici
Excidit, oblituſq; tuo ne delear albo.
Ni repetam abſentes curæ tibi ſemper amicos
Eſſe , nec alterius valde monitoris egere.
Vnum vt commemorem locus admonet.annua nobis,
Tu meminiſſe potes,Longoli præbita morte,
Ius quoq; ſupplicibus referendi ſcripta libellis.
Tum Bleſis Erricus erat: quem ſcilicet vltro
Lætus adis; facilemque rogas non antè rogatus.
Reſciui factum ex aliis,ignarus & abſens.
Sic operam & ſtudium, ſic & tua vendis amicis
Officia : vt nobis etiam feciſſe videris.
Scis alios,ſimulare operas & vendere fumos,
Sæpe etiam laudes alieni quærere facti:

Quæ

Quæ res ſeruilis tota eſt animiq; puſilli.
Verùm hodie laus eſt non vltima fingere vultum,
Et ſimulare probè: nec,qui vel fallere neſcit
Mentirive,feret ſapientis nomen in aulâ.
Hæc quia diuitias prudentia cogit & aurum,
Quæritur à multis: ſed enim detecta malis ſe
Implicat innumeris,& pœnas deniq; ſoluit.
Quàm vellent vixiſſe domi ſub paupere tecto,
Contenti modicis opibus menſaq; paternâ.
Quæ ſi vita minus ſplendet,ſi rem minus auget:
Expers inuidiæ tamen eſt, exorſq; pericli
Securo fruitur rerum quas poſſidet vſu.

Ad Ioan. Bellaium Cardinalem.

O mihi te qualem plectro fidibuſq; mouendis
Bellai quot ſunt doctiſſime, quotq; fuere
Pontificum,oſtendit nuper Macrinus(iter cùm
Loduno facerem,docto comitatus amico,
Æmylii veri cui ſuauiloquentia nomen
Impoſuit)lyricis Macrinus ad æthera notus
Carminibus fidicen modulandis, cùm prius iſta
Scribendi ratio prorſus neglecta iaceret,
Ante alioſq; tibi merito chariſſimus omnes.
Nam cùm ſermo frequens nobis multuſq; fuiſſet
De magnis rariſque tuis virtutibus, illam
Addidit imprimis, vt maxima quæque foueres
Ingenia,atque bonis delectarere poetis?
Inter præclaros non vltimus ipſe poetas.
Hîc ego qui pridem hiſtoriam te condere noſtri
Temporis, & fraterna ſequi veſtigia noram,
Ponere & vſq; tuas ſtudiis melioribus horas,
Subriſi:non quin de te omnia credere poſſem
Propter & ingenii vim ſummam,& mentis acumen.
Verùm iſtâ grauitate viro, ſtudiiſque tot annos
Gnauiter impenſis in publica commoda regni
Haud licuiſſe, vel in mentem veniſſe putabam

Velles vt leuia hæc tractare, & ſcribere verſus.
Quid ſi illam (exclamat) ſummum egregiumq; poetam
Oſtendo? quid enim congeſta negotia rerum
Naturæ officiunt generoſæ? denique fortes
Sæpe viri quondam populos & magna regentes
Imperia, ad dulces declinauere Camœnas,
Scribendis recreati verſibus, atque legendis:
Et ſimul attulerat quem ſecum fortè libellum
Ipſe ſinu promit, titulus ſuperadditus, Odæ
Bellaii, (varium, florens, & ſuaue poema)
Quem ſic ex multis non vno tempore miſſis
Ad ſe carminibus, prius vt diſperſa iacebant
Ordine ſeruato naſcendi, fecerat vnum:
Vt quiſquis legeret, qua, quidq; ætate, quot annos
Natus ſcripſiſſes, ſubito cognoſcere poſſet.
Audio Macrinum recitantem ſedulus, audit
Æmilius: pro ſe virtutes quiſque notare,
Quæ numero tot erant, quot verſus, & prope verba.
Suſpicimus, faciemq; in cœlum tollimus ambo
Attoniti, ſtupuit Macrinus non minus ipſe,
Atque ea miratur tanquam ſibi cognita primùm.
Rumpantur reliquis præcordia ſæua poetis,
Macrino excepto, & ſimilis quicunque Macrini eſt,
Qui propter candorem animi, terra caret omni
Inuidia prorſus, te diligit, & colit vnum.
Salue Pieridum Muſarum dulcis alumne,
Magnus conſtrictis pedibus, magnuſq; ſolutis
Auctor, eo, vincens Ciceronem, Virgiliumque.
Hæc ego ſcribebam medio tibi carmina curſu,
Laſſus equo, laſſusque viæ, Soliſque labore,
Cùm premeret iumenta ſiti Canis, vreret agros.

Ad Margaritam Regis ſororem.

Forte fuit tecum mihi ſermo, Diua, quibuſdam
Priuatis de rebus, vti poſt prandia mos eſt,
Sublataſque dapes: aderatque Boeſia mater.

Quæ

Quæ quia maternè te diligit & colit vnam,
Idcircò meruit matris cognomine dici.
Vtque, alia ex aliis, fit, mutua verba ferendo,
Repſerat ad nequam paulatim oratio ſeruos:
Quorum ſe domibus profundit copia plenis.
Et mater fieri meliores poſſe putabat,
Aſper ſi dominus crebrò ſuccenſeat illis:
Perſtringens te, Virgo, leui mitiſſima tactu,
Quam nulli commotam ira videre miniſtri,
Nullæ vnquam famulæ, quanquam videre dolentem
Sæpius, inq; oculis & vultu ſigna gerentem
Non æqui vitiis animi, ſi turpior vlla
Res ſubiecta oculis, ſi vox audita fuiſſet.
Hîc tu, Virgo (ſoles quo te laudare pudore
Cùm laudem vitare nequis: te nanque petebat,
Cui tu nota ſuis magis vnguibus) Eſt ita nempe
Vt dicis. quid enim, quid apud te, ſeu bona noſtra,
Seu mala diſſimulem, tibi primis cognita ab annis,
O mater? ſic me finxit Natura potentem
Irarum, vt quales alii plerique, nec vllos
Experiar ſubitos intra præcordia motus,
Ipſa necà quoquam pœnas irata repoſcam.
Nec ſi præclaram id cuiquam, magnumq; videtur,
Laudi continuo dederit mihi, ſcilicet arte
Quæſitum nullâ, nullâ ratione paratum:
Si quid habet laudis, naturæ debita laus eſt.
Hæc tu pauca ferè ſolito moderamine vocis.
Nos videamus, vtrum domui magis apta regendæ
Et melior ſit triſtis heri natura, minaſque
Verberaque addendis peccantibus aſpera ſeruis.
An lenis, placida & moderata, tuam modò qualem
Fecimus, expertem irarum, ſubitiq; tumultus.
Sed prius hoc (niſi te fortaſſis demoror) vtrum
Hanc natura dedit, perperitve induſtria pacem,
In quibus eſt animis. nec enim ſine velle creatum

Cre-

Credibile eſt, ſine bile hominem, niſi mente feratur
Planè captus, hebes, ſtolidus, rudis & ſine ſenſu:
Eximiámve tulit naturæ munere laudem.
Quales in tantis animorum millibus inter
Tot natos homines pauci rariq; fuere
Diis geniti, multum Dea queis naſcentibus aurum
Miſcuit, atque animos finxit meliore metallo.
Quæ ſi præteritis conſpecta diebus in vllo eſt
Vis animi irarum motus cohibere valentis
Sponte ſuâ, facile eſt vt de te credere poſſim
Hoc etiam dono cumulatam. tu quoq; digna
Tam rarâ, Virgo, naturæ dote fuiſti.
Sin aliquid tu conſilii, rationis & adfers
In medium, victamque doces melioribus iram
Cedere conſiliis; tua laus eſt maxima, Virgo:
Quamuis tu cœlum ſpoliaueris hac neque laude.
Sed labor eſt hodie cohibenda nullus in ira
Si tuus, at verò tranſactum reſpice tempus.
Vlla, vide fuerint annis certamina primis:
Nunc adſueta iugum ſubit vltro, pronaq; victas
Dat natura manus rationi ſerua magiſtræ.
Quod cupit in nobis, tumida quod feruet ab ira,
Quod ſperat, metuitq;, acceptum eſt omne ferendum
Corporibus: quorum terrena & vilis origo eſt.
Nam ſimplex animi per ſe natura putanda,
Vnaq;, nec temerè caſu mutabilis vllo,
Cœleſtis, diuina, ſuoq; ſimillima forma
Auctori, felix nimium, nimiumq; beata,
Iam ſi nulla forent animis commercia noſtris
Corporea cum mole, tot exors noſtra malorum
Vita, quot impendent miſeris mortalibus omni
Tempore, perpetuam capiat ſecura quietem.
Nunc tam diſſimiles inter ſe res, noua ſemper
Bella mouent, vtri tandem victoria cedat.
Altera ſeruitio pars, altera nata videtur

Imperio. quòd ſi melior regnabit, & iram,
Et facilè affectus alios compreſſerit omnes:
Sin oblita ſui, verſa ratione ſequetur
Agreſtem dominam, laxasque remittet habenas,
Quas homini turbas, quantos ciet illa tumultus?
Quàm fuerit multis obnoxia vita periclis?
Ergo ferum natura & corpus agreſte regendum
Vſque à principio, & ſenſim parere docendum,
Inſtar equi domin[illegible] rationi. cætera prona
Experiere, modò à [illegible] is aſſueueris annis.
Auctorum neque lec[illegible] arum monumenta bonorum
Profuerint, necnon modulantes carmina Muſæ:
Quæ ſi quid vel durum intus vel agreſte reſedit,
Euellant penitus. Durum Plato iuſſit adire
Muſas, diſcipulum. ſacris fuit ille peractis
Commodior. certis Lacedæmone miles in hoſtem
Ferre pedem numeris, certisque referre ſolebat:
Tum ſi quando fuga verſos conſpexerat hoſtes,
Compoſitis potuit deponere verſibus iram,
Et dextras inhibere, cruentum & condere telum.
Quid, quæ prouectum dicendo, & voce furentem
Acrius, à tergo reuocabat fiſtula Gracchum.
Ipſe foro quoties ſublimis & arce Palati,
Poſt decimam, laſſusque domum, triſtisque reuertor,
Sæpius ad numeros fugio, cantuque laborem
Dulcis & argutâ ſolor teſtudine natæ.
Horum ingens eſt, Virgo, tibi prouiſa bonorum
Copia, quæ naſcens tecum ſimul ipſa tuliſti,
Et quæ deinde tibi magno ſunt parta labore,
Et vigili ſtudio. Nam pulſas vndique Muſas
Montibus & ſiluis, vbi quondam habitare ſolebant,
Deſertisque locis, intra tua tecta coëgit
Horrida barbaries, dirum exitialeque monſtrum,
Vix hodieque tuâ pauidæ ſe veſte tuentur.
Et cùm prædator nebulâ ſpeculatur ab altâ

Mil-

Miluius in medio paſcentes gramine pullos,
Quem ſimul ac videre, fuga ſe protinus illi
Proripiunt: mater fugientes excipit alis.
Ergo iis nil agreſte poteſt conſidere tectis,
Quæ vates habitant: ad quæ fugere Camœnæ,
Non ſolùm mollire hominum fera corda potentes.
Sed bruta & lapides, & non tractabile ferrum.
Si potuit Manes cithara placare ſuperbos
Orpheus, & ſummis deducere montibus ornos:
Si bonus Amphion lapides & ſaxa mouere,
Et pulchram ſubitis accingere mœnibus vrbem.
Iam quæ ſunt aliis irarum ſemina, primæ
Quæque ſolent cauſæ tantos accendere motus,
Omnibus iis exuta cares. iraſcimur omnes,
Aut quia nos ſperni miſeros lædive putamus,
Præſertim grauis eſt cùm iniuria, nec leue damnum.
Aut aliis aliàs de cauſis ſæpe mouemur,
Quas leuis aura ferat. non eſt bene cœna parata,
Non bene conditi piſces, aut non ſatis vnctum
Eſt olus, aut vino ſpumans effuſa lagena,
Aut miſeri cecidit manibus vas fictile ſerui.
Ergo quod ſubigit nos cauſæ. & ſuſcitat iras,
Mollities animi eſt teneri, paruique, timentiſque
Omnia, nec duros audentis obire labores.
Hinc homines prima extremaque ætate videmus
Iraſci faciles, & quorum obnoxia morbis
Corpora, quique iacent afflicti rebus egeni.
Omnes præterea quos immoderata libido,
Aut aliqua deſiderium vehementius in re
Exſtimulat ſubitò videas prorumpere in iram:
Si qua iniecta mora eſt, ſi quiſquam tendere contrà
Audeat, & cupidis illorum obſiſtere votis.
Tu facilè iis, Virgo, tantiſque parentibus orta,
Et magni ſoror, & magni quoque filia Regis,
Tot propriis radians virtutibus ipſa, tot artes

Egre-

:gregias inſtructa,quibus fers nomen Olympo,
t careas titulis,&magnæ ſtirpis honore;
Contemptu poſſis hominum te,Virgo,tueri:
t longè præſtes æqualibus vna puellis.
Iam quæ damna bonis veniunt iis,quæ bona vulgus
Ducit,diuitiis,opibus gemmisque, eborique,
Ion pluris penſare ſoles,quàm vile putamen
uglandis,ſtipulasve reſecta meſſe iacentes.
Quare nemo tibi grauis eſt,nihil iſta moranti:
Quanuis perdiderit quanuis euerterit ille
mprudens abacum,dominæ non ſentiet iras.
orſitan id commune aliis quoque Regibus,aurum vt
eſpiciant,& opes nimias,faciles que paratu.
Ioc propriè,Regina,tuum,quòd nulla voluptas,
Iullus amor turpis veſtigia caſta moratur.
ictrix per medios,ô Virgo,libidinis ignes,
er medias intacta faces ad ſidera tendis.
Ergo ſub domina requietis amante miniſtri
acifici,bene conueniens domus abſque tumultu.
Ion etenim plagæ,non lorum,& vincula ſeruos
orrexeré malos: latebras ſed quærere furtis,
t peccare docent,& fallere cautius,atqui
lagitium eſt,quanuis infamia nulla ſequatur.
Iec ſi quis latuit fur non eſt improbus ille.
æpe data melior venia fit ſeruus amansque
am mitis domini. Quid enim? facere incipit vltrò,
Quæ prius ingratis,& iniqua mente ſolebat.
Iec rectè monuit,quiſquis fuit ille poëta:
ac timeant ſerui,reuerentia deinde ſequetur.
erius hoc: Quem quiſque colit,reueretur,honorat.
llius os porrò metuet,nutumque tacentis:
Iec dominum cupiet tam fallere,quàm bene gratum
rodere ſe,memoremque remiſſæ oſtendere pœnæ.
tque in priuatis non forſan inutilis illa
ogendi ratio ſit,vbi ſeruilia cernes

Inge-

Ingenia,& tanquam tardos,niſi pungis,aſellos.
At vobis quæ quottidie generoſa miniſtrat
Nobilitas animum,laudis pulſatur amore:
Dedecus,opprobriumque,ignominiamque veretur.
Eſt quoque non ipſis tantum clementia ſeruis
Grata,ſed iis etiam,quorum eſt inclusa medullis:
Qua freti,capiunt æternam luce quietem,
Nullaque per noctem pauidos inſomnia terrent.
Qualis vere nouo Zephyris ſpirantibus aër,
Aut freta cùm nullis agitantur cærula ventis.
Qualem manè tui,qualem te veſpere cernunt,
Vno & perpetuo vultus animique tenore,
Sedatam,comem,placidam,ſimilemque Dearum.

Ad Carolum Lotharingum Cardinalem.

Quàm te noſtra diu præſentem Gallia vidit,
Mutus eram: nunc ſum cornice loquacior atra,
Obtundoque tuas abſurdis cantibus aureis.
Scilicet excuſſi te prauum abſente pudorem.
Non mihi,non vnquam tu longa ſilentia poſthac
Obiicies,pòſt ne ſimilis te pœna ſequatur.
Languenti quondam Soliſque viæque labore
Alcidæ ſomnum ranæ impediêre paluſtres:
Illum oraſſe Deos iis vocem demere: mutas
Seriphias perhibent ex illo tempore ranas.
Me tu quando voles,pergam ſi fortè moleſtus
Eſſe tibi, verbo potes vno reddere mutum
Piſce magis.fruar hoc ſcribendi munere lætus
Interea,doctamque feram non optima Romam
Carmina.túne etiam Philomelas,Gracule,cantu,
Mercuriumve lyra,citharave laceſſere Phœbum,
Denique Romanis coram hiſcere vatibus audes?
Non ego.nam quis amat ſua ſcripta minusve laborat
Vt placeant aliis,hominumque per ora ferantur?
Nolo meis alios naſum torquere legendis,
Nolo Latinorum, nolo faſtidia vatum.

Dura

Dura pati.tu noſtra legas,tu ſolus ameſque.
Tantum ne externo mutaueris,ô bone, cœlo
Iudicium ; retineque tuæ conſtanter amores,
Et genium patriæ : ſuetos ego tempore longo
Ne mutare ſenex numeros & carmina cogar,
Iratusque nouas addiſcere ne cocus artes.
Nam Româ nec vir,nec equus melior redit vnquam.
Huic duræ triuere pedum veſtigia cautes
Alpibus in ſummis Apenninoque niuali :
Illum Romanæ penitus merſere puellæ
Delitiis,miſeroque animam vireſque tulere.
Si ſapiens aliquis ceratas obſtruat aureis,
Sirenumque dolos,occultaque retia vitet.
Nota vel hiſtoria eſt cui non vel fabula Tuſci
Scriptoris? noſtræ qui relligionis amore
Captum neſcio quem recutitum fecit euntem
Romam,vt purpureos Patres,ipſumque videret
Pontificem : ratus eſſe domum pietatis in vrbe,
Præcipuamque Deo ſedem.quo denique poſtquam
Venit,multa videt ſecus atque putauerat antè,
Quæ non mutauêre tamen. Iam cætera noſti.
Illius exemplo,melior vel cautior ad nos
Non expectato quamprimùm vere redibis :
Quanquam hæc ſæpe tibi vitata pericula nullum
Intentare metum,vel fraudem nectere poſſunt.
Et tua non experta cohors veſtigia cautè,
Omnia colluſtret.poſita ne turpiter olim,
Et liberta meretricis,barbaque comaque
Excutiat riſum ſpectantibus. illa memento
A tuis prohibere animorum cœcâ furentum
Vulnera : quæ multis olim nocuêre ſuperbis
Ingeniis,ope ſe humana dum poſſe tueri,
Aut aliqua magis arce putant,quàm munere Diuûm.
Impia nam tota dominatur in vrbe Matheſis,
Chaldæi volitantque domos atque atria circum :

Tempus ab iis, certusque dies, horæque petuntur:
Et fortuna ſalusque hominum dependet ab aſtris.
Sic tranſlata Deo rerumque hominumque ſatore,
Omnis ad expertes animæ res gloria tranſit,
Quidam animos etiam pariter cum corpore noſtros
Interitum ſentire volunt, vnáque reſolui:
Et veteris promiſſa nouæque vberrima legis
Vana putant. ipſum patriis detrudere regnis
Si poſſent Dominum, conentur more Gigantum.
Has deuota Deo, librisque exercita ſacris,
Inſidias bona mens rapidis præteruolat alis.
Nec tua dextra (fuit multis quæ ſæpe ſaluti)
Auxilium miſeris lapſiſque errore negabit.
Paſtoris vigilare boni eſt, dominoque valentes
Et ſaluos præſtare lupis ab edacibus agnos.
Hæc tibi ſum paucis aggreſſus ſcribere, non quò
Non ea tu melius videas & acutius & me,
Et quocunque alio. quid enim ſus craſſa Mineruam?
Sed me ſtultus amor raptim meus iſta ſubegit
Depoſito mandare tibi præcepta pudore.

Ad Bart. Faium Senatorem Pariſienſem.

Prime Senatorum, noſtri ſucceſſor & heres
Ordinis atque loci, veterem ne ſperne ſodalem,
Et ne ſperne tui conſortem muneris olim,
Non quia priuatum me nunc Rhamnuſia fecit;
Continuò ſalibus priuauit iniqua iocisque:
Viuo, iocor, ludo liber, curisque ſolutus,
Confeſtimque recens à ſomno carmina condo.
Amiſſos nobis ita fors penſauit honores.

Ad Ianum Bellaium Cardinalem.

Nunc canas hiemes adſpergit Iuppiter agris,
Arboribusque vehunt rigidas nunc flumina cruſtas.
Horrentes linquamus amici frigore campos,
Et celeri tepidam curſu fugiamus in vrbem:
Et tu Iane [illegible], febris plus annua cuius

Immi-

Imminuit vires & debile corpus: abibis
Maturè, Muſasque valere iubebis: ad anni
Principium venientis, & aurea tempora veris,
Et repetes vrbem, cariſque frueris amicis.
Illinc ſi qua dies illuſtri Sole nitebit,
Rura ſuburbanasque domos excurrere tutò
Securusque hiemum poteris: pòſt Martius annum
Incipiens te rurſus in hæc ſecreta remittet.
Sed quis tam ſubitò caſus, quæve iſta voluntas,
Ecquod conſilium nobis te, magne ſacerdos,
Eripit, vt veterum iam penè oblitus amorum;
Nobilis & fani. quod ſummo in vertice collis
Altius exſurgens ſubiectis imminet vndis,
Oblitus regis fluuiorum, oblitus & vrbis,
Ædificare nouas alieno tempore villas
...ſtituas, oculis hominum procul, inque remotis
...eſertisque locis? Atqui monumenta Neronis
...ſtaurare libet. ſed enim melioribus optem
...uſpiciis. & quid veſtrâ cum gente Neroni?
...t nemora hæc Druydæ quondam tenuêre, dabantque
...is reſponſa locis: & paſſim multa Latini
...ominis hoc integra manent veſtigia tractu:
...æc etiam Dryades percurrunt auia Nymphæ.
...uin tu res ſenio longaque ætate ſepultas
...ſine ſectari. & dubiæ præconia famæ:
...ec potius quæ certa & quæ præſentia cernis
...lige: nec fera tam vel agreſtia pectora Muſis
...e puta, vt ſaltus atque inuia luſtra ferarum
...etibus anteferant hominum. Tu maximus author,
... princeps Græcis pariter, pariterque Latinis
...ternam ſedem Muſis Phœboque dicaſti,
...ſè in conſpectu atque ipſis ſub mœnibus vrbis.
...licet is ſeptos ſinuoſo flumine campos
...ndoſas valles, & ſummis collibus aras
...oſitas, duroque è marmore condita templa.

Velles vt leuia hæc tractare. & ſcribere verſus.
Quid ſi illam (exclamat) ſummum egregiumq; poetam
Oſtendo? quid enim congeſta negotia rerum
Naturæ officiunt generoſæ: denique fortes
Sæpe viri quondam populos & magna regentes
Imperia, ad dulces declinauere Camœnas,
Scribendis recreati verſibus, atque legendis:
Et ſimul attulerat quem ſecum fortè libellum
Ipſe ſinu promit, titulus ſuperadditus, Odæ
Bellaii, (varium, florens, & ſuaue poema)
Quem ſic ex multis non vno tempore miſſis
Ad ſe carminibus, prius vt diſperſa iacebant
Ordine ſeruato naſcendi, fecerat vnum:
Vt quiſquis legeret, qua, quidq; ætate, quot annos
Natus ſcripſiſſes, ſubito cognoſcere poſſet.
Audio Macrinum recitantem ſedulus, audit
Æmilius: pro ſe virtutes quiſque notare,
Quæ numero tot erant, quot verſus, & prope verba.
Suſpicimus, faciemq; in cœlum tollimus ambo
Attoniti, ſtupuit Macrinus non minus ipſe,
Atque ea miratur tanquam ſibi cognita primùm.
Rumpantur reliquis præcordia ſæua poetis,
Macrino excepto, & ſimilis quicunque Macrini eſt,
Qui propter candorem animi, terra caret omni
Inuidia prorſus, te diligit, & colit vnum.
Salue Pieridum Muſarum dulcis alumne,
Magnus conſtrictis pedibus, magnuſq; ſolutis
Auctor, eo, vincens Ciceronem, Virgiliumque.
Hæc ego ſcribebam medio tibi carmina curſu,
Laſſus equo, laſſusque viæ, Soliſque labore,
Cùm premeret iumenta ſiti Canis, vreret agros.

Ad Margaritam Regis ſororem.

Forte fuit tecum mihi ſermo, Diua, quibuſdam
Priuatis de rebus, vti poſt prandia mos eſt,
Sublataſque dapes; aderatque Boeſia mater.

Digitized by Google

Quæ quia maternè te diligit & colit vnam,
Idcircò meruit matris cognomine dici.
Atque,alia ex aliis,fit,mutua verba ferendo,
Repſerat ad nequam paulatim oratio ſeruos:
Quorum ſe domibus profundit copia plenis.
Et mater fieri meliores poſſe putabat,
Aſper ſi dominus crebrò ſuccenſeat illis:
Perſtringens te, Virgo, leui mitiſſima tactu,
Quam nulli commotam ira videre miniſtri,
Nullæ vnquam famulæ, quanquam videre dolentem
Sæpius, inq; oculis & vultu ſigna gerentem
Non æqui vitiis animi, ſi turpior vlla
Res ſubiecta oculis, ſi vox audita fuiſſet.
Hîc tu,Virgo (ſoles quo te laudare pudore
Cùm laudem vitare nequis: te nanque petebat,
Cui tu nota ſuis magis vnguibus) Eſt ita nempe
Vt dicis. quid enim,quid apud te,ſeu bona noſtra,
Seu mala diſſimulem,tibi primis cognita ab annis,
O mater? ſic me finxit Natura potentem
Irarum, vt quales alii plerique,nec vllos
Experiar ſubitos intra præcordia motus,
Ipſa neoà quoquam pœnas irata repoſcam.
Nec ſi præclaram id cuiquam,magnumq; videtur,
Laudi continuo dederit mihi, ſcilicet arte
Quæſitum nullâ, nullâ ratione paratum:
Si quid habet laudis,naturæ debita laus eſt.
Hæc tu pauca ferè ſolito moderamine vocis.
Nos videamus, vtrum domui magis apta regendæ
Et melior ſit triſtis heri natura, minaſque
Verberaque addendis peccantibus aſpera ſeruis.
An lenis, placida & moderata, tuam modò qualem
Fecimus,expertem irarum, ſubitiq; tumultus.
Sed prius hoc (niſi te fortaſſis demoror) vtrum
Hanc natura dedit,perperitve induſtria pacem,
In quibus eſt animis, nec enim ſine velle creatum

Credibile eſt, ſine bile hominem, niſi mente feratur
Plane captus, hebes, ſtolidus, rudis & ſine ſenſu:
Eximiámve tulit naturæ munere laudem.
Quales in tantis animorum millibus inter
Tot natos homines pauci rariq; fuere
Diis geniti, multum Dea queis naſcentibus aurum
Miſcuit, atque animos finxit meliore metallo.
Quæ ſi præteritis conſpecta diebus in vllo eſt
Vis animi irarum motus cohibere valentis
Sponte ſuâ, facile eſt vt de te credere poſſim
Hoc etiam dono cumulatam. tu quoq; digna
Tam rarâ, Virgo, naturæ dote fuiſti.
Sin aliquid tu conſilii, rationis & adfers
In medium, victamque doces melioribus iram
Cedere conſiliis; tua laus eſt maxima, Virgo:
Quanuis tu cœlum ſpoliaueris hac neque laude.
Sed labor eſt hodie cohibenda nullus in ira
Si tuus. at verò tranſactum reſpice tempus.
Vlla, vide fuerint annis certamina primis:
Nunc adſueta iugum ſubit vltro, pronaq; victas
Dat natura manus rationi ſerua magiſtræ.
Quod cupit in nobis, tumida quod feruet ab ira,
Quod ſperat, metuitq;, acceptum eſt omne ferendum
Corporibus: quorum terrena & vilis origo eſt.
Nam ſimplex animi per ſe natura putanda,
Vnaq;, nec temerè caſu mutabilis vllo,
Cœleſtis, diuina, ſuoq; ſimillima forma
Auctori, felix nimium, nimiumq; beata,
Iam ſi nulla forent animis commercia noſtris
Corporea cum mole, tot exors noſtra malorum
Vita, quot impendent miſeris mortalibus omni
Tempore, perpetuam capiat ſecura quietem.
Nunc tam diſſimiles inter ſe res, noua ſemper
Bella mouent, vtri tandem victoria cedat.
Altera ſeruitio pars, altera nata videtur
Im-
Digitized by Google

mperio. quòd ſi melior regnabit, & iram,
Et facilè affectus alios compreſſerit omnes:
Sin oblita ſui, verſa ratione ſequetur
Agreſtem dominam, laxasque remittet habenas,
Quas homini turbas, quantos ciet illa tumultus?
Quàm fuerit multis obnoxia vita periclis?
Ergo ferum natura & corpus agreſte regendum
Vſque à principio, & ſenſim parere docendum,
nſtar equi domin[illegible] rationi. cætera prona
Experiere, modò à [illegible]s aſſueueris annis.
Auctorum neque lec[illegible] arum monumenta bonorum
Profuerint, necnon modulantes carmina Muſæ:
Quæ ſi quid vel durum intus vel agreſte reſedit,
Euellant penitus. Durum Plato iuſſit adire
Muſas, diſcipulum. ſacris fuit ille peractis
Commodior. certis Lacedæmone miles in hoſtem
Ferre pedem numeris, certisque referre ſolebat:
Tum ſi quando fuga verſos conſpexerat hoſtes,
Compoſitis potuit deponere verſibus iram,
t dextras inhibere, cruentum & condere telum.
Quid, quæ prouectum dicendo, & voce furentem
crius, à tergo reuocabat fiſtula Gracchum.
pſe foro quoties ſublimis & arce Palati,
oſt decimam, laſſusque domum, triſtisque reuertor,
æpius ad numeros fugio, cantuque laborem
ulcis & argutâ ſolor teſtudine natæ.
Horum ingens eſt, Virgo tibi prouiſa bonorum
opia, quæ naſcens tecum ſimul ipſa tuliſti,
t quæ deinde tibi magno ſunt parta labore,
t vigili ſtudio. Nam pulſas vndique Muſas
Montibus & ſiluis, vbi quondam habitare ſolebant,
eſertisque locis, intra tua tecta coëgit
orrida barbaries, dirum exitialeque monſtrum,
ix hodieque tuâ pauidæ ſe veſte tuentur.
t cùm prædator nebulâ ſpeculatur ab altâ

Mil-

Miluius in medio paſcentes gramine pullos,
Quem ſimul ac videre, fuga ſe protinus illi
Proripiunt: mater fugientes excipit alis.
Ergo iis nil agreſte poteſt conſidere tectis,
Quæ vates habitant; ad quæ fugere Camœnæ,
Non ſolùm mollire hominum fera corda potentes.
Sed bruta & lapides, & non tractabile ferrum.
Si potuit Manes cithara placare ſuperbos
Orpheus, & ſummis deducere montibus ornos:
Si bonus Amphion lapides & ſaxa mouere,
Et pulchram ſubitis accingere mœnibus vrbem.
Iam quæ ſunt aliis irarum ſemina, primæ
Quæque ſolent cauſæ tantos accendere motus,
Omnibus iis exuta cares. iraſcimur omnes,
Aut quia nos ſperni miſeros lædive putamus,
Præſertim grauis eſt cùm iniuria, nec leue damnum.
Aut aliis aliàs de cauſis ſæpe mouemur,
Quas leuis aura ferat. non eſt bene cœna parata,
Non bene conditi piſces, aut non ſatis vnctum
Eſt olus, aut vino ſpumans effuſa lagena,
Aut miſeri cecidit manibus vas fictile ſerui.
Ergo quod ſubigit nos cauſæ. & ſuſcitat iras,
Mollities animi eſt teneri, paruique, timentiſque
Omnia, nec duros audentis obire labores.
Hinc homines prima extremaque ætate videmus
Iraſci faciles, & quorum obnoxia morbis
Corpora, quique iacent afflicti rebus egeni.
Omnes præterea quos immoderata libido,
Aut aliqua deſiderium vehementius in re
Exſtimulat ſubitò videas prorumpere in iram:
Si qua iniecta mora eſt, ſi quiſquam tendere contrà
Audeat, & cupidis illorum obſiſtere votis.
Tu facilè iis, Virgo, tantiſque parentibus orta,
Et magni ſoror, & magni quoque filia Regis,
Tot propriis radians virtutibus ipſa, tot artes

gregias inſtructa,quibus fers nomen Olympo,
t careas titulis,& magnæ ſtirpis honore;
ontemptu poſsis hominum te,Virgo,tueri:
t longè præſtes æqualibus vna puellis.
am quæ damna bonis veniunt iis,quæ bona vulgus
ucit,diuitiis,opibus gemmisque, eborique,
on pluris penſare ſoles,quàm vile putamen
glandis,ſtipulasve reſecta meſſe iacentes.
Quare nemo tibi grauis eſt,nihil iſta moranti:
uanuis perdiderit quanuis euerterit ille
nprudens abacum dominæ non ſentiet iras.
orſitan id commune aliis quoque Regibus,aurum vt
eſpiciant,& opes nimias,facilesque paratu.
oc propriè,Regina,tuum,quòd nulla voluptas,
ullus amor turpis veſtigia caſta moratur.
ictrix per medios,ô Virgo,libidinis ignes,
r medias intacta faces ad ſidera tendis.
Ergo ſub domina requietis amante miniſtri
acifici,bene conueniens domus abſque tumultu.
on etenim plagæ,non lorum & vincula ſeruos
orrexere malos: latebras ſed quærere furtis,
peccare docent,& fallere cautius.atqui
agitium eſt,quanuis infamia nulla ſequatur.
ec ſi quis latuit fur non eſt improbus ille.
æpe data melior venia fit ſeruus amansque
am mitis domini. Quid enim? facere incipit vltrò,
uæ prius ingratis,& iniqua mente ſolebat.
ec rectè monuit,quiſquis fuit ille poëta:
c timeant ſerui,reuerentia deinde ſequetur.
erius hoc: Quem quiſque colit,reueretur,honorat.
ius os porrò metuet,nutumque tacentis:
ec dominum cupiet tam fallere,quàm bene gratum
odere ſe,memoremque remiſſæ oſtendere pœnæ.
que in priuatis non forſan inutilis illa
ogendi ratio ſit,vbi ſeruilia cernes

Inge-

Ingenia,& tanquam tardos,niſi pungis,aſellos.
At vobis quæ quottidie generoſa miniſtrat
Nobilitas animum,laudis pulſatur amore:
Dedecus,opprobriumque,ignominiamque veretur.
Eſt quoque non ipſis tantum clementia ſeruis
Grata,ſed iis etiam,quorum eſt inclusa medullis:
Qua freti,capiunt æternam luce quietem,
Nullaque per noctem pauidos inſomnia terrent.
Qualis vere nouo Zephyris ſpirantibus aër,
Aut freta cùm nullis agitantur cærula ventis.
Qualem manè tui,qualem te veſpere cernunt,
Vno & perpetuo vultus animique tenore,
Sedatam,comem,placidam,ſimilemque Dearum.

Ad Carolum Lotharingum Cardinalem.

Quàm te noſtra diu præſentem Gallia vidit,
Mutus eram: nunc ſum cornice loquacior atra,
Obtundoque tuas abſurdis cantibus aureis.
Scilicet excuſſi te prauum abſente pudorem.
Non mihi,non vnquam tu longa ſilentia poſthac
Obiicies pòſt ne ſimilis te pœna ſequatur.
Languenti quondam Solisque viæque labore
Alcidæ ſomnum ranæ impediêre paluſtres:
Illum oraſſe Deos iis vocem demere: mutas
Seriphias perhibent ex illo tempore ranas.
Me tu quando voles,pergam ſi fortè moleſtus
Eſſe tibi, verbo potes vno reddere mutum
Piſce magis.fruar hoc ſcribendi munere lætus
Interea,doctamque feram non optima Romam
Carmina.tune etiam Philomelas,Gracule,cantu,
Mercuriumve lyra,citharave laceſſere Phœbum,
Denique Romanis coram hiſcere vatibus audes?
Non ego.nam quis amat ſua ſcripta minusve laborat
Vt placeant aliis,hominumque per ora ferantur?
Nolo meis alios naſum torquere legendis,
Nolo Latinorum, nolo faſtidia vatum.

Dura

Dura pati. tu noſtra legas, tu ſolus amesque.
Tantum ne externo mutaueris, ô bone, cœlo
Iudicium; retineque tuæ conſtanter amores,
Et genium patriæ: ſuetos ego tempore longo
Ne mutare ſenex numeros & carmina cogar,
Iratusque nouas addiſcere ne cocus artes.
Nam Româ nec vir, nec equus melior redit vnquam.
Huic duræ triuere pedum veſtigia cautes
Alpibus in ſummis Apenninoque niuali:
llum Romanæ penitus merſere puellæ
Delitiis, miſeroque animam viresque tulere.
Ni ſapiens aliquis ceratas obſtruat aureis,
irenumque dolos, occultaque retia vitet.
Nota vel hiſtoria eſt cui non vel fabula Tuſci
criptoris? noſtræ qui relligionis amore
aptum neſcio quem recutitum fecit euntem
omam, vt purpureos Patres, ipſumque videret
ontificem: ratus eſſe domum pietatis in vrbe,
ræcipuamque Deo ſedem. quo denique poſtquam
enit, multa videt ſecus atque putauerat antè,
uæ non mutauère tamen. Iam cætera noſti.
lius exemplo, melior vel cautior ad nos
on expectato quamprimùm vere redibis:
uanquam hæc ſæpe tibi vitata pericula nullum
tentare metum, vel fraudem nectere poſſunt.
t tua non experta cohors veſtigia cautè,
mnia colluſtret, poſita ne turpiter olim,
t liberta meretricis, barbaque comaque
xcutiat riſum ſpectantibus. illa memento
a tuis prohibere animorum cœca furentum
ulnera: quæ multis olim nocuère ſuperbis
geniis, ope ſe humana dum poſſe tueri,
ut aliqua magis arce putant quàm munere Diuûm.
mpia nam tota dominatur in vrbe Matheſis,
haldæi volitantque domos atque atria circum:

MM Tempus

Tempus ab iis, certusque dies, horæque petuntur:
Et fortuna ſalusque hominum dependet ab aſtris.
Sic translata Deo rerumque hominumque ſatore,
Omnis ad expertes animæ res gloria tranſit,
Quidam animos etiam pariter cum corpore noſtros
Interitum ſentire volunt, vnáque reſolui:
Et veteris promiſſa nouæque vbertima legis
Vana putant. ipſum patriis detrudere regnis
Si poſſent Dominum, conentur more Gigantum.
Has deuota Deo, librisque exercita ſacris,
Inſidias bona mens rapidis prætervolat alis.
Nec tua dextra (fuit multis quæ ſæpe ſaluti)
Auxilium miſeris lapſisque errore negabit.
Paſtoris vigilare boni eſt, dominoque valentes
Et ſaluos præſtare lupis ab edacibus agnos.
Hæc tibi ſum paucis aggreſſus ſcribere, non quò
Non ea tu melius videas & acutius & me,
Et quocunque alio. quid enim ſus craſſa Mineruam?
Sed me ſtultus amor raptim meus iſta ſubegit
Depoſito mandare tibi præcepta pudore.

Ad Bart. Faium Senatorem Pariſienſem.

Prime Senatorum, noſtri ſucceſſor & heres
Ordinis atque loci, veterem ne ſperne ſodalem,
Et ne ſperne tui conſortem muneris olim,
Non quia priuatum me nunc Rhamnuſia fecit;
Continuò ſalibus priuauit iniqua iocisque:
Viuo, iocor, ludo liber, curisque ſolutus,
Confeſtimque recens à ſomno carmina condo.
Amiſſos nobis ita ſors penſauit honores.

Ad Ianum Bellaium Cardinalem.

Nunc canas hiemes adſpergit Iuppiter agris,
Arboribusque vehunt rigidas nunc flumina cruſtas.
Horrentes linquamus amici frigore campos,
Et celeri tepidam curſu fugiamus in vrbem:
Et tu Iane ſimul, fœlix plus annua cuius

Immi-

mminuit vires & debile corpus:abibis
Maturè;Muſasque valere iubebi: ad anni
rincipium venientis,& aurea tempora veris,
t repetes vrbem cariſque frueris amicis.
llinc ſi qua dies illuſtri Sole niteb
ura ſuburbanasque domos excurrere tutò
ecurusque hiemum poteris: pòſt Martius annum
ncipiens te rurſus in hæc ſecreta remittet.
Sed quis tam ſubitò caſus,quæve iſta voluntas,
equod conſilium nobis te,magne ſacerdos,
ripit,vt veterum iam penè oblitus amorum;
obilis & fani.quod ſummo in vertice collis
ltius exſurgens ſubiectis imminet vndis,
blitus regis fluuiorum,oblitus & vr
dificare nouas alieno tempore villas
nſtituas,oculis hominum procul,inque remotis
eſertisque locis? Atqui monumenta Neronis
nſtaurare libet.ſed enim melioribus optem
uſpiciis.& quid veſtrâ cum gente Neroni?
t nemora hæc Druydæ quondam tenuêre, dabantque
is reſponſa locis: & paſſim multa Latini
ominis hoc integra manent veſtigia tractu:
æc etiam Dryades percurrunt auia Nymphæ.
uin tu res ſenio longaque ætate ſepultas
eſine ſectari. & dubiæ præconia famæ:
æc potius quæ certa & quæ præſentia cernis
elige: nec fera tam vel agreſtia pectora Muſis
ſſe puta;vt ſaltus atque inuia luſtra ferarum
œtibus anteferant hominum. Tu maximus author;
u princeps Græcis pariter,pariterque Latinis
ternam ſedem Muſis Phœboque dicaſti,
enè in conſpectu atque ipſis ſub mœnibus vrbis.
cilicet is ſeptos ſinuoſo flumine campos
ondoſas valles, & ſummis collibus aras
poſitas,duroque è marmore condita templa.

Pariſiumque ſolum, certosque relinquet honores,
Finibus vt vaſtis Carnutum inglorius erret:
Aut Agrium Lorumque duos ſine nomine riuos,
Nauigero Sequanæ, aut Campano præferet amni.
Non ſi carminibus tantum contendere poſſis,
Quantum aut Threicius vates, aut Pindarus: illum
Inde tamen reuoces, veterique excedere cogas
Hoſpitio; non ſi promittas aurea tecta,
Auratasque fores, centumque ex ære columnas,
Et lucum Daphnes. Muſæ tamen vſque ſequantur.
Quid, teneras tu credis agreſti carmine Muſas,
Malle coli, & manibus fortisve rudisve coloni,
Quales Clodia fert, quales & Perchia multos,
Quàm fidibus numerisque, & nobilis ore poëtæ?
Pone igitur ſtudium migrandi, pone laborem,
Et longam noua condendi prætoria curam.
Nam quæ eſt iſta ætate domum mutare voluptas,
Et transferre lares, capta velut hoſtibus vrbe,
Expulſisque alios aliis ſummittere amicos?
Aut ſi ſtat fixumque manet traducere vitam
Sedibus in patriis; & me ſimul accipe tecum.
Nam ſine te verum eſt nuſquam me viuere poſſe.

Ad Salmonium Macrinum.

Si videas, Macrine, cupis quæ noſtra videre,
Haud te pœniteat menſes caruiſſe, vel annos
Verſibus his, qui me circum imprudente feruntur:
Quoſque libens retraham, ſi res integra fuiſſet.
Nam nihil expecta Muſis vel Apolline dignum;
Sed neque Macrino, teretes cui Cynthius aures
Formauit, veterumque auctorum lectio multa.
Cùm tu præſertim ſis maximus vſque poëta,
Et verſus facias ita, nemo vt pangere verſus
Dicatur melius. Quanquam es mihi cognitus olim
Non aſper, non difficilis, non durus amicis:
Quales permultos tulit ætas noſtra poëtas,

Qui

ui ſua commendant, rident aliena ſuperbi:
que putant ſolos frumentum paſcere dignos,
opter neſcio quid ſplendeſcens litterularum,
uod ſemel atque iterum reſonanti prodiit ore;
æſtrinxitque oculos rudibus, nondumque peritis.
anquam qui Solis nequeunt perferre nitorem;
c prima ſpecie ſine longo fallimur vſu,
tos dum pariter quoque cætera poſſe putamus:
ec diſcrimen opus longum & breue ponimus inter.
am quæ laus, inuentum aliquid fortaſſis acute
cceptumve aliunde, elegis clauſiſſe duobus?
t, qui ſic faciunt, regum celebrantur in Aula,
t tanquam artifices præclari cornua tollunt.
on hæc æternam ad laudem via trita Maroni,
on iſta ratione alii creuere poëtæ,
era quibus magnis acceſſit gloria factis.
cilicet & pridem non carmine notus ab vno
erpetuum, Macrine, decus laudemque tuliſti.
ed nec longa queunt audire poëmata Reges,
ec poſſunt præbere diu recitantibus aurem,
ropter ab innumeris immenſa negotia rebus:
x quo magna latent, multoque ſubacta labore
ngenia, & veræ virtutis gloria rara eſt.
Nunc ad me redeo, quem tu tria dicis habere
ectora, vel triplex circum præcordia robur:
t diuerſa duo reddam feliciter vnus
cribendi genera, & meme in contraria vertam
udicis interea fungentem partibus æqui.
Quod ſi perſuaſum penitus, fixumque reſedit
(Nam cur te ſimulare putem, cui candida mens eſt,
Nec falſi cauſa eſt fingendi carminis vlla?)
Gaudeo me tibi primùm, & per te deinde probari
Omnibus, atque alios fero tecum errare libenter.
Sed non vſque mihi tam parua conſcius in re
Blandior, vt de me potius tibi, quàm mihi credam.

Cùm me cognoſcam penitus; tu plurima noſtra
Ignores vitia, ac cupias cælare tegendo.
Accepi (fateor) naturâ ſemina quædam
Præclara ingenii, ſcribendis verſibus apta:
Quæ non ſpernendos potuiſſent edere fœtus,
Huius ſi ſtudii mediocris cura fuiſſet.
Sed cùm iudicium ætas immatura negaret,
Monſtratam genitore viam (quæ prima) ſecutus;
Continuò Muſis aliena volumina verſo,
Et nondum natas meditor componere lites.
Vnde forum traducor, & ad ſubſellia plena
Pulueris & ſtrepitus. I nunc, &, maxime vatum,
Si potes, in tanto verſus compone tumultu.
    Rurſus in antiquam reuocat natura palæſtram:
Et me conatur deſueto reddere ludo.
Sed miſer in diuerſa trahor, fugioque laborem
Scribendi exactè. ſic dum non peruia tento
Et neglecta diu, rudis imprudenſque relabor
In genus hoc, humile & ſummiſſum, repit humi quod,
Nec vulgi ſermone procul diſtare videtur:
Et quæ mox pueri ſubſannent, carmina condo.
    At vos progeniti quondam melioribus aſtris,
Læta quibus largo ſe fundunt ocia cornu,
Carmina felices Regum memorantia pugnas;
Siue aliquid maius, pleno cantabitis ore:
Quæ ferat in cœlum proles ventura Nepotum.

EPISTOLARVM SEV SERMONVM LIBER quartus.

Ad Vidum Fabrum. De amore & ignoratione ſui.

MOrtales animos agit ignorantia rerum
Turpis; & infantem iam ſerâ ætate relinquit

Infelicem hominem: vt ſe profeciſſe parum, vel
Nil potius multos adeò cùm vixerit annos
Sentiat. id verò eſt quod vulgò dicitur, eſſe
Humanum peccare; velut naſcentibus olim
Perpetuam nobis comitem natura dediſſet
Stultitiam, erroremq; animi ſine fine vagantis.
Qui mala quòd nobis adportat plurima ſecum,
Propterea illum omnes à ſe depellere tentant:
Propterea vulgò varias addiſcimus artes,
Imberbes pueros iccircò trans mare noſtros
Mittimus, iccircò mercatus & & fora circum,
Frigoribus, magnoq; ſuæ diſcrimine vitæ;
Vt diſcant vitare dolos ſimulataq; verba
Alterius, diſcant temerè non credere cuiquam,
Sæpius inſidiis aliorum & fraude petiti.
Hæc eſt quam vulgò facimus, prudentia, tanti.
Adquirendarum præclara ſcientia rerum.
Vtilis augendis, ſeruandis commoda rebus,
Fraus & calliditas, potiuſq; aſtutia quædam.
Quid verò prodeſt multorum noſcere mores,
Præſentire dolos, hominumq; reſiſtere poſſe
Fraudibus, externoq; tueri corpus ab hoſte:
Si tu te ignoras, ſi tecum viuis, vt hoſpes
Gadibus extremis nuper qui venit in vrbem?
Si tu ſponte tuâ manicas & vincula nectis
Ipſe tibi demens, ſi tu te decipis ipſe?
At non ille quidem ſapiens, qui natus Athenis,
Quem Deus in multis ſapientem millibus vnum
Dixit, laudem alio tantam quæſiuit in orbe,
Non procul in Bactris & claros Solis ad ortus,
Nuda ſua exercent vbi corpora Gymnoſophiſtæ:
Sed quâ natus erat, quâ porrò eductus in vrbe,
Ædibus inq; ſuis, immò magis intus apud ſe
Quæſiit, inuenitq; viam virtutis. & illud
Egregium meritò eſt ſapientis nomen adeptus.

Miluius in medio paſcentes gramine pullos,
Quem ſimul ac videre, fuga ſe protinus illi
Proripiunt: mater fugientes excipit alis.
Ergo iis nil agreſte poteſt conſidere tectis,
Quæ vates habitant; ad quæ fugere Camœnæ,
Non ſolùm mollire hominum fera corda potentes.
Sed bruta & lapides, & non tractabile ferrum.
Si potuit Manes cithara placare ſuperbos
Orpheus, & ſummis deducere montibus ornos:
Si bonus Amphion lapides & ſaxa mouere,
Et pulchram ſubitis accingere mœnibus vrbem.
Iam quæ ſunt aliis irarum ſemina, primæ
Quæque ſolent cauſæ tantos accendere motus,
Omnibus iis exuta cares. iraſcimur omnes,
Aut quia nos ſperni miſeros lædive putamus,
Præſertim grauis eſt cùm iniuria, nec leue damnum.
Aut aliis aliàs de cauſis ſæpe mouemur,
Quas leuis aura ferat. non eſt bene cœna parata,
Non bene conditi piſces, aut non ſatis vnctum
Eſt olus, aut vino ſpumans effuſa lagena,
Aut miſeri cecidit manibus vas fictile ſerui.
Ergo quod ſubigit nos cauſæ. & ſuſcitat iras,
Mollities animi eſt teneri, paruique, timentiſque
Omnia, nec duros audentis obire labores.
Hinc homines prima extremaque ætate videmus
Iraſci faciles, & quorum obnoxia morbis
Corpora, quique iacent afflicti rebus egeni.
Omnes præterea quos immoderata libido,
Aut aliqua deſiderium vehementius in re
Exſtimulat ſubitò videas prorumpere in iram:
Si qua iniecta mora eſt, ſi quiſquam tendere contrà
Audeat, & cupidis illorum obſiſtere votis.
Tu facilè iis, Virgo, tantiſque parentibus orta,
Et magni ſoror, & magni quoque filia Regis,
Tot propriis radians virtutibus ipſa, tot artes

Egregias inſtructa, quibus fers nomen Olympo,
Vt careas titulis, & magnæ ſtirpis honore;
Contemptu poſſis hominum te, Virgo, tueri:
Et longè præſtes æqualibus vna puellis.
Nam quæ damna bonis veniunt iis, quæ bona vulgus
Ducit, diuitiis, opibus gemmisque, eborique,
Non pluris penſare ſoles, quàm vile putamen
Iuglandis, ſtipulasve reſecta meſſe iacentes.
  Quare nemo tibi grauis eſt, nihil iſta moranti:
Quanuis perdiderit, quanuis euerterit ille
Impudens abacum, dominæ non ſentiet iras.
Forſitan id commune aliis quoque Regibus, aurum vt
Deſpiciant, & opes nimias, facilesque paratu.
Hoc propriè, Regina, tuum, quòd nulla voluptas,
Nullus amor turpis veſtigia caſta moratur.
Victrix per medios, ô Virgo, libidinis ignes,
Per medias intacta faces ad ſidera tendis.
  Ergo ſub domina requietis amante miniſtri
Pacifici, bene conueniens domus abſque tumultu.
Non etenim plagæ, non lorum, & vincula ſeruos
Correxere malos: latebras ſed quærere furtis,
Et peccare docent, & fallere cautius. atqui
Flagitium eſt, quanuis infamia nulla ſequatur.
Nec ſi quis latuit fur non eſt improbus ille.
Sæpe data melior venia fit ſeruus amansque
Tam mitis domini. Quid enim? facere incipit vltrò,
Quæ prius ingratis, & iniqua mente ſolebat.
Nec rectè monuit, quiſquis fuit ille poeta:
Fac timeant ſerui, reuerentia deinde ſequetur.
Verius hoc: Quem quiſque colit, reueretur, honorat.
Illius os porrò metuet, nutumque tacentis:
Nec dominum cupiet tam fallere, quàm bene gratum
Prodere ſe, memoremque remiſſæ oſtendere pœnæ.
Atque in priuatis non forſan inutilis illa
Cogendi ratio ſit, vbi ſeruilia cernes

Inge-

Ingenia, & tanquam tardos, niſi pungis, aſellos.
At vobis quæ quottidie generoſa miniſtrat
Nobilitas animum, laudis pulſatur amore:
Dedecus, opprobriumque, ignominiamque veretur.
Eſt quoque non ipſis tantum clementia ſeruis
Grata, ſed iis etiam, quorum eſt inclufa medullis:
Qua freti, capiunt æternam luce quietem,
Nullaque per noctem pauidos inſomnia terrent.
Qualis vere nouo Zephyris ſpirantibus aër,
Aut freta cùm nullis agitantur cærula ventis.
Qualem manè tui, qualem te veſpere cernunt,
Vno & perpetuo vultus animique tenore,
Sedatam, comem, placidam, ſimilemque Dearum.

Ad Carolum Lotharingum Cardinalem.

Quàm te noſtra diu præſentem Gallia vidit,
Mutus eram: nunc ſum cornice loquacior atra,
Obtundoque tuas abſurdis cantibus aureis.
Scilicet excuſſi te prauum abſente pudorem.
Non mihi, non vnquam tu longa ſilentia poſthac
Obiicies poſt ne ſimilis te pœna ſequatur.
Languenti quondam Solisque viæque labore
Alcidæ ſomnum ranæ impediêre paluſtres:
Illum oraſſe Deos iis vocem demere: mutas
Seriphias perhibent ex illo tempore ranas.
Me tu quando voles, pergam ſi fortè moleſtus
Eſſe tibi, verbo potes vno reddere mutum
Piſce magis. fruar hoc ſcribendi munere lætus
Interea, doctamque feram non optima Romam
Carmina. tune etiam Philomelas, Gracule, cantu,
Mercuriumve lyra, citharave laceſſere Phœbum,
Denique Romanis coram hiſcere vatibus audes?
Non ego. nam quis amat ſua ſcripta minusve laborat
Vt placeant aliis, hominumque per ora ferantur?
Nolo meis alios naſum torquere legendis,
Nolo Latinorum, nolo faſtidia vatum.

Dura

Dura pati. tu noſtra legas, tu ſolus ameſque.
Tantum ne externo mutaueris, ô bone, cœlo
Iudicium; retineque tuæ conſtanter amores,
Et genium patriæ: ſuetos ego tempore longo
Ne mutare ſenex numeros & carmina cogar,
Iratuſque nouas addiſcere ne cocus artes.
Nam Româ nec vir, nec equus melior redit vnquam.
Huic duræ triuere pedum veſtigia cautes
Alpibus in ſummis Apenninoque niuali:
Illum Romanæ penitus merſere puellæ
Delitiis, miſeroque animam vireſque tulere.
Ni ſapiens aliquis ceratas obſtruat aureis,
Sirenumque dolos, occultaque retia vitet.
Nota vel hiſtoria eſt cui non vel fabula Tuſci
Scriptoris? noſtræ qui relligionis amore
Captum neſcio quem recutitum fecit euntem
Romam, vt purpureos Patres, ipſumque videret
Pontificem: ratus eſſe domum pietatis in vrbe,
Præcipuamque Deo ſedem. quo denique poſtquam
Venit, multa videt ſecus atque putauerat antè,
Quæ non mutauêre tamen. Iam cætera noſti.
Illius exemplo, melior vel cautior ad nos
Non expectato quamprimùm vere redibis:
Quanquam hæc ſæpe tibi vitata pericula nullum
Intentare metum, vel fraudem nectere poſſunt.
At tua non experta cohors veſtigia cautè,
Omnia colluſtret. poſita ne turpiter olim,
Vt liberta meretricis, barbaque comaque
Excutiat riſum ſpectantibus. illa memento
Illa tuis prohibere animorum cœca furentum
Vulnera: quæ multis olim nocuêre ſuperbis
Ingeniis, ope ſe humana dum poſſe tueri,
Aut aliqua magis arce putant, quàm munere Diuûm.
Impia nam tota dominatur in vrbe Matheſis,
Chaldæi volitantque domos atque atria circum:

Tempus ab iis, certuſque dies, horæque petuntur:
Et fortuna ſaluſque hominum dependet ab aſtris.
Sic tranſlata Deo rerumque hominumque ſatore,
Omnis ad expertes animæ res gloria tranſit,
Quidam animos etiam pariter cum corpore noſtros
Interitum ſentire volunt, vnáque reſolui:
Et veteris promiſſa nouæque vberrima legis
Vana putant. ipſum patriis detrudere regnis
Si poſſent Dominum, conentur more Gigantum.
Has deuota Deo, libriſque exercita ſacris,
Inſidias bona mens rapidis præteruolat alis.
Nec tua dextra (fuit multis quæ ſæpe ſaluti)
Auxilium miſeris lapſiſque errore negabit.
Paſtoris vigilare boni eſt, dominoque valentes
Et ſaluos præſtare lupis ab edacibus agnos.
Hæc tibi ſum paucis aggreſſus ſcribere, non quò
Non ea tu melius videas & acutius & me,
Et quocunque alio. quid enim ſus craſſa Mineruam?
Sed me ſtultus amor raptim meus iſta ſubegit
Depoſito mandare tibi præcepta pudore.

Ad Bart. Faium Senatorem Pariſienſem.

Prime Senatorum, noſtri ſucceſſor & heres
Ordinis atque loci, veterem ne ſperne ſodalem,
Et ne ſperne tui conſortem muneris olim,
Non quia priuatum me nunc Rhamnuſia fecit;
Continuò ſalibus priuauit iniqua iociſque:
Viuo, iocor, ludo liber, curiſque ſolutus,
Confeſtimque recens à ſomno carmina condo.
Amiſſos nobis ita fors penſauit honores.

Ad Ianum Bellaium Cardinalem.

Nunc canas hiemes adſpergit Iuppiter agris,
Arboribuſque vehunt rigidas nunc flumina cruſtas,
Horrentes linquamus amici frigore campos,
Et celeri tepidam curſu fugiamus in vrbem:
Et tu hinc [illegible], febris plus annua cuius

Immi-

Imminuit vires & debile corpus, abibis
Maturè, Muſasque valere iubebis: ad anni
Principium venientis, & aurea tempora veris,
Et repetes vrbem cariſque frueris amicis.
Illinc ſi qua dies illuſtri Sole nitebit,
Rura ſuburbanasque domos excurrere tutò
Securusque hiemum poteris: pòſt Martius annum
Incipiens te rurſus in hæc ſecreta remittet.
Sed quis tam ſubitò caſus, quæve iſta voluntas,
Ecquod conſilium nobis te, magne ſacerdos,
Eripit, vt veterum iam penè oblitus amorum,
Nobilis & fani, quod ſummo in vertice collis
Altius exſurgens ſubiectis imminet vndis,
Oblitus regis fluuiorum, oblitus & vrbis,
Ædificare nouas alieno tempore villas
Inſtituas, oculis hominum procul, inque remotis
Deſertisque locis? Atqui monumenta Neronis
Inſtaurare libet, ſed enim melioribus optem
Auſpiciis. & quid veſtrâ cum gente Neroni?
At nemora hæc Druydæ quondam tenuêre, dabantque
His reſponſa locis: & paſſim multa Latini
Nominis hoc integra manent veſtigia tractu:
Hæc etiam Dryades percurrunt auia Nymphæ.
Quin tu res ſenio longaque ætate ſepultas
Deſine ſectari. & dubiæ præconia famæ:
Hæc potius quæ certa & quæ præſentia cernis
Delige: nec fera tam vel agreſtia pectora Muſis
Eſſe puta, vt ſaltus atque inuia luſtra ferarum
Cœtibus anteferant hominum. Tu maximus author;
Tu princeps Græcis pariter, pariterque Latinis
Æternam ſedem Muſis Phœboque dicaſti,
Penè in conſpectu atque ipſis ſub mœnibus vrbis.
Scilicet is ſeptos ſinuoſo flumine campos
Frondoſas valles, & ſummis collibus aras
Impoſitas, duroque è marmore condita templa.

Pariſiumque ſolum, certosque relinquet honores,
Finibus vt vaſtis Carnutum inglorius erret:
Aut Agrium Lorumque duos ſine nomine riuos,
Nauigero Sequanæ, aut Campano præferet amni.
Non ſi carminibus tantùm contendere poſſis,
Quantum aut Threicius vates, aut Pindarus: illum
Inde tamen reuoces, veterique excedere cogas
Hoſpitio; non ſi promittas aurea tecta,
Auratasque fores, centumque ex ære columnas,
Et lucum Daphnes. Muſæ tamen vſque ſequantur.
Quid, teneras tu credis agreſti carmine Muſas,
Malle coli, & manibus fortisve rudisve coloni,
Quales Clodia fert, quales & Perchia multos,
Quàm fidibus numerisque, & nobilis ore poëtæ?
Pone igitur ſtudium migrandi, pone laborem,
Et longam noua condendi prætoria curam.
Nam quæ eſt iſta ætate domum mutare voluptas,
Et transferre lares, capta velut hoſtibus vrbe,
Expulſiſque alios aliis ſummittere amicos?
Aut ſi ſtat fixumque manet traducere vitam
Sedibus in patriis; & me ſimul accipe tecum.
Nam ſine te verùm eſt nuſquam me viuere poſſe.

Ad Salmonium Macrinum.

Si videas, Macrine, cupis quæ noſtra videre,
Haud te pœniteat menſes caruiſſe, vel annos
Verſibus his, qui me circum imprudente feruntur:
Quoſque libens retraham, ſi res integra fuiſſet.
Nam nihil expecta Muſis vel Apolline dignum;
Sed neque Macrino, teretes cui Cynthius aures
Formàuit, veterumque auctorum lectio multa.
Cùm tu præſertim ſis maximus vſque poëta,
Et verſus facias ita, nemo vt pangere verſus
Dicatur melius. Quanquam es mihi cognitus olim
Non aſper, non difficilis, non durus amicis:
Quales permultos tulit ætas noſtra poëtas,

Qui

Qui ſua commendant, rident aliena ſuperbi:
Seque putant ſolos frumentum paſcere dignos,
Propter neſcio quid ſplendeſcens litterularum,
Quod ſemel atque iterum reſonanti prodiit ore;
Præſtrinxitque oculos rudibus, nondumque peritis.
Tanquam qui Solis nequeunt perferre nitorem;
Sic prima ſpecie ſine longo fallimur vſu,
Iſtos dum pariter quoque cætera poſſe putamus:
Nec diſcrimen opus longum & breue ponimus inter.
Nam quæ laus inuentum aliquid fortaſſis acute
Acceptumve aliunde, elegis clauſiſſe duobus?
At, qui ſic faciunt, regum celebrantur in Aula,
Et tanquam artifices præclari cornua tollunt.
Non hæc æternam ad laudem via trita Maroni,
Non iſta ratione alii creuere poëtæ,
Vera quibus magnis acceſſit gloria factis.
Scilicet & pridem non carmine notus ab vno
Perpetuum, Macrine, decus laudemque tuliſti.
Sed nec longa queunt audire poëmata Reges,
Nec poſſunt præbere diu recitantibus aurem,
Propter ab innumeris immenſa negotia rebus:
Ex quo magna latent, multoque ſubacta labore
Ingenia, & veræ virtutis gloria rara eſt.
Nunc ad me redeo, quem tu tria dicis habere
Pectora, vel triplex circum præcordia robur:
Vt diuerſa duo reddam feliciter vnus
Scribendi genera, & meme in contraria vertam
Iudicis interea fungentem partibus æqui.
Quod ſi perſuaſum penitus, fixumque reſedit
(Nam cur te ſimulare putem, cui candida mens eſt,
Nec falſi cauſa eſt fingendi carminis vlla?)
Gaudeo me tibi primùm, & per te deinde probari
Omnibus, atque alios fero tecum errare libenter.
Sed non vſque mihi tam parua conſcius in re
Blandior, vt de me potius tibi, quàm mihi credam.

Cum me cognoſcam penitus; tu plurima noſtra
Ignores vitia, ac cupias cælare tegendo.
Accepi (fateor) naturâ ſemina quædam
Præclara ingenii, ſcribendis verſibus apta:
Quæ non ſpernendos potuiſſent edere fœtus,
Huius ſi ſtudii mediocris cura fuiſſet.
Sed cum iudicium ætas immatura negaret,
Monſtratam genitore viam (quæ prima) ſecutus;
Continuò Muſis aliena volumina verſo,
Et nondum natas meditor componere lites.
Vnde forum traducor, & ad ſubſellia plena
Pulueris & ſtrepitus. I nunc, &, maxime vatum,
Si potes in tanto verſus compone tumultu.
   Rurſus in antiquam reuocat natura palæſtram:
Et me conatur deſueto reddere ludo.
Sed miſer in diuerſa trahor, fugioque laborem
Scribendi exactè. ſic dum non peruia tento
Et neglecta diu, rudis imprudensque relabor
In genus hoc, humile & ſummiſſum, repit humi quod,
Nec vulgi ſermone procul diſtare videtur:
Et quæ mox pueri ſubſannent, carmina condo.
   At vos progeniti quondam melioribus aſtris,
Læta quibus largo ſe fundunt ocia cornu,
Carmina felices Regum memorantia pugnas;
Siue aliquid maius, pleno cantabitis ore:
Quæ ferat in cœlum proles ventura Nepotum.

EPISTOLARVM SEV SERMONVM LIBER quartus.

Ad Vidum Fabrum. De amore & ignoratione ſui.

MOrtales animos agit ignorantia rerum
Turpis; & infantem iam ſerâ ætate relinquit

Infeli-

Infelicem hominem: vt ſe profeciſſe parum, vel
Nil potius multos adeò cùm vixerit annos
Sentiat. id verò eſt quod vulgò dicitur, eſſe
Humanum peccare; velut naſcentibus olim
Perpetuam nobis comitem natura dediſſet
Stultitiam, erroremq; animi ſine fine vagantis.
Qui mala quòd nobis adportat plurima ſecum,
Propterea illum omnes à ſe depellere tentant:
Propterea vulgò varias addiſcimus artes,
Imberbes pueros iccirco trans mare noſtros
Mittimus, iccirrcò mercatus & & fora circum,
Frigoribus, magnoq; ſuæ diſcrimine vitæ;
Vt diſcant vitare dolos ſimulataq; verba
Alterius, diſcant temerè non credere cuiquam,
Sæpius inſidiis aliorum & fraude petiti.
Hæc eſt quam vulgò facimus, prudentia, tanti.
Adquirendarum præclara ſcientia rerum.
Vtilis augendis, ſeruandis commoda rebus,
Fraus & calliditas, potiuſq; aſtutia quædam.
Quid verò prodeſt multorum noſcere mores,
Præſentire dolos, hominumq; reſiſtere poſſe
Fraudibus, externoq; tueri corpus ab hoſte:
Si tu te ignoras, ſi tecum viuis, vt hoſpes
Gadibus extremis nuper qui venit in vrbem?
Si tu ſponte tuâ manicas & vincula nectis
Ipſe tibi demens, ſi tu te decipis ipſe?
At non ille quidem ſapiens, qui natus Athenis,
Quem Deus in multis ſapientem millibus vnum
Dixit, laudem alio tantam quæſiuit in orbe,
Non procul in Bactris & claros Solis ad ortus,
Nuda ſua exercent vbi corpora Gymnoſophiſtæ:
Sed quâ natus erat, quâ porrò eductus in vrbe,
Ædibus inq; ſuis, immò magis intus apud ſe
Quæſiit, inuenitq; viam virtutis. & illud
Egregium meritò eſt ſapientis nomen adeptus.

Digitized by

Nec verò eſt alio rectore vſusue magiſtro,
Quàm ſeſe genioq; ſuo, quem dæmona dixit.
Sic regem feciſſe Numam, ſic antè Lycurgum,
Sic alios memorant heroas, qui ſua ſemper
Conſilia ad maius referebant Numen, vt eſſet
Maior honos, maiorq; ſuis reuerentia dictis.
At nos ſtultus amor, turpiſq; inſcitia noſtri
Mille malis cæcos inuoluit & implicat vltro,
Vt nec vera ſequi liceat, nec vera tueri:
Nec facilè inuenias qui ſe peccaſſe fatetur.
Vt ſi quis magno iubeat quandoq; theatro
Fabros artificeſue alios conſurgere, ſummum
Tollere vel digitum; nemo conſurgat, opinor,
Præter eos tantùm quos præco ſurgere iuſſit.
Iuſſerit idem omneis ſapientes ſurgere, nemo
Sede ſuâ maneat, nemo non erigat altè
In cœlum caput, & numerari nolit in illis:
Atq; adeò vitio hoc hominum pars magna laborat.
Nulla quidem Scythicis tam barbara natio terris,
Quæ ſe non meliora ſequi, non optima credat,
Cui ſua non ſummè placeant; quæ deniq, leges
Permutare ſuas alienis legibus optet.
Nec res vſurpata hominum minus vlla querelis
Ad Superos, precibuſue minus votiſq; petita,
Quàm dono conceſſa Deûm ſapientia: tantam
Vnuſquiſq; ſibi diuino è munere partem
Adrogat, & tanto ſeſe dignatur honore.
Qui modò ludus erat pueris, & nota per vrbem
Fabula; quem riſit coniunx, riſere miniſtri;
Ipſe domi plaudit ſibi ſolus, ſeq; tuetur,
Ac ſi præcipiti viciſſet Olympia curſu:
Contentuſq; ſuo tanquam meliore videtur
Iudicio linguam, atq; alienas ſpernere voces:
Interea nullus toto eſt in corpore ſenſus,
Nulla mali vel ſuſpicio vel cura latentis.

Tantus

Tantus amor, tanta eſt animi fiducia noſtri.
Miretur reges nemo peccare, quibus tot
Peccandi auctores, tot cauſas eſſe videmus.
Natus Pannoniâ Cæſar dictare ſolebat,
Conueniunt multi nebulones & paraſiti,
Vnum vt decipiant nil prorſus tale verentem,
Securum, incautum. non reſtitit ipſe duobus
Alcides. qui ſi tulerint quandoque repulſam,
Non ideo repetunt minus acres prælia, donec
Victus ad extremum dare tandem cogitur arma.
Tantùm continuæq; preces repetitaq; verba
Sæpius, inculcata diu, variaſque per artes
Argumenta valent. quantò magis eſſe cauendum
Nobis, quorum obſeſſa tenet præcordia fallax
Et blandus monitor: qui tot ſe vertit in ora,
Protea quod perhibent varias mutaſſe figuras.
Præſtò ſemper adeſt, & vellicat improbus aurem
Aſſiduè, nec finem vllum facit antè monendi,
Quàm ſpecie vtilium perſuaſit turpia nobis.
Hic Laertiadæ quondam perſuaſit Vlyſſi,
Suſpenſam ſterilis patriam de vertice ſaxi
Innumeris præferre bonis, vitæq; Deorum.
Hic Paridem Phrygium Veneris poſtponere formæ
Virginis intactæ cœleſtia dona ſubegit,
Dedecus & probrum patriæ præferre ſaluti.
Hic tentare Iouis thalamos, auſumq; pudicam
Attrectare Deam, ſtuprumq; offerre maritæ
(Feciſſetq; etiam, niſi nubis falleret error)
Perdidit: & claros imitantem fulguris ignes
Nimborumq; ſonos vero Salmonea telo
Perculit, ac iuſtas exegit in Elide pœnas.
Hic Craſſum iam grandem in Parthos ire coegit:
Caſtra ſequi Niciam, & ſonitus audire tubarum:
Annibalem caſtrenſi vrbana negotia more
Et forti regere imperio, vimq; addere iuſſis:

Et iuuenem Phaethonta Deorum inuiſere ſedes
Æthereas, patremq; regendos poſcere currus:
Teq; malos Mæui, te duros Cherile verſus
Condere, & inuitis modulari carmina Muſis.
Longum ſit memorare, quot & quibus obfuit olim
Falſis diſſimulata modis inſcitia rerum;
Vſurpata etiam non veræ gloria laudis.
Nec vitium in terris proſerpere latius vllum
Cernitur: imbuti falſis erroribus omnes
Et tumidi bufone magis, ranaq; paluſtri
Audemus Naturæ ipſi condicere bella,
Qualia terrigenas mouiſſe eſt fama Gigantes.
Haud procul at Nemeſis ſedet vltrix dira malorum.
Continuò ſubiti caſus, variiq; ſequuntur
Et rerum & vitæ diſcrimina mille: nec ipſos
Auctores modò, verùm alios quoſcunq; voluntas
Adiunxit, comiteſue dedit fortuna, videmus
Vnà omnes cadere atq; inuolui ſæpe ruinâ:
Multas & lugere ſuis cum ciuibus vrbes;
Multa queri, malè ſi furioſo credita regna.
Quòd ſi tum non ille ſui deceptus amore,
Auſus plus aliquid de ſe ſperare, fuiſſet
Cum caris hodie florens & lætus amicis,
Integris opibus ſecurum tranſigat æuum:
Omnes & pariter quos ſecum traxerat idem
Caſus, & accepto careat reſpublica damno.
Quid doctos aliud credis voluiſſe poetas?
Quid narrata vel hæc, vel fabula denotat illa?
Dum vitreo ſe fonte videt Narciſſus, & ardet
Protinus adſpectâ florentis imagine formæ.
Quæ res exitio fuit illi, atq; omnibus olim
Semper erit, ſimilis quoſcunq; agitauerit error.
Fac, nihil huius ſtultitiam vel publica contra
Commoda, vel priuata nihil peccaſſe, quòd ipſi
Nemo dedit patriæ tutelam, nemo ſalutem,
Credidit. at quantos dabit omni tempore riſus Cum

Cùm ſe virtuteſq; ſuas ad ſidera tollet.
Pone tibi ante oculos vultum faciemq; Thraſonis
Ventoſi, & partes ſeſe iactantis in omnes:
Tum riſum ſi fortè potes compeſce labello.
Quid ſi illum audires fidibuſq; & voce canentem
Cornicis vetulæ inſtar, vel rudentis aſelli,
Aut quamuis aliam cùm tractat neſcius artem?
Quid ficti ſi vox maleſida acceſſit amici
Quæ foueat vitium: iuuet impellatq; ruentem?
Id verò perridiculum de rebus agentem
Ignotis, tanquam præſtantem audire magiſtrum
Vnum aliquem de porticibuſue ſcholaue Platonis.
Sed cùm aliis odioſa ſui laus atq; moleſta
Omnibus eſſe ſolet, tum nulla moleſtior illa eſt,
Quàm ſi fortè omnis ſenſus rationis & expers
Mens fuit: & vitium nullâ virtute leuatur.
Atq; hunc vt ratione queas depellere morbum;
Cauſa prius tollenda mali, tum cætera prona
Experiere, modò ſtudium ſi intenderis omne.
Imprimis curare tuam rem, teq; memento
Expurga vitiis omniq; libidine mentem:
Omnis in hoc tua cura, labor quoq; ſit tuus omnis:
Cum ſpectans aliena ſedes, tua negligis intus,
Subruit interea murum portaſq; refringit
Prædo, & diuitias abiens aſportat auitas,
Incuſtoditumue lupus prædatur ouile,
Aut thalamo ſecurum accepit adultera mœchum.
Scilicet Æſopi docet id nos fabula, peras
Quæ geſtare duas hominem confingit: & vnam
Ante oculos pectuſq;, aliam propendere tergo
Poſteriore. dolos peccataq; noſtra remotis
Condimus in loculis, nec condita viſimus vnquam:
Anterior plena eſt alieni criminis intus,
Et ſemper nobis lætabilis obuia ſemper.
Quod ſi retrò oculos & retrò flectimus ora,
Ingentes ſcelerum nobis oſtendet aceruos

Man-

Mantica poſterior : pro centum, millia centum,
Pro næuis, lepramq; dabit turpeſq; lichenas;
Ne poſthac faciles ſimus reprehendere quenquam,
Et ne parua ipſi faciamus noſtra regendo.
Conſule deterior meliorem conſule amicum,
Tantùm abſit pudor ille malus, commiſſa fateri
Qui vetat : & fido præſens expoſcere amico
Conſilium, mandare alii non cognita nobis.
Ipſe tibi ſatis vnus eris quoque, purius illud
Ingenii lumen rebus præferre gerendis
Si ſtatues : ne corporeâ quæ nubila mole
Exiſtunt, diæ corrumpant lucis honorem,
Si tibi diuinâ fuerit virtute voluptas
Poſterior, ſolidis ſi fluxa pecunia rebus :
Sic introſpiciens turpi ſecernere honeſtum
Diſces, & quæ ſunt verè bona, quæq; videntur,
Nec ſunt, iudicio atque notis diſtinguere certis.
Quid poſſis aut non poſſis, cui fecerit aptum
Te natura minuſue rei , cui longior vſus :
Sic pelles externa regeſque domeſtica victor,
Nec fallent alii, nec tu te denique falles.

Satyra.

Æquius ad poſtem clauis figantur acutis
Corrupti mores , & turpis vita nocentum ;
Quàm ſanctæ leges, inuentaque iura ſaluti :
Quæ tamen ipſa palam in triuiis, vt noxia figunt,
Cùm potius mores & prauè f ꝯta deceret.
Sic etenim Staſimum de moribus illius æui
Inducit longo Plautus ſermone querentem.
O,mores, alius, mores ! exclamat ad vſque
Sidera, & ardentis conuexa palatia cœli.
Quod ſi, temporibus illis quicunque fuere,
Quique alii deinceps vixere ſequentibus annis,
Exiſtant hodie, videantque hæc tempora, miris
Deprauata modis, & planè perdita ; quid ſint

Dicturi,

Dicturi, quibus vſque adeò ſua diſplicet ætas?
Partibus innumeris nam cùm reſpublica conſtet,
Quo tu cunque feras oculos & lumina mentis;
Sincerum nihil inuenias in corpore tanto,
Nullum peſte vacans, nullum ſine vulnere membrum:
Contrà, ſed fragiles neruos, vacua oſſa medullis,
Infirmos artus, & membra fluentia luxu.
Haud alio quoquam, tam paruo in tempore, morbo
Certior interitus populis venit: aut ſine ſenſu.
Qui magis adceleret mortem ridentibus illis;
Tanquam Sardoeæ manſis radicibus herbæ.
Sic adeò regum & populorum maxima quondam
Imperia, ingenti cecidere euerſa ruinâ.
Sic ille inuictus Pœnorum exercitus armis,
Deliciis Capuæ fractus: ſic denique Roma,
Poſtquam Aſiâ venit ſuperatâ luxus in vrbem,
Imperium amiſit propriis confoſſa lacertis.
Atq; ea principiò, quia tum non magna videntur,
Spernimus à paruis tanquam naſcentia cauſis:
Nec longum tempus; paulatim atq; aucta latenter
Accipiunt vires & inexſuperabile robur,
Prima niſi tuleris naſcentis ſemina morbi.
Nonne vides vt mulctatus Lacedæmone quondam eſt,
Qui plures citharæ cordas quàm lege liceret
Aptarat, fidibuſq; nouis corruperat artem?
Publica res ſenſim priuataq; labitur omnis,
Dum canimus, bibimus, dum membra pedeſq; mouemus
Mollius, & nigris agitamus brachia Mauris:
Dum ſupra cenſum ſe fœmina veſtit, alitque
Seruarumq; greges, & currus iungit equorum;
Tanquam de victo pompam ductura marito.
    Hic ne deterior videatur coniuge pulchrâ,
Aut venere, aut epulis, aut turpi denique ludo
Effundit magno quæſita labore parentum:
Poſtquam exhauſta domi prauo patrimonia more;

Audent

Audent inde manus communibus addere nummis.
Sic auidum res nulla poteſt explere barathrum.
Iam fœda ad reliquos manant contagia ciues,
Iamq; pari morbo reſpublica tota laborat:
Ipſa ſibi, atq; ſuis non eſt ſatis vna miniſtris.
Non manus artificum, miſeræq; induſtria plebis,
Non ſuus vrbis ager auidæ iam ſufficit vrbi:
Quamuis antè ſuis victum præberet abundè
Ciuibus; externis adeo nec rebus egeret.
Cogit luxus agros vicinæ inuadere gentis:
Armorum atq; equitum vis vndiq; magna paratur:
Inſtruitur claſſis permagno publica ſumptu.
His iniuſta malis oriuntur deniq; bella
Principiis, quæ ſunt maiorum cauſa malorum.
Hinc hominum cædes, incendia lata per agros,
Corruptæ matres, ,conſtupratæq; puellæ,
Seruitium æternum miſeris, qui e cæde ſuperſunt,
(Vt minimùm) maior paupertas quàm fuit antè.
Quòd ſi contenti modico viuamus, vt illi
Aurea Saturni tulerant quos ſecula, nobis
Noſtra ſatis fuerint, & non aliena petamus.
Continuò hæc ſimilem faciat te vita Deorum,
Inſtructum propriis opibus, nullius egentem
Auxilii, nullius opes aurumq; tuentem
Diuitis, at proprio verſantem ſemper in ære.
Tum ſi qua aeriis tempeſtas nubibus acta
Incumbat ſegeti, & teneras infringat ariſtas;
Aut quondam nimio torpeſcant frigore culta:
Non tu vicino multâ gemere horrea meſſe
Inuideas, non ille exſpectet, vt ante rogetur
Suppetias & opem: verùm tibi deferat vltrò
Omnia, proq; tuis, alienis frugibus vti
Poſſis, & tanquam communi ſumere aceruo.
Sponte ſuaq; homines nullo terrore coacti,
Officia inter ſe præſtent, & mutua reddant.

Tutus

Tutus quiſq; domi ſedeat, vulgoq; per vrbes
Securam capiant nullo cuſtode quietem:
Oppida nec muro ſit opus, nec cingere foſſâ:
Sublatâ ex animis & cauſâ & fomite belli.
Luxuries vt enim generauit triſtia bella:
Sic tenui è victu iucundam exiſtere pacem,
Græci hominis tibi ſit documento nobile factum.
Nam mala cùm ſtultos ageret diſcordia ciues,
Heraclitum adeunt, vulgò ſapientia nota
Cuius erat: præſens vrbis patriaq; periclum
Monſtrant, atq; rogant aliquid ſe promere dignum,
Quo tandem incipiant hominum miteſcere corda.
Ille nihil. tantùm mediâ ſpectante coronâ
Hauſit aquæ calicem conſperſum flore farinæ.
Quo ſatis oſtendit ſedari poſſe tumultum
Non aliter, quàm ſi perſuaſum ciuibus eſſet,
Delicias menſis edicto arcere ſalubri:
Lactucis oleriq; antiquum reddere honorem,
Oblatiſq; cibis ſine magno viuere ſumptu.
Nunc age, dicamus cur ſint tam mollia bello
Corpora, & infractæ primo certamine mentes:
Cur malint turpes multi prætoria caſtra
Deſerere, & patriam ſæuo crudeliter hoſti
Prodere, quàm pulchris decus immortale mereri
Actibus, egregiaq; domum cum laude reuerti.
Non aliam potius credendum hoc tempore cauſam,
Quam fuit exitio quæ magnis vrbibus olim
Et populis: luxus nempe, immoderataq; rerum
Copia, conſiliiſq; bonis inimica voluptas.
Nam durata quibus ſunt corpora frigore & æſtu,
Aut quibus ægra fames bilem conciuit amaram,
Et ſitis anguſtas exercuit arida fauces,
Adſuetiq; malis & vitæ ſemper agreſti;
Hi facile & quemuis poterunt perferre laborem,
Et longas intra tentoria ducere noctes,

Et ſal-

Et ſaltu vallum ſuperare, & ſcandere muros:
Non vnquam arma ſuis humeris grauiora putabunt,
Quàm veſtem, aut tunicam, vel partes corporis ipſas.
At quem longa quies operum tam fecit inertem,
Cœnaq; longa iuuat, & ſextam ſomnus in horam,
Ille tibi raras referet certamine palmas,
Ille decem totis non menſibus ante ſedebit
Mœnia, ſed fugiet non viſo ſæpius hoſte.
Quàm ſe Roma diu nutriuit pulte fabiſque,
Nil vel conſiliis eius, vel reſtitit armis:
Gliribus at poſtquam, cœpitq; abdomine paſci.
Magnaque quadrato viuaria claudere ſaxo,
Et maria effoſſis immittere montibus intra
Piſcinas, molleſq; roſis inſternere lectos:
Perdidit ingenium, vires & corporis vnà.
Fortunata mihi multo magis illa videntur
Imperia, anguſtis quæ ſe tenuere locorum
Finibus, & laudem moderatæ quærere vitæ
Maluerint, ſolaq; adeò innoteſcere famâ:
Quàm quæ finitimis victricia gentibus arma
Oſtentant, alia ex aliis noua bella ſerendo
Quotidie; multaq; hominum ſibi cæde triumphos
Conficiunt, vano non veræ laudis amore.
Scilicet Eurotæ vetuit tranſcendere ripas
Ciues ille ſuos ſapienter. nanq; videbat
Qui ſemel excuſſis metam ſuperaſſet habenis,
Non facilè in gyrum rationis poſſe reduci.
Quod neq; tam docili potuiſſet in vrbe Lycurgus,
Nec poterunt aliis alii regionibus vnquam:
Ante niſi luxum tulerint, & turpia luxus
Inſtrumenta, coquos, gemmas, vnguenta, choreas,
Cæteraque iſtius generis, deliria mentis.
Non altè repetam: noſtrorum ætate parentum
Aut nulli fuit, aut paucis holoſerica veſtis:
Lanea veſtis erat ſcutatis empta duobus,

Nunc

Nunc fundi reditus veſti non ſufficit vni:
Sed neque regifico conſtructa palatia luxu,
Nec molli cæra fuit illis terſa ſupellex,
Attritos vngues ancillâ ſæpe querente.
Carpebant modicam ſub tecto paupere cœnam:
Lectus, menſa, domus munda hactenus, vt ſine ſorde:
Tantùm tergus equi pugnacis, & arma nitebant.
Hi tamen Inſubres Gallos, Genuamq; ſuperbam,
Fidentemq; mari Venetum, fudere cruentâ
Bis acie, totâ iuſſumq; abſiſtere terrâ,
Æquoreas intra pauidum clauſere paludes.
Nil erat, ad bellum quod eos tardaret eunteis:
Nil erat, à caſtris quod mox reuocaret in vrbem.
Victus vtrobique & veſtitus corporis idem.
Verùm de medio paulatim hæc vita receſſit;
Vix vlla vt veterum maneant veſtigia morum.
Olim prima fuit virtus, cohibere ſolutos
Corporis atq; animi motus; mediamq; tenere
Inter vtrumq; viam, parcum nimiumq; datorem.
Nunc eſt in precio, rerum maleſida ſuarum
Cuſtos, nequitia, & laxis effuſus habenis
Prodigus. hunc comites circunſtant vndiq; multi,
Quos glomerauit edax, & ventris amica voluptas;
Mox aliò quouis acciſis rebus ituros.
Atqui viuendi caſte parceq; magiſtram
Virtutem fugimus; vulgoq; horreſcimus omnes,
Importunum aliquem veluti ſæuumq; tyrannum.
Quinetiam nobis ſtudio blandimur aperto,
Præclari artifices ſceleris culpæq; tegendæ:
Nomina ponentes vitiorum rebus honeſtis,
Virtutum vitiis, abiecto fronte pudore.
Sic homines, hodie, frugi, appellamus auaros:
Contrà, miramur quibus arca eſt ſemper aperta
Omnem ad nequitiam, fœdæq; libidinis vſum:
Quorum perpetuò redolet nidore culina:

Quorum clauſa domus eſt ianua tempore nullo
Scortis ac ſcurris, balatronibus & paraſitis.
Laudibus effuſi tolluntur ad aſtra nepotes.
Hinc adeò fieri nullâ ratione modoq;
Vt ſua diſpenſent, paucisq; integra diebus
Effundant vno veluti patrimonia iactu.
Venimus ad ſummum: vitiorum prendimus arcem;
Publica priuatis opibus fortuna, bonisq;
Vincitur. & ſeu ſunt epulæ, ludiq; parandi,
Seu quiduis aliud ſumptu maiore gerendum,
Æquamus reges, & tollimus ardua cœlo
Cornua; non memores qui ſimus & vnde profecti.
Et qui nos caſus expectent fine ſupremo.
Non aurum à nobis, non gemmæ, & ſerica, reges,
Vellera diſtinguunt: epulamur lautius ipſis
Regibus: & Medos iam vincimus, Arſacidaſq;.
Non eſt priuatos quicquam diſcriminis inter
Et reges, niſi quòd multi latera vndiq; cingunt
Cuſtodes, denſæq; apparent regibus haſtæ.
Quis furor hic, quæ tanta animis dementia creuit,
Nemo ſuam & ſortem, nemo genus æſtimet vnde
Traxerit; & quibus eſt quondam maioribus ortus;
Quàm ſe ſuſcipiat digna atq; indigna, velut qui
Ingreditur cæcas hibernâ nocte per vmbras?
Nemo diu ſecum deliberet antè, paretne
Fortunas animi ingentibus, atq; labori
Adferat, an ſe amens oneri ſummittat iniquo?
Neſcis, Iapeti genus audax atq; ſuperbum,
Neſcis, Diis genitos reges permulta decere,
Quæ non conueniant aliis: diadema, coronas,
Sceptra & præferri ſolitum ingredientibus ignem
Cæſaribus, quæ ne priuatus transferat ad ſe,
Supplicio capitis leges ſanxere ſeueræ.
Munere pro magno, rex Antoninus amicis
Regali priuata dedit conuiuia cultu

Inſtruc-

Inſtruere, & totidem menſis adhibere miniſtros,
Ipſi quot numero cœnanti adſtare ſolebant:
Quod nihil attinuit ſponte alteriuſue rogatu
Concedi; vetitum niſi lege aut more fuiſſet.
Rana bouem dum vult imitari paruula magnum,
Turgentes venas inflauit, & ora, quouſq;
Abrupit ſeſe mediam, ventriſq; tumorem.
Tu nequid ſupra vires conere, memento;
Sed pro fortunâ, veſtitu atq; vtere cultu.
Et ſi peccandum eſt, quod erit minus elige ſemper.
Omnis enim ſecum trahit exuperantia damnum
Immedicum: ſequitur fraus atq; iniuria, ruptâ
Calcataq; fide. Quod ſi huc acceſſit egeſtas
Quæ ſolet hunc nimium ſplendorem claudere vitæ;
Deſpicient omnes, qui te coluere beatum:
Et tandem infidos fruſtra implorabis amicos,
Turpis, & inuiſus pariter nigriſq; boniſq;.
Hæc ſunt à nimio prognata incommoda luxu:
Verùm peccatur longè maiore periclo
In re communi: quia fraus ea reſpicit omnes.
Sæpe malus quæſtor ſimul vno tempore fudit
Diuitias, multos cumulatus antè per annos:
Et fiſcos abiens impunè reliquit inanes.
Nimirum exhauſtis & nil domi habentibus vltrò
Munera mandamus, repleant vt (credo) lacunam.
Hos tu poſſe putas, oculoſque manuſq; tenere,
Adſuetos epulis, adſuetos viuere lautè?
Nam cur is metuat rationem reddere, cui nil
Eſt in agris, & nominibus, nil deniq; in arcâ,
Ciuibus vnde ſuis reliquum perſoluere poſſit?
Iam non ſtultitiæ eſt mediocris credere regum
Fortunas, populiue potentis ſanctius aurum,
Cui per ſegnitiem priuata eſt nulla domi res?
Vidi nuper ego quendam, ſua qui bene nunquam
Geſſerat, adſcitum cuiuſdam in principis aulam:

Qui rem turbatam, confusamq; ordine certo
Dirigeret. facile hoc illi mage nihil fuit vnquam
Principiò: verùm primis derisa calendis
Credulitas eius; qui quem modò viderat in re
Sternentem propriâ, plus cernere posse putauit
Rebus in alterius. Nunc tu perquirere causas
Desine, tam magno quid ementibus omnia constent.
Luxus, nobilium perrupit in atria: luxus
Possidet artificumq; domos, humilesque tabernas.
Illo nil genuit natura voracius vnquam.
Quæritur expensæ par vndiq; copia: tantùm
Vt rem habeant, non vnde aut quâ ratione, laborant.
Hinc sunt immodici quæstus, auroq; repensa
Consilia: hinc etiam venalis præmia linguæ;
Quæ miseri iam ferre negant se posse clientes.
Hic operas pluris, grauiore hic fœnore nummos
Collocat. & precium annone fit maius in horas.
Denique multa fame tabescunt corpora passim.
Quòd si non abeat res longius, & neq; puris
Mentibus irrepant huius contagia morbi,
Nec Venerem Bacchus, Veneris nec suscitet ignes,
Hoc aliquà fortassis erat tolerabile damnum:
Nunc tumidæ Baccho venæ soluuntur in acrem
Mox venerem; plenisq; actus fluit ossibus humor.
Nec tam magna rei, quàm fit iactura pudoris.
Nupta domi residens, se negligit, atq; maritum:
Egressura foras gemmis ornatur & auro,
Et fuco maculas inhonesti contegit oris.
Scire velim cur tam lætetur dispare cultu?
Non, mihi crede, suo cupit illa placere marito,
Aut non huic soli: nam cur se negligat intus?
Omne adeò studium, melioris & anxia formæ
Cura, est obseruanda tibi, suspecta velut res.
Nec me composita hæc in fraudem oratio mutat:
Viuimus exleges, facimusq;, & dicimus (aiunt)

Omnia

Omnia liberius, deceat quàm fortè pudicas:
Attamen illæſum retinemus mente pudorem.
Tu bona ſis, & ne talis videare, labores?
Sæpe mali probrum ſpecie virtutis obumbrant.
Verùm qui bonus eſt malus optat nemo videri.
Quæ bene compta comâ, bene toto corpore compta eſt.
Depilare genas, ciliumque euellere gaudet,
Seque peregrinis per totam mercibus vrbem
Venditat, atq; oculos in ſe conuertit & ora.
Quæ perfunditur vnguentis ne puteat hircum,
Aurea quæ geſtat crebris diſtincta ſmaragdis
Cingula, cui talos veſtis deſcendit ad imos
Multicolor gemmis interlucentibus auro,
Vnio cui grandis propendet ab aure foratâ,
Adde iſtuc operis Phrygii femoralia (credo)
Quo cadat, inq; thorum decumbat honeſtius: auſis.
Auſis hanc mihi tu pro certo dicere caſtam?
Sed, quod præcipuè eſt hac tempeſtate dolendum,
Nec dici caſtæ, nec tales eſſe laborant:
Matronis adeò pudor omnis fronte receſſit.
Ad cœnam veniunt etiam non ſæpe vocatæ:
Supremâ dominæ menſarum in parte locantur,
Diuerſo ſpatio, longeq; à ſede mariti,
Vnde queat nemo vocem exaudire loquentum.
Proximus à charis locus eſt inſeſſus amicis,
Quos nunc appellant vrbano nomine ſeruos.
Hi ſunt depoſito qui libertatis honore,
Mancipio ſeſe Veneri nexuq; dederunt:
Exempliſq; ſuam gaudent prætexere culpam,
Et longo numerant antiquos ordine reges,
Atq; alios, quibus ipſa dedit ſapientia nomen,
Quorum multa foris memorantur fortia facta,
Multa domi: ſed qui ſubiere Cupidinis vltro
Imperium. Quis enim crudeli neſcit amore
Magnanimum Æacidem captiuæ arſiſſe puellæ?

Ille etiam domitorq; virûm, domitorq; ferarum
Alcides, tandem poſitis inglorius armis,
Fœmineo in cœtu, fuſos & mollia penſa
Tractauit manibus, muliebri indutus amictu,
Iuſſa minantis heræ ſeruili more capeſſens.
Addunt huc regem Iudæi ſanguinis, illum
Ædificatorem templi Solomona ſuperbi:
Cui centum errabant meretrices atria circum
Annis iam ſenioq; graui, cùm prima iuuenta
Prima carens maculâ, & ſine probro vita fuiſſet.
Iam verò Deus ipſe Deus, correptus amore
Virginis, ora ſibi fingens mortalia, patri
Admeto potuit multos ſeruire per annos.
Paſtum duxit oues, paſtas ſub tecta reduxit:
Ignoriq; diu latuit ſub imagine ſerui.
Hinc tibi ſtupra Deûm magnis celebrata poetis:
Præcipuè verò duri connubia Martis,
Et Veneris. Quaſi nulla hominum natura Deûmq;
Nulla adeò virtus, præſertim bellica, pluris
Non dominâ ſemper, quam libertate fruiſci
Duxerit, & Veneri non ſe permiſerit vltrò.
Cur igitur dubites (aiunt) ſummittere leni
Colla iugo, imperium cur detrectare puellæ,
Quod Diis non viſum graue ſit, non vſq; pudendum?
Hæc ſunt vana gregis maculoſi, & turpia dicta.
Nunc illuc redeo, digreſſus eram prius vnde.
Mille tibi memorem menſarum numina, mille
Condimentorum ſpecies & fercula mille:
Argento ſolido lances, auroq; nitenteis;
Inter quas, acies oculorum & mentis hebeſcit.
Poſcunt Hiſpanum, vel quod Prouincia miſit,
Aut quondam nutrix magnorum Creta Deorum.
Nam patrii calices & vina domeſtica ſordent:
Ad multam fœcunda trahunt conuiuia noctem.
Multa palàm dicunt, & in aurem multa ſuſurrant,

Non

Non oculis illæ,non vultu aut ore pudico.
O, Romanarum legum veneranda poteſtas
Sublata è viuis! ò, Fannia & Oppia leges!
Exiſtetne aliquis conceſſu & munere Diuûm,
Errorem hunc animis hominum, qui demere poſſit,
Et noſtri immenſis moderetur ſumptibus æui?
Iulia dudum lex abiit: quam ſi quis in vrbem
Conetur reuocare, ferat conuicia multa:
Vxores adeò pugnent, ipſiq; mariti,
(Tanta quibus paruo minor eſt iniuria quæſtu)
Vt mores teneant,ne lex tam dura feratur.
Permiſcent etiam diuina,humanaque iura,
(Horrendum dictu) vt qui ſunt modò corpore iuncti,
Non animis, aliunde nouos ſibi quærere amores,
Iungere pro libito connubia, ſoluere poſſint.
Hæc animorum (aiunt) coniunctio, corporis illa:
Illa hominum verbis, monitu hæc contracta Deorum:
Quo nihil in vita potuit ſceleratius vnquam
Effingi. quid enim reſtat, niſi more ferarum,
Vt cui quæq; viro prius eſt oblata ſequatur
Protinus: ignotum refert nihil,an bene notum,
Formoſum an deformem,alienum an ſanguine iunctum?
Iam nimio impedior ne dicam plura pudore.
Si quis ab externis venit nouus incola terris,
Et tenuem victum ſimul & rarum comitatum
Spernis in illo homine. at ſimilis tu nempe Catoni,
Qui quondam Heſperiam cum Proprætore teneret,
Treis ſecum ſeruos non plures vnus habebat,
Exiguæ viliſq; togæ præcinctus amictu,
Et pedibus nudis incedens,vertice nudo:
Hunc tamen vt Numen prouincia tota colebat,
Et mirata domum eſt redeuntem maxima Roma.
Si liceat votis alienam quærere laudem,
Aut, ſi, cui libeat, ſimilem te fingere poſſis,
Dic mihi,num malis perſonam & nomen Apici

Auctoris patinæ Æſopi, Bitiæue bibacis,
Quàm ſenis illius venerandi quem modò dixi,
Aut qui diuitias Pyrrhi deſpexit & aurum,
Quique domum rediit clarus Lacedæmone victâ,
Clarior at ſtudiis domitaq; libidine multò:
Aut quorum in funus plebecula contulit aſſes,
Et natis alimenta dedit doteſq; puellis.
Quòd ſi tanta animo ſit nobis cura colendo,
Quantum nos operæ nocteſq; dieſq; tuendi
Corporis, aut ornandi cauſa primus vltrò,
Cernamus faciè & quid pulchrum, & quid ſit honeſtum,
Hoc verò ſtudium quàm circa corpus inane eſt?
Ac ſiquis veſtem neglecto corpore curet,
Aut alia ipſius cauſâ quæcunq; parantur.
Non hæc ſunt animorum oblectamenta bonorum,
Omnia deſpiciunt, quæ tu miraris & optas,
Et curis animum longè melioribus addunt:
Occultas rerum gaudent cognoſcere cauſas,
Et patriæ prodeſſe ſuæ, prodeſſe propinquis,
Hoſpitio qui ſunt & amoris fœdere iuncti,
Priuatim exercent odium cum nemine: tantùm
Vt rectè valeant in vitâ corpora curant,
Nec ſeſe replent potu vberiore, ciboq;,
Quàm ſatis ad vires cognoſcunt eſſe tuendas.
Adde ſuis æquâ ſemper quod mente fruuntur.
Non alios bello, non ſummo iure laceſſunt;
Tam tibi diſſimiles, quàm ſunt inſomnia veris,
Aut pictæ facies viuis animantibus, aut quàm
Recta valetudo ſanuſq; in corpore ſuccus,
Tubere crurum & ventris aquaq; intercute diſtat.
Sed nos ad ſummum deuenimus vſq; malorum,
Et grauis excepit noſtras obliuio mentes
Numinis æterni. Dictis pugnamus & armis
Queis de relligione animo ſententia ſedit
Verior: interea tabulas & tradita Moſi

Aurea

Aurea verba decem ſublimi in vertice montis,
Sermones Domini & ſanctorum dogmata patrum
Spernimus. hinc animis alius ſubnaſcitur error,
Cæca latens intus velut ignorantia noſtri.
Nam poſtquam cœpere homines auertere mentem
Diis ſuperis, ſubita his oculi caligine preſſi,
Vt neq; ſe prorſus ex illo tempore noſſent:
Non aliter fulgens ac Lunæ cernimus aſtrum,
Obſcurum fieri mox, lumine Solis adempto.
Atq; hodie, velut ignari qui ſæpe locorum
Montibus excelſis, & in imis vallibus errant.
Aut ſiluâ in magnâ: ſic mens incerta vagatur
Huc illuc, & tanquam alieno in corpore viuit.
Hinc quia naturæ neſcimus commoda noſtræ,
Quæ ſunt in nobis cæci, quæq; intus habemus,
Nobis eueniant, optamus. Sic ego quod tu,
Quod ſum ego, tu fieri cupis: hic ſe vertere in illum,
Rurſus in hunc cupit ille, nouamq; aptare figuram.
Nunc fieri miles, nunc ſutor, nunc citharœdus,
Aut quodcunq; aliud in mentem venerit ipſi,
Si liceat, velit, & poſt paulò ad prima reuerti,
Inde ſuos mutant & mas & fœmina ſexus:
Ille habitu & membris quàm fœmina mollior omnis,
Hæc pertæſa ſui, ſexuq; licentior ipſo,
In medium gaudet procedere veſte virili,
Et ſummo capiti pennas aptare volucrum:
Qualis erat Troiæ quondam ſub mœnibus altis
Hectore congreſſus magno criſtatus Achilles.
Iam non fœmineus pudor eſt, non ſexus in illis:
Ipſa libidinibus parce natura miniſtrat:
Monſtra voluptatum modò quærunt vndiq; ceſſo
Dicere, ne minuam dicendo maxima. Tantùm
Exclamare libet, cæloq; excire ſonantem:
Reſpiciat mores aliquando, & tempora noſtra.
Ecce dies properat, niſi falſus noſter Apollo eſt,

Et quæ prodita ſunt libris oracula ſacris,
Quo cœlum & terras ſæuus commiſceat igni
Iuppiter, & magni ruat ingens machina mundi.

Ad Ioannem Moruillerium.

Si quis agro longe veniens modò ruſticus aulam
Introeat regis, quam nunquam viderit antè,
Multa ferens oculos partes miretur in omnes,
Nidorem imprimis tepidæ ſtrepitumq; culinæ,
Lucentemq; focum: mox primæ in limine portæ
Cuſtodes haſtas manibus ferrumq; tenentes,
Argento textis ſagulis auroq; decoros,
Interius thalamos centum, conclauia centum,
Et ſuper auratis ſpectet laquearia tignis,
Et diſpoſita locis Pario de marmore ſigna.
At verò foribus Princeps dum manè ſuperbis
Egreditur, magnâ procerum ſtipante coronâ,
Quot ibi concurſus hominum, quantaq; videret
Ambitione, locis ex omnibus obuia ferri
Agmina denſa virûm: vel qualis (Iuppiter) illi
Cœna videretur regali condita luxu,
Dulcia præſertim pueri ſi carmina cantent
Ad citharam, reſonetque ſono teſtudinis aula.
Omnia quæ poſtquam luſtrauerit ille beatum
Ante alios omnes regem putet eſſe, beatos
Illâ putet nullos, niſi qui verſentur in aulâ.
Malit in his regum domibus viliſſima fungi
Munia, quàm centum campos inuertere tauris,
Ruſticus vrbanis itidem videatur, idemq;
Omnibus, inſolitæ ſpecies quos ceperit aulæ.
Experti mala plura bonis occulta ſubeſſe
Comperiunt, illoq; tegi fulgore dolores
Innumeros, comitemq; per omnia tempora curam;
Malint eſſe domi nigrum cum furfure panem,
Læto hilariq; animo, quàm plenas fellis amari
Carpere delicias. Iam quæ deterrima res eſt,

Tan-

Digitized by Google

Tantorum videas nullum tamen eſſe malorum
Effugium, nulli hinc adeò pauciue referre
Diis grati potuere pedem : dum cogitat ille
Quà ſeſe expediat, veniaq; potentis amici
Diſceſſum meditatur. at hic dum plura recedens
Ferre parat ſemperq; augendo intendit aceruo,
Dumq; alius metuit ne pòſt oblitus amicis
Tot bona non tutò poſſit malè parta fruiſci,
Quæque aliis fecit, ne deteriora vel illis
Ipſe ferat, Nemeſiſq; vltrices ſentiat iras;
Incautos veniens ſubitò mors occupat omnes:
Et quæ impunè prius fuerant auctoribus ipſis,
Sæpè luit peccata bonis fugientibus hæres.
At cæcum mortale genus non deſinit vltrò
Accuſare Deos, tanquam hoc indigna ferente:
Haud ſecum reputans & lentam vindicis iram
Numinis, ad ſeros extendi ſæpe nepotes.
Dicendum nobis aliâs, communia ſummis
Quæ mala ſint imis pariter cultoribus aulæ.
Nunc mihi conditio miſerabilis illa videtur
Regum magnorumq; ducum, qui mille labores
Suſcipiunt & mille pericula fortiter, ipſam
Nec patriæ cauſâ dubitant profundere vitam:
Atq; his nulla malis pòſt gratia redditur imò
Sæpius inuidiamque ſenes odiumque reportant.
Quarta duces noſtros, atq; ipſum tertia regem
Luna videt ſiccos primùm durare calores,
Nunc etiam mediis pluuias & frigora campis,
Ferre famem, duramque ſitim, varioſque labores,
Cum poſſint altis ſe claudere mœnibus illi,
Sublimique ex arce procul ſpectare vagantem
Circum agros hoſtilem equitum peditùmq; procellam:
Poſſit rex aliis ducibus committere curam
Caſtrorum; poſſit comitatus pubere nato
Finibus extremis abiens, petere intima regni,

Et quæ prodita ſunt libris oracula ſacris,
Quo cœlum & terras ſæuus commiſceat igni
Iuppiter, & magni ruat ingens machina mundi.

Ad Iannm Moruillierium.

Siquis agro longè veniens modò ruſticus aulam
Introeat regis, quam nunquam viderit antè,
Multa ferens oculos partes miretur in omnes,
Nidorem imprimis tepidæ ſtrepitumq; culinæ,
Lucentemq; focum: mox primæ in limine portæ
Cuſtodes haſtas manibus ferrumq; tenentes,
Argento textis ſagulis auroq; decoros,
Interius thalamos centum, conclauia centum,
Et ſuper auratis ſpectet laquearia tignis,
Et diſpoſta locis Pario de marmore ſigna.
At verò foribus Princeps dum manè ſuperbis
Egreditur, magnâ procerum ſtipante coronâ,
Quos ibi concurſus hominum, quantaq; videret
Ambitione, locis ex omnibus obuia ferri
Agmina denſa virûm: vel qualis (Iuppiter) illi
Cœna videretur regali condita luxu,
Dulcia præſertim pueri ſi carmina cantent
Ad citharam, reſonetque ſono teſtudinis aula.
Omnia quæ poſtquam luſtrauerit ille beatum
Ante alios omnes regem putet eſſe, beatos
Eſſe putet nullos, niſi qui verſentur in aulâ.
Malit in his regum domibus viliſſima fungi
Munia, quàm centum campos inuertere tauris,
Forſitan vrbanis itidem videatur, idemq;
Omnibus, inſolitæ ſpecies quos ceperit aulæ.
Experti, mala plura bonis occulta ſubeſſe
Comperiunt, illoq; tegi fulgore dolores
Innumeros, comitemq; per omnia tempora curam;
Malint eſſe domi nigrum cum furfure panem,
Læto hilariq; animo, quàm plenas fellis amari
Carpere delicias. iam quæ deterrima res eſt,

Tan-

Tantorum videas nullum tamen eſſe malorum
Effugium, nulli hinc adeò pauciue referre
Diis grati potuere pedem: dum cogitat ille
Quà ſeſe expediat, veniaq; potentis amici
Diſceſſum meditatur. at hic dum plura recedens
Ferre parat ſemperq; augendo intendit aceruo,
Dumq; alius metuit ne pòſt oblitus amicis
Tot bona non tutò poſſit malè parta fruiſci,
Quæque aliis fecit, ne deteriora vel illis
Ipſe ferat, Nemeſiſq; vltrices ſentiat iras;
Incautos veniens ſubitò mors occupat omnes:
Et quæ impunè prius fuerant auctoribus ipſis,
Sæpè luit peccata bonis fugientibus hæres.
At cæcum mortale genus non deſinit vltrò
Accuſare Deos, tanquam hoc indigna ferente:
Haud ſecum reputans & lentam vindicis iram
Numinis, ad ſeros extendi ſæpe nepotes.
Dicendum nobis aliâs, communia ſummis
Quæ mala ſint imis pariter cultoribus aulæ.
Nunc mihi conditio miſerabilis illa videtur
Regum magnorumq; ducum, qui mille labores
Suſcipiunt & mille pericula fortiter, ipſam
Nec patriæ cauſâ dubitant profundere vitam:
Atq; his nulla malis pòſt gratia redditur imò
Sæpius inuidiamque ſenes odiumque reportant.
Quarta duces noſtros, atq; ipſum tertia regem
Luna videt ſiccos primùm durare calores,
Nunc etiam mediis pluuias & frigora campis,
Ferre famem, duramque ſitim, varioſque labores,
Cum poſſint altis ſe claudere mœnibus illi,
Sublimique ex arce procul ſpectare vagantem
Circum agros hoſtilem equitum peditùmq; procellam?
Poſſit rex aliis ducibus committere curam
Caſtrorum; poſſit comitatus pubere nato
Finibus extremis abiens, petere intima regni;

Sed

Digitized by

Et quæ prodita ſunt libris oracula ſacris,
Quo cœlum & terras ſæuus commiſceat igni
Iuppiter, & magni ruat ingens machina mundi.

Ad Iannm Moruillierium.

Siquis agro longè veniens modò ruſticus aulam
Introeat regis, quam nunquam viderit antè,
Multa ferens oculos partes miretur in omnes,
Nidorem imprimis tepidæ ſtrepitumq; culinæ,
Lucentemq; focum: mox primæ in limine portæ
Cuſtodes haſtas manibus ferrumq; tenentes,
Argento textis ſagulis auroq; decoros,
Interius thalamos centum, conclauia centum,
Et ſuper auratis ſpectet laquearia tignis,
Et diſpoſta locis Pario de marmore ſigna.
At verò foribus Princeps dum manè ſuperbis
Egreditur, magnâ procerum ſtipante coronâ,
Quos ibi concurſus hominum, quantaq; videret
Ambitione, locis ex omnibus obuia ferri
Agmina denſa virûm: vel qualis (Iuppiter) illi
Cœna videretur regali condita luxu,
Dulcia præſertim pueri ſi carmina cantent
Ad citharam, reſonetque ſono teſtudinis aula.
Omnia quæ poſtquam luſtrauerit ille beatum
Ante alios omnes regem putet eſſe, beatos
Eſſe putet nullos, niſi qui verſentur in aulâ.
Malit in his regum domibus viliſſima fungi
Munia, quàm centum campos inuertere tauris,
Forſitan vrbanis itidem videatur, idemq;
Omnibus, inſolitæ ſpecies quos ceperit aulæ.
Experti, mala plura bonis occulta ſubeſſe
Comperiunt, illoq; tegi fulgore dolores
Innumeros, comitemq; per omnia tempora curam;
Malint eſſe domi nigrum cum furfure panem,
Læto hilariq; animo, quàm plenas fellis amari
Carpere delicias. iam quæ deterrima res eſt,

Tan-

Tantorum videas nullum tamen eſſe malorum
Effugium, nulli hinc adeò pauciue referre
Diis grati potuere pedem: dum cogitat ille
Quà ſeſe expediat, veniaq; potentis amici
Diſceſſum meditatur. at hic dum plura recedens
Ferre parat, ſemperq; augendo intendit aceruo,
Dumq; alius metuit ne pòſt oblitus amicis
Tot bona non tutò poſſit malè parta fruiſci,
Quæque aliis fecit, ne deteriora vel illis
Ipſe ferat, Nemeſiſq; vltrices ſentiat iras;
Incautos veniens ſubitò mors occupat omnes:
Et quæ impunè prius fuerant auctoribus ipſis,
Sæpè luit peccata bonis fugientibus hæres.
At cæcum mortale genus non deſinit vltrò
Accuſare Deos, tanquam hoc indigna ferente:
Haud ſecum reputans & lentam vindicis iram
Numinis, ad ſeros extendi ſæpe nepotes.
Dicendum nobis aliâs, communia ſummis
Quæ mala ſint imis pariter cultoribus aulæ.
Nunc mihi conditio miſerabilis illa videtur
Regum magnorumq; ducum, qui mille labores
Suſcipiunt & mille pericula fortiter, ipſam
Nec patriæ cauſâ dubitant profundere vitam:
Atq; his nulla malis pòſt gratia redditur imò
Sæpius inuidiamque ſenes odiumque reportant.
Quarta duces noſtros, atq; ipſum tertia regem
Luna videt ſiccos primùm durare calores,
Nunc etiam mediis pluuias & frigora campis,
Ferre famem, duramque ſitim, varioſque labores,
Cum poſſint altis ſe claudere mœnibus illi,
Sublimique ex arce procul ſpectare vagantem
Circum agros hoſtilem equitum peditùmq; procellam:
Poſſit rex aliis ducibus committere curam
Caſtrorum; poſſit comitatus pubere nato
Finibus extremis abiens, petere intima regni,

Sed

Et quæ prodita ſunt libris oracula ſacris,
Quo cœlum & terras ſæuus commiſceat igni
Iuppiter, & magni ruat ingens machina mundi.

Ad Iannm Moruillierium.

Siquis agro longè veniens modò ruſticus aulam
Introeat regis, quam nunquam viderit antè,
Multa ferens oculos partes miretur in omnes,
Nidorem imprimis tepidæ ſtrepitumq; culinæ,
Lucentemq; focum: mox primæ in limine portæ
Cuſtodes haſtas manibus ferrumq; tenentes,
Argento textis ſagulis auroq; decoros,
Interius thalamos centum, conclauia centum,
Et ſuper auratis ſpectet laquearia tignis,
Et diſpoſta locis Pario de marmore ſigna.
At verò foribus Princeps dum manè ſuperbis
Egreditur, magnâ procerum ſtipante coronâ,
Quos ibi concurſus hominum, quantaq; videret
Ambitione, locis ex omnibus obuia ferri
Agmina denſa virûm: vel qualis (Iuppiter) illi
Cœna videretur regali condita luxu,
Dulcia præſertim pueri ſi carmina cantent
Ad citharam, reſonetque ſono teſtudinis aula.
Omnia quæ poſtquam luſtrauerit ille beatum
Ante alios omnes regem putet eſſe, beatos
Eſſe putet nullos, niſi qui verſentur in aulâ.
Malit in his regum domibus viliſſima fungi
Munia, quàm centum campos inuertere tauris,
Forſitan vrbanis itidem videatur, idemq;
Omnibus, inſolitæ ſpecies quos ceperit aulæ.
Experti, mala plura bonis occulta ſubeſſe
Comperiunt, illoq; tegi fulgore dolores
Innumeros, comitemq; per omnia tempora curam;
Malint eſſe domi nigrum cum furfure panem,
Læto hilariq; animo, quàm plenas fellis amari
Carpere delicias, iam quæ deterrima res eſt,

Tan-

Digitized by Google

Tantorum videas nullum tamen eſſe malorum
Effugium, nulli hinc adeò pauciue referre
Diis grati potuere pedem: dum cogitat ille
Quà ſeſe expediat, veniaq; potentis amici
Diſceſſum meditatur. at hic dum plura recedens
Ferre parat ſemperq; augendo intendit aceruo,
Dumq; alius metuit ne pòſt oblitus amicis
Tot bona non tutò poſſit malè parta fruiſci,
Quæque aliis fecit, ne deteriora vel illis
Ipſe ferat, Nemeſiſq; vltrices ſentiat iras;
Incautos veniens ſubitò mors occupat omnes:
Et quæ impunè prius fuerant auctoribus ipſis,
Sæpè luit peccata bonis fugientibus hæres.
At cæcum mortale genus non deſinit vltrò
Accuſare Deos, tanquam hoc indigna ferente:
Haud ſecum reputans & lentam vindicis iram
Numinis, ad ſeros extendi ſæpe nepotes.
Dicendum nobis aliâs, communia ſummis
Quæ mala ſint imis pariter cultoribus aulæ.
Nunc mihi conditio miſerabilis illa videtur
Regum magnorumq; ducum, qui mille labores
Suſcipiunt & mille pericula fortiter, ipſam
Nec patriæ cauſâ dubitant profundere vitam:
Atq; his nulla malis pòſt gratia redditur imò
Sæpius inuidiamque ſenes odiumque reportant.
Quarta duces noſtros, atq; ipſum tertia regem
Luna videt ſiccos primùm durare calores,
Nunc etiam mediis pluuias & frigora campis,
Ferre famem, duramque ſitim, varioſque labores,
Cum poſſint altis ſe claudere mœnibus illi,
Sublimique ex arce procul ſpectare vagantem
Circum agros hoſtilem equitum peditùmq; procellam:
Poſſit rex aliis ducibus committere curam
Caſtrorum; poſſit comitatus pubere nato
Finibus extremis abiens, petere intima regni,

Sed

Auctoris patinæ Æſopi, Bitiæue bibacis,
Quàm ſenis illius venerandi quem modò dixi,
Aut qui diuitias Pyrrhi deſpexit & aurum,
Quique domum rediit clarus Lacedæmone victâ,
Clarior at ſtudiis domitaq; libidine multò:
Aut quorum in funus plebecula contulit aſſes,
Et natis alimenta dedit doteſq; puellis.
Quòd ſi tanta animo ſit nobis cura colendo,
Quantum nos operæ nocteſq; dieſq; tuendi
Corporis, aut ornandi cauſa primus vltrò,
Cernamus faciè & quid pulchrum, & quid ſit honeſtum,
Hoc verò ſtudium quàm circa corpus inane eſt?
Ac ſiquis veſtem neglecto corpore curet,
Aut alia ipſius cauſâ quæcunq; parantur.
Non hæc ſunt animorum oblectamenta bonorum,
Omnia deſpiciunt, quæ tu miraris & optas,
Et curis animum longè melioribus addunt:
Occultas rerum gaudent cognoſcere cauſas,
Et patriæ prodeſſe ſuæ, prodeſſe propinquis,
Hoſpitio qui ſunt & amoris fœdere iuncti,
Priuatim exercent odium cum nemine: tantùm
Vt rectè valeant in vitâ corpora curant,
Nec ſeſe replent potu vberiore, ciboq;,
Quàm ſatis ad vires cognoſcunt eſſe tuendas.
Adde ſuis æquâ ſemper quod mente fruuntur.
Non alios bello, non ſummo iure laceſſunt;
Tam tibi diſſimiles, quàm ſunt in ſomnia veris,
Aut pictæ facies viuis animantibus, aut quàm
Recta valetudo ſanuſq; in corpore ſuccus,
Tubere crurum & ventris aquaq; intercute diſtat.
Sed nos ad ſummum deuenimus vſq; malorum,
Et grauis excepit noſtras obliuio mentes
Numinis æterni. Dictis pugnamus & armis
Queis de relligione animo ſententia ſedit
Verior: interea tabulas & tradita Moſi

Aurea

Aurea verba decem ſublimi in vertice montis,
Sermones Domini & ſanctorum dogmata patrum
Spernimus. hinc animis alius ſubnaſcitur error,
Cæca latens intus velut ignorantia noſtri.
Nam poſtquam cœpere homines auertere mentem
Diis ſuperis, ſubita his oculi caligine preſſi,
Vt neq; ſe prorſus ex illo tempore noſſent:
Non aliter fulgens ac Lunæ cernimus aſtrum,
Obſcurum fieri mox. lumine Solis adempto.
Atq; hodie. velut ignari qui ſæpe locorum
Montibus excelſis, & in imis vallibus errant.
Aut ſiluâ in magnâ: ſic mens incerta vagatur
Huc illuc, & tanquam alieno in corpore viuit.
Hinc quia naturæ neſcimus commoda noſtræ,
Quæ ſunt in nobis cæci, quæq; intus habemus,
Nobis eueniant, optamus. Sic ego quod tu,
Quod ſum ego, tu fieri cupis: hic ſe vertere in illum,
Rurſus in hunc cupit ille. nouamq; aptare figuram.
Nunc fieri miles, nunc ſutor, nunc citharœdus,
Aut quodcunq; aliud in mentem venerit ipſi,
Si liceat, velit, & poſt paulò ad prima reuerti,
Inde ſuos mutant & mas & fœmina ſexus:
Ille habitu & membris quàm fœmina mollior omnis,
Hæc pertæſa ſui, ſexuq; licentior ipſo,
In medium gaudet procedere veſte virili,
Et ſummo capiti pennas aptare volucrum:
Qualis erat Troiæ quondam ſub mœnibus altis
Hectore congreſſus magno criſtatus Achilles.
Iam non fœmineus pudor eſt, non ſexus in illis:
Ipſa libidinibus parce natura miniſtrat:
Monſtra voluptatum modò quærunt vndiq; ceſſo
Dicere, ne minuam dicendo maxima. Tantùm
Exclamare libet, cæloq; excire ſonantem:
Reſpiciat mores aliquando, & tempora noſtra.
Ecce dies properat, niſi falſus noſter Apollo eſt,

Et quæ prodita ſunt libris oracula ſacris,
Quo cœlum & terras ſæuus commiſceat igni
Iuppiter, & magni ruat ingens machina mundi.

Ad Iannm Moruillerium.

Siquis agro longè veniens modò rusticus aulam
Introeat regis, quam nunquam viderit antè,
Multa ferens oculos partes miretur in omnes,
Nidorem imprimis tepidæ ſtrepitumq; culinæ,
Lucentemq; focum: mox primæ in limine portæ
Cuſtodes haſtas manibus ferrumq; tenentes,
Argento textis ſagulis auroq; decoros,
Interius thalamos centum, conclauia centum,
Et ſuper auratis ſpectet laquearia tignis,
Et diſpoſta locis Pario de marmore ſigna.
At verò foribus Princeps dum manè ſuperbis
Egreditur, magnâ procerum ſtipante coronâ,
Quos ibi concurſus hominum quantaq; videret
Ambitione, locis ex omnibus obuia ferri
Agmina denſa virûm: vel qualis (Iuppiter) illi
Cœna videretur regali condita luxu,
Dulcia præſertim pueri ſi carmina cantent
Ad citharam, reſonetque ſono teſtudinis aula.
Omnia quæ poſtquam luſtrauerit ille beatum
Ante alios omnes regem putet eſſe, beatos
Eſſe putet nullos, niſi qui verſentur in aulâ.
Malit in his regum domibus viliſſima fungi
Munia, quàm centum campos inuertere tauris,
Forſitan vrbanis itidem videatur, idemq;
Omnibus, inſolitæ ſpecies quos ceperit aulæ.
Experti, mala plura bonis occulta ſubeſſe
Comperiunt, illoq; tegi fulgore dolores
Innumeros, comitemq; per omnia tempora curam;
Malint eſſe domi nigrum cum furfure panem,
Læto hilariq; animo, quàm plenas fellis amari
Carpere delicias. iam quæ deterrima res eſt,

Tan-

Tantorum videas nullum tamen eſſe malorum
Effugium, nulli hinc adeò pauciue referre
Diis grati potuere pedem: dum cogitat ille
Quà ſeſe expediat, veniaq; potentis amici
Diſceſſum meditatur. at hic dum plura recedens
Ferre parat ſemperq; augendo intendit aceruo,
Dumq; alius metuit ne pòſt oblitus amicis
Tot bona non tutò poſſit malè parta fruiſci,
Quæque aliis fecit, ne deteriora vel illis
Ipſe ferat, Nemeſiſq; vltrices ſentiat iras;
Incautos veniens ſubitò mors occupat omnes:
Et quæ impunè prius fuerant auctoribus ipſis,
Sæpè luit peccata bonis fugientibus hæres.
At cæcum mortale genus non deſinit vltrò
Accuſare Deos, tanquam hoc indigna ferentes:
Haud ſecum reputans & lentam vindicis iram
Numinis, ad ſeros extendi ſæpe nepotes.
Dicendum nobis aliâs, communia ſummis
Quæ mala ſint imis pariter cultoribus aulæ.
Nunc mihi conditio miſerabilis illa videtur
Regum magnorumq; ducum, qui mille labores
Suſcipiunt & mille pericula fortiter, ipſam
Nec patriæ cauſâ dubitant profundere vitam:
Atq; his nulla malis pòſt gratia redditur imò
Sæpius inuidiamque ſenes odiumque reportant.
Quarta duces noſtros, atq; ipſum tertia regem
Luna videt ſiccos primùm durare calores,
Nunc etiam mediis pluuias & frigora campis,
Ferre famem, duramque ſitim, varioſque labores,
Cum poſſint altis ſe claudere mœnibus illi,
Sublimique ex arce procul ſpectare vagantem
Circum agros hoſtilem equitum peditùmq; procellam:
Poſſit rex aliis ducibus committere curam
Caſtrorum; poſſit comitatus pubere nato
Finibus extremis abiens, petere intima regni,

Sed

Sed nihil indignum ſe, nil maioribus vnquam
Ille ſuis faceret, nil tanti nomine regis
His meritis laudi quæ ſunt ingentia, quàm non
Ingratis merces à ciuibus æqua refertur.
Si patriæ fines audax inuaſerit hoſtis,
Si tutanda ſalus, ſi vim prohibere neceſſe eſt,
Obſtipo capite & malè ſurdis auribus omnes
Regis ad imperium reſtant vocemq; tributi:
Tanquam bella geri poſſint ſine ſumptibus vllis.
Non tot ab externis, aiunt cogenda fuiſſe
Gentibus auxilia: & proprias ſatis vſq; videri
Hoſtibus arcendis, alio ſine milite vires.
Conſultò efferri fictis rumoribus hoſtes
Ad cœlum, ſemperq; in maius robora tolli.
Hanc accerſendis regem prætexere cauſam
Auxiliis, ſua cui plus quàm ſatis arma ſuperſunt,
At regem, aut alium quis credere poſſit egentem
Non opus externæ, nullos conducere in vſus
Tot voluiſſe virûm tanto ſibi millia ſumptu
Tam procul hinc, grauibuſq; ſuos onerare tributis?
Non adeò non ille ſui eſt ignarus, & vſq;
Immemor officii, non vt perpenderit antè
Et genus & numerum, & vires & militis arma,
Quiq; metus præſens animis, pugnæue cupido:
Atq; ea num potiora ſuis an in hoſte minora.
Quid? fuga Quintinos ea nuper facta per agros
Non ſatis oſtendit, quid ſolis Gallia poſſit
Freta ſuis, equiti quæ ſit fiducia noſtro?
Tam paucis animos illi rediiſſe diebus,
Aut tirone putas conferri milite tutò
Poſſe manum, nihil vt valeat nihil vſus in armis?
Quid ſi conciſum hunc equitem componimus hoſti,
Neſcio quot pariter noſtrâ ne gente cohortes
Horrida Germanæ poterunt tot millia gentis
Ferre, tot Hiſpanos, Belgas ſimul atq; Britannos:

Quos

Quos illæ integris & adhuc cùm viribus eſſent,
Expectare in ſe non ſuſtinuere ruentes?
Quid non plus illis animi victoria duplex
Addidit. aut nobis non ſpem fuga turpis ademit?
Atque vtinam poſitis pacatus viueret orbis
Enſibus & gladiis. ſæuo nec milite nobis
Eſſet opus. ſed quando malum hoc commune videmus
Omnibus, æternumque fuit: nec dedita multum
Armorum eſt hodie ſtudiis; ciuilia longè
Plus amat, & varias exercet in vrbibus artes,
Aut intendit agris plebecula noſtra colendis:
Conductas operas trans Rhenum accerſere & Albim
Cogimur, aut patriam Flandris exponere prædæ.
Si videas, qui nunc modicum conferre tributum
Militibus renuiſque ferox ſtipendia noſtri;
Si videas rectis ad te contendere ſignis
Hiſpanas acies, vrbi ſi fortè propinquas,
Omnem agrum circum populari, incendere tecta,
Quid non pollicearis vt hac formidine quiſquam
Liberet, incolumem & ſaluum te præſtet ab hoſte?
Nunc quereris, cœlum atq; Deos teſtaris auarè,
Si quid ab immenſo numerare iuberis aceruo.
At qua conditione? ſolent qua nempe profani
Mutua Iudæi numerare petentibus æra,
Quæ pòſt accipiens magno cum fœnore reddat.
Dum celeres Turcæ Byzanti ad longa ſederent
Mœnia, Cæſar inops animi rerumq;, rogabat
Suppliciter ciues, tantum & commune periclum
Vt ne deſpicerent, aliquid conferre tributi
Protinus, vnde viros miſeræ conduceret vrbis
Præſidio, quam ſe ſimul & ſua perdere mallent.
Non magis hi dictis aurem precibuſq; dedere,
Quàm ſi non idem foret hoſtis, idemq; periclum
Omnibus: aut regi bellum, non ciuibus eſſet.
Vrbs deſerta ſuis capitur, nec barbarus enſis
Vlli hominum generi, ſexu, ætative pepercit.

Non

Non illas tenuit patriæ miſerante negatas
Ciuis opes: rapuit ferus omnia & impius hoſtis.
Quid Macedo Perſeus, collectas patre Philippo
Ad bellum dum militibus diſpenſat auarè
Parcus opes, tanto nec dignas comparat hoſte
Copiolas, & ſeſe & regnum amiſit & aurum?
Nam neque vectigal certa ratione modoq;
Exigitur, nec ſunt moderata impendia bello:
Nec quicquam magnum rex vnquam geſſit auarus.
At potuit certo componi fœdere bellum,
Pax etiam potuit rerum pulcherrima nobis
Reſtitui, quam fama fuit non nolle Philippum,
Attrebates, ipſamq; alios depoſcere Belgas,
Vexatos longo lacrymoſi tempore belli.
Antè velim nos antè Deûm pietate mereri.
Et pacem, & veniam atq; illis nos reddere dignos.
Nam quæ pax, quiſve vſus erit, mortalibus, vnde
Numen abeſt? aut quæ pacis ſtat finis habendæ?
Nempe bonis quo liberius vel poſſit abuti
Quiſq; ſuis, poſitoq; metu ridere, iocari,
Inſanire libidinibus, vel amore per vrbes
Fœmineo, turpive aliquo diteſcere quæſtu:
Quæ pacis vera eſſe putantur commoda vulgò.
Non eſt illa tibi non eſt optanda, nec vllam
Tu potes inuitis pacem componere Diuis.
Quòd ſi perſuaſum penitus mortalibus eſſet
Auctorem belli eſſe Deum pacisque petentum,
Non tamen ex meritis, precibuſve, ſed his dare bellum,
Pacem illis, vt cuiq; magis conducere genti
Viderit, haud temerè & reges & regis amicos
Accuſent, cauſaſque infectæ pacis ad illos,
Primaque ſuſcepti referant exordia belli.
Deinde nec arbitrii eſt pax vnius. vt magis optet
Rex nihil Henricus, dare forſitan abnuet hoſtis,
Ni leges illum tulerit quaſcunq; Philippus

Acci-

Accipere, vt victore iubes à principe victum.
Hoc etiam pacto totum res nulla per orbem
Non venalis erit, ſi poſſeſſoris auari.
Spemq; animumq; auidus pretio ſuperauerit emptor.
En tibi Francorum virtus, & priſtina gentis
Gloria, quæ reges Hiſpanis atque Britannis
Sæpe dedit, Belgam contriuit ſæpe rebellem,
Quæ Rhenum quicquid ſpatii fuit inter & Iſtrum,
Quod Lirim fluuium gelidaſq; interiacet Alpes
Imperio tenuit: mox relligionis amore
Omnem Aſiam peragrauit ouans, Arabumq; ſubactis
Regibus, & fractis duplici certamine Turcis,
Egregium Solyma regna ſtabiliuit in vrbe:
Tune illi tam fœdum illi dare turpiter audes
Regi conſilium; cuius victricibus armis
Triſtis & orba ſuo modò Scotia rege Britannum
Reppulit, ingreſſum fines atque intima regni?
Cuius & auſpiciis amiſſa Bononia nuper,
Omnis & Oceani latè maris ora recepta eſt:
Mox defenſa graui longè Mirandula bello.
Parmaq; Pontificum metuens & Cæſaris arma,
Quæ noſtræ fidei ſeſe commiſerat ante:
Quo libertatem iucundum vindice forti
Sena diu tenuit multos obſeſſa per annos:
Quamuis fine tamen cecidit labor irritus illi.
Qui deſueta prius veſtigia tempore longo
Calcauit pedibus, veterumque imitator auorum
Vſque ſub Heluetii ripas & flumina Rheni
Signa tulit, valde mirantibus illa colonis:
Quâ ſpe erecta animis Germania protinus omnis
Libertatis vbiq; ſuas vexilla per vrbes
Propoſuit, dominumq; antiquâ ſede potentem
Expulit ad Carnos longè vetereſque Liburnos.
Quod ſi tum virtute ſuâ libuiſſet, & armis
Vti Vindelicis, nunquam pòſt vulnere tanto

Sau-

Saucius infaustum cælo caput ille tulisset.
Atq; hæc audito Errici modò nomine gesta
Sunt tamen,& Rhenum cùm non transmitteret amnem:
Vnde reuertenti concussis omnia muris
Sparsa per Ardennam patuerunt oppida siluam,
Horrida non multò post tempore Cæsaris arma
Ingentesque minas vnâ legione repressit
Ad Metas, cùm se veteranus ductor ab vno
Imberbi puero vinci clamaret? & omneis
Contra se tum stare Deos quereretur Olympi.
Quid vos Eridani, Casale,Valentia,ripis
Impositas memorem, aut alias tot in Alpibus vrbes
Vi domitas? quid te viniq; oleique feracem
Corsica Tyrrheni maris insula, qua velut arctâ
Compede constricti Ligures Tusciq; tenentur?
Longum sit memorare, quibus rex ipse duellis
Præfuerit, quos ipse manu confecerit hostes:
Et quæ diuersa penitus regione locorum
Magna per egregios bissenis gesserit annis
Bella duces, quantum imperio & ditione virorum
Creuerit, aut fines quàm longè extenderit agri.
Hîc mihi tristis enim, nimiumq; aduersa duorum
Obiicitur fortuna ducum, duo prælia magna,
Bis fusæque acies, captusq; exercitus ingens:
Magna fuit clades, fateor, nisi maius ab illis
Emersisse malis facinus fortasse videtur.
Ex illo numera quæ tempore gessimus ipsi,
Quot validas vrbes, quot cepimus inclyta bello
Oppida, quæ sperare bonis vix Gallia rebus
Audeat: illum animo tibi (fac) propone, sequentîs
Atq; dies omnîs, quibus est allatus in vrbem
Nuntius aduersæ Quintini ad mœnia pugnæ;
Vt sine præsidiis equitum peditumq; sine vllis
Tum belli ducibus, sine spe, quæ pascere quamuis
Alma solet miseros, discedereq; vltima rerum,

Ma-

Magna precabamur tristes mœstiq; Deorum
Numine, relliquias tam fœdæ stragis ab hoste
Seruarent; Regemq; domum hanc insignibus olim
Tot claram meritis, si nollent prorsus honore
Esse parem, sinerent aliquam tamen esse, nec hosti
Hunc animum mentemq; darent, vt pergere cœptum
Vellet iter, nomenq; adgnatæ extinguere gentis.
Isto nostra loco tum res erat: aspice quàm sit
Lætior hæc rerum facies, quàm distet ab illa
Arma (vides) & equos legionumq; agmina nobis
Suppetere, & quæcunq; putantur idonea bello:
Agminis ipse sui ductor rex, instat & ipse
Agmini, ille etiam formido & terror Iberi
Militis in partem curæ subit ille Britannum
Qui modo littoribus nostris eiecit & intra
Oceani fines spatiis conclusit iniquis
Fulmineus Guisius: fractis labentia pilis
Vertice tecta suo qui fulsit publica, latis
Sustinuisse humeris vt cœlum dicitur Atlas:
Nullus in vrbe pauor, nusquam trepidatur in agris.
Castra loci situs vt patitur: quàm proxima castris
Contulimus: si præterea nihil vsque profectum est,
Substitit in medio saltem victoria cursu,
Fortunaque, ferox iam vincere desiit hostis:
Quæ res nos igitur vel iniquo fœdere pacem
Expetere, aut nostro subigit decedere iure?
Contenti modico, longinquæ munera pacis
Dulcia carpemus læti, nostrisq; fruemur
Quisq; bonis omni positâ formidine belli.
Quid tu animi vecors opulentum & nobile regnum
Posse putas vllum diuturna in pace manere
Fac animo repetas memor omnem temporis acti
Historiam, quæcunq; domi sint gesta forisve,
Omnibus in terris postquam sunt condita regna:
Repperies aut continuis vexata duellis

Imperia aut interpoſita nec longa fuiſſe,
Reges & populos inter duo, tempora pacis.
Ter modo Romani ſcriptores limina Iani
Clauſa ferunt inter ſexcentos amplius annos.
Difficile inprimis æquo duo regna coire.
Fœdere. Diſceſſum ſac conditionibus æquis,
Rex tamen aut iuuenis pacem cupiduſve triumphi,
Iraſci faciliſve, malo aut perſuaſus amico,
Aut aliquam arripiens oblatam ex tempore cauſam,
Continuo ſoluet. quid ſi à victore potenti
Victus, & inferior leges accepit iniquas?
Diſſimulare dies aliquot fortaſſe vel annos
Offenſus poterit, dum corrigat vndique nummos,
Dum legit exercetque ſuos, dum percitus irâ
Contrahit apta videt bello quæcunq; gerendo.
At ſimul opportuna dabunt ſe tempora, ſæuus
Irruet, & quæ pace prius conceſſerat, armis
Nunc repetet: vim illam potius, dominique potentis
Eſſe minas, quàm liberum & æquo fœdere pactum
Vociferans. facito hunc animi tamen eſſe puſilli,
Quique anceps iterum non auſit adire periclum:
Ille tamen rebuſque ferox tumiduſque ſecundis,
Neſciet ille diu fortunam ferre ſecundam;
Non tolerare moras: non ſe, mihi crede, tenebit
Quin regem miſerum bello quem vicerit antè,
Cuiq; vrbes aliquot, partem vel ademerit agri,
Nunc fortem validumque etiam minus, appetat vltro,
Aut menſes aliquot ſi quis pudor impedit illum,
Adponet reges alios, qui bella mouebunt
Prima, dein ſocium ſeſe dabit improbus illis.
Plurima ſic afflicta legas, aut perdita regna,
Hoc cupidè nimium dum pacis amabile nomen
Amplexi reges, quos belli fortè pigeret,
Plus tribuunt hoſti, quàm bello quærere poſſet.
Tu ne equidem leuia hæc & non oneroſa videntur,

In

In tabulas dum ſcriba refert: quia cæca voluptas
Impedit, auerſamq; aliò rapit improba mentem,
Aut deſiderium, patriæ, rerumque ſuarum,
Aut grauis & longi nimium fuga fœda laboris,
Aut præſens aliquis belli metus, aut malus error,
Aut quiduis aliud cauſſæ. poſt nube fugata
Ex oculis, ſerò incipimus tum cernere verum,
Promiſſis condicta dies cùm venit amaris:
Et linquendus ager, maiorum ſanguine multo
Partus, & antiquis migrandum ciuibus vrbe eſt.
Traduntur claues, portis educitur omne
Præſidium, nouus immittit victricia miles
Signa, recedentiq; ferox maledicta ſuperbè
Contigerit. interea foribus pendentia ſummis
Lilia conuellit duri manus improba fabri,
Reſtituitque aquilas, multum lacrimante colono.
At quæ pòſt regio tecta & ſecura latebat,
Quæ felix hunc ante diem non viderat hoſtem,
Apparet ſubitò velut obiice nuda remoto.
Tum querimur ſtulti, nimium properata fuiſſe
Fœdera; nil victis & nil ſperantibus vltra
Durius imponi, aut grauius potuiſſe. quid hoſtes
Quid ſi etiam grauiora iubent? mora nulla, ſequamur
Imperium, & cedamus ei qui cogere poſſit.
  Fœdus homo turpiſque ſenex Iouianus ad vrbem
Dum properat, tantumque nouum componere regnum
Cogitat, inſidias metuens atque arma tyranni,
Damnoſo nimium atque inhoneſto fœdere ceſſit
Regibus Arſacidis, populus quæcunque Latinis
Omnia trans Tigrim multos poſſederat annos,
Armeniæ regnum, & regem ſocia arma ſequentem
Deſtituit: damni plus illa pace relatum eſt,
Plus ignominiæ, quàm ſi certamine magno
Victa iterum ad Cannas acies Romana fuiſſet.
[illegible] ſeſe atque ſuos rex tradidit hoſti,

Vt biberet: nam tum ſitis illum dura premebat.
Vtq; ſitim potu expleuit, Proh Iuppiter, inquit,
Quàm citò præteriens, mihi quanto eſt empta voluptas
Imperio! cupiat nunc effudiſſe lagenam
Infelix. Si vis exempla domeſtica regum
Noſtrorum, quoniam melius nos inſtruit error
Interdum proprius: quod tradidit hoſtibus vrbes
Pace Bretigniacâ, quantum ditionis & agri
Vnus homo longi pertæſus carceris olim?
Atq; is cui ſteterat libertas aurea tanti,
Pòſt animi cauſa cupienſq; reuerſus eodem eſt:
Maluit atq; mori ſeruus, quàm viuere liber.
Quæ mihi non aliquo belli ſcribuntur amore,
Aut odio pacis, quâ nil iucundius vnquam
Eſſe poteſt homini: ſed ne dum condere pacem
Feſtinamus, & à bello diſcedere quoquo
Nempe modo, capti dulcedine nominis vltrò,
Non pacem nobis, ſed bella, ſed horrida bella,
Et multò peiora prioribns illa, paremus.
Hæc populus, ſua ſunt cui ſola negotia curæ,
Hæc nequeunt alii tenues quicunq; tueri,
Quiq; dolent, metuunt, gaudent, cupiuntve; quibuſque
Iudicium priuata tulit vel gratia, vel res:
Quique malo patriæ vel turpia lucra ſequuntur.
Reges iſta vident, & amantes regis amici,
Otia non tantùm quibus hæc præſentia curæ,
Sed requies aliquando etiam ventura nepotum.
Nam quid pace bona magis eſt optabile regi?
Scilicet vt varias de relligione per orbem
Clemens & placidus curet componere partes:
Vt commendet oues paſtoribus vndiq; lectis
Ingenti ſtudio, ſponſor quandoq; futurus:
Et iubeat ſupereſſe gregi, ne ſæuus & ater
Incuſtodito lupus inſidietur ouili:
Moribus vtque bonis populos & legibus vrbes

Inſti-

Inſtituat: lites, rixas, & iurgia fortis
Amputet, eque foro quæſtus ac præmia tollat:
Iudicia & paucis, & mandet amantibus æqui
Publica; nec pœnam facilis, iuſtumq; remittat
Supplicium; & meritos virtuti reddat honores.
Vt quæ longa diu bellorum impenſa, vel artes
Inuexere malæ, tot vectigalia plebi
Demat, & immunes, equitum velit eſſe colonos
Hoſpitiis, iubeatque ſuos ſibi condere fructus.
Has ſordes, & monſtra, quibus nunc plena videmus
Omnia, quæ pulchro fulgentia cernimus auro
Per fora, perque domos & regum tecta, per vrbes;
Per vicos volitare, caputque attollere cœlo,
Eiiciat, manibuſque vetet contingere fiſcos.
Quæ res ſi fuerint; regnum regemque beatum
Efficient, & qui tali rectore regentur.
Nunc age, quid profers pacem cur Regis amici,
Otia cur nolint? primùm communia vulgo
Quæ bona ſunt aliis, iſti, quoque pace fruentur.
Quin etiam plura, & quo pluribus intus abundant,
Quoque domos plures & prædia rure beati
Plura colunt: adde huc viuaria plena ferarum,
Balnea, piſcinas, ſaltus celſiſque decoras
Arboribus ſiluas, & amœnos floribus hortos,
Quæ non in tenui aut mediocri copia tecto eſt.
Seu mage deliciis aulæque tenentur amore,
Et qua poteſt homini contingere pace voluptas
Maxima, quàm cum rege ſuo communiter iſti
Non cupiant? regi nihil eſt iucundius horum
Conuictu, fortuna potens & regia, cultus
Regius, vt ſolum videatur nomen abeſſe.
Quæ cùm tanta frui poſſint & talia pace,
Cur bello pacem, cur non ſua prædia caſtris
Turpibus anteferunt? niſi quoſdam fingis agreſtes
Immaneſque viros eductos lacte ferino,

Nulla quibus mentem titillet honeſta voluptas.
An vero metuunt vt inertes pace, nec vllis
Artibus, & ſtudiis videantur protinus apti?
Nemo huic ingenio præſtat vel lumine mentis,
Non verum citius, non diſpicit acrius alter:
Nec quiſquam fandi melior. ſuauiſſimus illi
Funditur ore ſonus; torrentia fluminis inſtar
Verba cadunt. miratur in omni munere primum,
Et facilè ante alios, reſpublica ſuſpicit omnes.
Ille quidem bello melior, ſed prorſus amœnum
Ingenium, & ciuile tamen, noſtriſq; ferendum
Moribus adſpicias, factum nec agreſtius illa
Caſtrorum feritate, aliis vt ſæpe videmus:
Vir pius, & rectè faciendi regibus auctor.
At ſine honore domi, ſine ſummo viuet vterq;
Imperio: nec magna duobus gratia factæ
Pacis erit. quanquam meritis quæ deinde refertur
Gratia, ſæpe iuuat, ſtudium quoque ciuibus auget.
At vir amans patriæ populares negligit auras:
Nec porrò ille ſuæ veniet minus vtilis vrbi,
Ingratos etiam proſpectet ſi fore ciues.
Si mala pax & fiet iniqua (quod accidet iſtis
Inuitis) facilè hac cārituri laude videntur:
Sin bona, quis potius confectæ gloria pacis
Debetur? nec enim legato pacis honorem
Præconive dabis; ſed ei qui maxima cepit
Oppida vi, ſineſq;, extendit longius agri;
Qui noſtris quacunque pedem ferus intulit hoſtis
Finibus, huic raptim volat obuius & premit illum
Fronte vel tergo, poſſit ne impunè vagari:
Denique ſic poſitis occurſat ad omnia caſtris
Tempora, ſicque locis pene omnibus imminet hoſti,
Vt laſſum belli pigeat, pacemq; duello
Malit, & optatam requiem præferre labori.
Arma ſolent præſenſque metus legionis, & horror
Bel-

Bellatorum equitum, duras inflectere mentes
Ad pacis ſtudium: tum regis nobile magni,
Præcipuè clarive ducis cum nomen ad hoſtem
Venerit, huic ſubito pulſantur corda timore.
Dic, age, ſi pacem peteres prior ante Decembrem
Præteritum, Hiſpanosque recenti cæde feroces
Tunc humilis, ſupplex, & victus ad æqua vocares
Fœdera: non ſpernant tua verba precésve refutent,
Imponantque tibi duriſſima frena iugumque?
Nunc illos quæ cauſſa ſubegit quærere pacem?
Nempe amiſſus ager tantus, totque oppida bello
Expugnata locis dimenſa in parte duobus,
Horrenteis acies ferro caſtrisque paratum
Stare vident equitem, conisque micantibus ante
Signa duces, ipſumque intra tentoria regem.
Hi pacem faciunt, non qui ſe venditat hoſti
Et leuis & cupidus, non qui ſibi quærit honorem,
Et populi plauſus, diuini muneris auctor,
Sit quamuis ea pax nec honeſta, nec vtilis vrbi.
Quàm facilè humanis aut vafro imponitur aſtu
Senſibus aut animis cupientum inducitur error.
Fac tamen ignaros iſtis quoſdámve malignos
Detrahere atque auferre decus laudemque cupitæ
Pacis, & indignos alienâ laude fruiſci:
Fac ſi vis illos etiam ſecedere in agrum,
Priuatamque domi procul aula degere vitam,
Iccircóne tibi miſeri videantur, amoris
In patriam qui tot clariſſima ſigna dederunt,
Quos bene tot geſtis ſoletur gloria rebus?
Mi non hercle magis, quem vir fortiſſimus ille
Linterni degens ingratâ pulſus ab vrbe:
Aut qui Palladiis cognomine iuſtus Athenis
Ceſſit Ariſtides. mala ſunt hæc propria regum,
Magnorumq; ducum, vt multa atque ingentia poſtquam
Officia & ſtudia in patriam melioribus annis

Contulerint, ſolam pro omni mercede reportent
Inuidiam; rapiat falſos ignauus honores
Et mendax aliquis: tam ſunt peruerſa malorum
Iudicia, in meritos nec iuſtum ſemper & æquum eſt
Arbitrium populi, non & mutabilis aulæ.

Ad Sal. Macrinum.

Non ego tot ſine te ſoles, Macrine, fuiſſem,
Nec tam vicinis abſens regionibus vſque
Suſtineam deſiderium communis amici;
Si valeam, ſi res cupientem nulla moretur.
Me cari ſed in vrbe diu tenuere propinqui,
Legibus adſtrictum medicis, non aere puro
Veſci, ferre pedem non extra tecta ſinentes.
Et vanus labor ille fuit. nunc vrbe relictâ
Ereptus medicis, elapſus pharmacopolis
Frigida manè recens, & frigida veſpere carpo
Rura, nouum Solem atque orientia ſidera ſeruo.
Quòd ſi fortè iuuat ſeceſſus viſere noſtros;
Diſce, Carentonio ſuperandus Matrona ponte,
Mox vbi quingentos inter duo flumina paſſus
Feceris, ad portum cæſis cui nomen ab Anglis,
Tranſmittes Sequanam ratibus. nam pons ibi nullus
Coniungit ripas. hinc te quæ proxima tellus
Excipiet, multis vbi manat vitreus humor
Fonticulis, & Vitriaco dat nomina pago,
Illa ſinu me pulchra ſuo fouet: illa forenſi
Vindicat à ſtrepitu, dirisque tumultibus vrbis.
Ad fanum reuocas: ſed agreſtes non minus odi
Cœtus: & feruere nouis prætoria veſtra
Hoſpitiis fama eſt habitarique ædibus arctè.
Eſt qui purpureis ſibi tres in veſtibus vnà
Conſpectos narret proceres: ego credere Romam
Ad vos & Tiberim migraſſe, ſimulque vereri
Ne Syrtes fugiens Siculis immergerer vndis
Qui potis es verſus in tantâ condere turbâ?

Res adeò ipſa mihi, non nomen diſplicet vrbis.
Caſtalio pauci primùm de fonte bibebant
Vates: manabant tum pleno gurgite riui.
Turba poëtarum mox vt concurrere cepit,
Aufugere procul Nymphæ, atque exaruit vnda.
Tu quoque verſiculos Lauduni ſcribere plures
Vnâ luce potes, quàm multis menſibus iſtic,
Quò ſeſe plenis fundit Lutetia portis.
Namque volunt ſiluas, aut deuia rura poëtæ,
Et melius vacuis ſcribuntur carmina pagis.
Hæc tecum, Macrine, ioco ſo carmine luſi,
Me quia tu numerare ſoles in vatibus vnum:
Verum aliud cauſſæ eſt. etenim ſitientibus atque
Siccis permultum conferre ſilentia dicunt:
Congreſſus hominum, atque vſum ſermonis obeſſe.
Quem necat importuna ſitis, cui faucibus imis
Spiritus, & vox attrahitur pulmonibus ægre,
Par eſt colloquio & caris abſiſtere amicis:
Sed fari veritum prohibet nil ſcribere verſus,
Aut certè limis aliorum ſcripta tueri;
Qualia ſæpe dedit Salmonius aurea nobis,
Et dabit, hunc ægro valeant quæ demere morbum.

De morte D. Briſſacæ.

Maturum vt celſa pendens ex arbore pomum
Concidit ad terram leuiter ſpirantibus auris:
Sic vitæ ſpatium cùm iam Briſſaca ſupremum
Confeciſſet anus, tenuique in corpore vires
Deficerent, nullâ vi animam cogente volucrem
Efflauit, quæ mox ſublimis reddita cœlo eſt.
Fortunata ſuis mulier ſi qua extitit vnquam
Vlla bonis: florens quæ ſemper amore potentum,
Victrix per medios fluctus mutabilis aulæ
Tranſiit, illæſum ſeruauit caſta pudorem:
Et reliquam viuens egit ſine crimine vitam.
Hinc illi prius Auguſtæ data cura puellæ,

Mox & fida comes, nunquam diſceſſit adultæ
A latere: ipſius curas arcanaque mentis
Omnia cognouit, nec quicquam Regia virgo
Maius adorta rei eſt conſultâ non prius illâ.
Nam quæ difficiles alias moroſa ſenectus,
Quæque ſolet triſtes animis, & reddere vultu,
Hanc mage iucundam teneris gratamque refecit
Virginibus: lætum nihil vt depaſceret ætas,
Vnde coli vt genitrix, & mater vt altera Regum
Commeruit dici, comis ſimul, & grauis æquè.
Vt verò fert ipſa bonos bona vinea fructus,
Et ſimiles pulli generoſa matre creantur:
Sic fortes dedit illa viros, ſed laudibus vnum
Militiæ, æquantem veterum quoque facta virorum
Fortia, Taurini qui nunc in finibus agri
Dux magnus, Francis Inſubrum debita regna
Paulatim molitur, & oppida ſingula carpit.
  Illa quidem meliora tenet promiſſa beatis
Nunc loca, nec vitæ (ſinerent ſi Numina) reddi
Atque iterum cupiat mortale reſumere corpus.
Horrificis quondam ceu tempeſtatibus acti
Ionio procul in magno, ſi fortè remiſſa
Vi maris appellant reduces ad littora nautæ,
Nolint pòſt rapidis iterum ſe credere ventis,
Nolint & decurſa pericula rurſus adire,
Spes licet ingentis potiundi affulgeat auri.
Quo minus eſt nobis illius morte dolendum,
Quæ bona mutauit moriens mediocria ſummis:
Nunc conuiua Deûm pulchri nunc ciuis Olympi,
Omnes infra ſe poſitas deſpectat humi res.
Lugenda illorum potius ſunt funera cœcæ
More vetuſtatis, qui dum vixêre, profundis
Immerſi iacuêre malis, nec turpius vllum
Sunt veriti facinus ſcelerata admittere dextra:
Quos tamen extinctos, offenſi Numinis ira,

Æter-

Digitized by Google

Æternique manent non deficientibus ignes
Corporibus. tantò grauior vindicta Deorum eſt.

Ad Margaritam Regis ſororem.

Mentito toties Remorum & nuper in vrbe,
Et pòſt litterulis, modò quas Dunenſis ab agri
Caſtello dedimus; vix æquum parcere eundem
Namque bis ad lapidem ſcopulumve impingere turpe eſt.
Præteriere dies condictaque tempora. Quòd ſi
Ad noua te promiſſa vocem nunc ſpemque futuri;
Non credas etiam iurato & vera loquenti,
Non ſi ſuccedam foribus tuaque oſtia pulſem:
Atque hæc pœna vetus mendaci debita linguæ,
Quam ſubeam patiens, ſi non aliena poteſtas
Huius tota rei ſit, non mea. namque putare
Noli me lentis manibus, mollique lacerto
Hoc opus aggreſſum: quem ſi Natura tuliſſet
Ignauum, mollem, pigrum, requietis amantem,
At permulta domum retrahant tamen: optima coniux,
Tum deſideriumque vrbis, rerumque mearum,
Imprimisque tui; facies me cuius & oris
Gratia tam reficit quàm verno tempore flores
Purpurei gratum ſpirant carpentis odorem
Naribus, & recreant omneis in corpore ſenſus.
Quàm fluuio merſata diu, perfuſa vel imbri
Longa fouent volucres aprico littore colla,
Et madidas gaudent expandere Solibus alas.
Quid faciam? poſſúmne reos vrgere morantes
Pignoribus captis, cœptúmve relinquere crimen?
Hic (dicent) nobis operam non præbuit, vrbem
Dum properat fugiens, patriosque reuiſere fineis,
Corripuit ſpatium conceſſi temporis; ex quo
Ornandæ litis nobis erepta facultas:
Aut aliud fingent maledictum atrocius illo.
Quin & ſarcinulas cogenti atque ire parato,
Obiicitur noua cura, nouique repentè labores

Incum-

Incurrant: aliud iubeor cognoſcere crimen,
Commiſſique reo mores inquirere teſtis.
Accipio mandata, geroque ex ordine morem.
Credo aliquod propriumve meum facinusve paternum
Vlciſci voluiſſe Deos; & carceris inſtar
Hunc mihi pœnarumve locum tribuiſſe merenti.
Te memini, te, Virgo, priùs quàm extruderer iſtinc
Præſentire malum hoc veniens, noſtramque dolere
Sæpe vicem, quia nec capitalis quæſtio noſtris
Apta videretur vel congrua moribus eſſe.
Quod ſi præſciſſes longum fore (qui tuus erga
Nos amor eſt) nunquam diſcedere paſſa fuiſſes.
Huc aliquis ſaltem veniat dimiſſus ab vrbe
Nuntius, optatis implens mihi vocibus aureis,
Teque ferens (ſicut primis conſueſtis ab annis)
Reginam pariter duo rari exempla pudoris
Viuere coniunctas animis, rectèque valere.
Te quoque fraterno, atque illam gaudere mariti
Iucundo reditu, & claris ex hoſte triumphis:
Et populum clauſis circum delubra tabernis
Ire Deo grateis tantis ſucceſſibus actum.
Verùm Mercurius nos has retruſit in oras,
Quas adeunt nulli, per quas nec tranſitus vlli eſt:
Et niſi ſpes primis affulgeat alma Kalendis,
Promittens operi ſupremum imponere finem,
Ianus & incipiente bifrons me liberet anno,
Forſitan huic poſſim ſuccumbere, Virgo, labori.

In Franciſci Franciæ Delphini, & Mariæ Scotorum Reginæ nuptias.

Méne etiam cantare iubes & ludere verſu
Necdum maturæ teneros ætatis amores,
Quos inſueta Venus laſciua compede vinxit
Ante diem, thalamoque pares ſociauit eburno?
Digna magis placidis vatum quos educat aula
Res erat ingeniis, vel docta Lutetia fundit

Quos

Quos gremio fœcunda ſuo: mihi publica rerum
Cura gerendarum ſenſus effecit amaros,
Lætitiamque omnem vetulo grauis abſtulit ætas.
Ipſe quidem ſatis vſque ſatis feciſſe videbor;
Attulero cauſas properati fœderis huius
Reges & populos inter duo: namque malignè
Quidam homines etiam hæc vulgo connubia rodunt.
Non quo more ſolent humiles de plebe mariti
Expectare pilus dum mentum mollis inumbret,
Et iuſtæ vigeant robuſto in corpore vires,
Sic Reges faciunt: licet illis ducere lectas
Quandocunque volunt quacunque ætate puellas,
In magno numero. Perſonis regia paucis
Progenies paucis domibus concluditur arctè.
Vnde ſemel neglecta prior quæ ſe obtulit iſtis
Conditio, fruſtra ſimilis venientibus annis
Quæritur. hinc natis quandoque ſuperbia patrum
Obfuit. innuptæque domi manſere puellæ,
Et ſolæ in vacuo longùm gemuere cubili.
Nulla expers adeò prorſus fortuna malorum eſt.
Sed par non aliud conuenit pulchrius vnquam
Nobiliusve. Puer vultu facieque decora
Iam magni fortisque futuri Principis olim
Dat clarum ſpecimen: ſuper hæc quoque, plurima in illo
Semina virtutis ſunt non obſcura paternæ.
Illa autem præſtat reliquis pulcherrima forma
Virginibus, comitesque ſuas ſupereminet omneis:
Adſpectu veneranda, putes vt Numen ineſſe;
Tantus in ore decor. maieſtas regia tanta eſt.
Acceſſere etiam diuinæ Palladis artes,
Et maior ſexu prudentia, maior & annis.
Quæ bona, ſi poſita in mediocri ſorte fuiſſent,
Per ſe magna tamen poterant atque ampla videri,
Lucent illa quidam mage Regibus inſita magnis:
Tum decus accipiunt à Regibus ipſa viciſſim;

Splen-

Splendidior gemma vt meliore incluſa metallo.
Accipe nunc quid opum vel vterque, vel altera dotis
Contulerit. Puer Henrici ſpes magna parentis
Vnus & imperii Francorum ac nominis heres
Deſignatus: at illa ſuo Regina marito
Scottorum tabulis Regnum dotalibus affert.
Paruum (inquis) paruum fateor, componimus illud
Si noſtro. ſed cuius opem ſenſitque paratum
Non ſemel auxilium labefactis Gallia rebus,
Cum bellum gererent noſtris in finibus Angli,
Deſertam illorum patriam ſimul agmine facto
Scotti incurſabant. metus hic ſua protinus illos
Reſpicere, & noſtris cogebat cedere terris.
Quinetiam tellus his tam fœcunda virorum,
Tamque ardens animus, belli que incenſus amore,
Vt cùm alius premeret vicinum exercitus hoſtem,
Suppetias alius nobis laturus eodem
Tempore, cærulei tranſmitteret æquora ponti.
Pro quo rex Scottus frater ſociuſque vocari
Regibus à Francis meruit: ſtipantque frequentes
Semper adhuc Scotti Francorum corpora regum.
Nunc quondam ſocia, & longo diuiſa locorum
Atque maris tractu, viuent & legibus iiſdem,
Et diſcent vni domino parere libenter
Regna duo. At medii qui ſunt vtriſque Britanni
Forſitan hoſtiles animos odiumque remittent:
Heredique ferent materni ſanguinis vltrò
Imperium. vel, ſi malint contendere bello,
Diſcent quid virtus poſſit coniuncta duorum.
Magna quidem memoro. ſed enim Dii cætera, Guinis
Exciſis, captoque iubent ſperare Caleto.
At vos lætitia, Galli, Scottique, ſolutos
Exhilarate animos atque omnem ponite curam:
Tuque Errice parens, & tu Catharina bonorum
Tot Regum genitrix, & tu Soror optima Regis:

Vos

Digitized by Google

Vos etiam fratres,duo gentis lumina noſtræ;
Clari ambo ſtudiis ciuilibus alter & armis;
Quorum pulchra ſoror Regi eſt enixa marito
Hoc decus.Ille quidem moriens hæc tanta videre
Gaudia non potuit.natorum cura ſuorum
Si qua tamen reliqua eſt.patribus iam lumine caſſis,
Ipſum credibile eſt lætari virgine tali,
Et tanto genero : grauiter neque ferre,vetuſtum
Gentis adoptiuo cognomine creſcere nomen.
At mater regina libens ſpectacula cernat
Hæc oculis,nec ferre viæ curſusque laborem
Extimeat,nec ſe rapidis committere ventis.
Sed potior pietas.& rerum publica cura
Diſtinet,inuitamque locis conſiſtere cogit.
Omnes præterea quibus aut bona,vel quibus æqua
Mens fuit,hunc fauſtis fortunatisque diebus
Inſeruere diem,atque eius meminiſſe nepotes
Præcipiunt.Ipſi Reges,quos ordine ſtanteis
Cernimus ex altis fora deſpectare columnis,
Exultaſſe mihi ſignumque dediſſe videntur
Lætitiæ.tanto mage ferrea corda quibuſdam
Sunt hominum,quàm vel ſtatuis è marmore ductis.
Nam quid iactabas memorem per compita voces,
Multorum & fictas lacrymas.periiſſe ferentum
Omnia : & abſciſſam longos ſpem pacis in annos,
Si Francis illæſa fides,Scotisque maneret?
Quinetiam verſis animis,noua fœdera Regem,
Atque alias aliasque nurus ſpectare iubebant :
Vnam autem geminâ (credo) iam prole parentem,
Bis totidem natam quot Regis filius annos,
Quæ res viſa parum,vel iniquis auribus,æqua.
Idcirco Regi confingitur eſſe Philippo
Nubilis & matura viro iam filia,nobis
Quam ſpondere velit finemque imponere bello.
Hæc primum fabella [illegible] Regis amicis

Inui-

Inuidiam, detecta, aliquo poſt tempore, riſum
Commouit populis. tam vana & turpia Liuor
Sæpe malus ſtultos adigit prorumpere verba:
Quos ego commoneo, perfectis denique rebus,
Deſinere in vulgus pueriles ſpargere nugas,
Deſinere & quæ viſa Deis ſunt tendere contra.
Num ſtudiis, genere atque opibus, num denique forma
Inuenient aliam, quæ ſe huic componere poſſit?
Quid promiſſa fides, cùm flens regina puellam
Mater adhuc teneram Regi transmiſit: & illo
Pignore firmauit tabulas & pacta futuri
Coniugii? vel tot precibus votisque petitam,
Perfidioſa ſuis nunc Gallia reddat amicis?
Illa viro deſpecta, alii cùm nupſerit, omnem
Semper agat vitam, non immemor antè repulſæ,
Et iuſtum cupiens vlciſci irata dolorem,
Cum ducibus noſtris gerat implacabile bellum:
Aut fœdè populetur agros, aut nauibus ignes
Iniiciat, noſtrique infeſtet littoris oram.
Vt nec commoueat ſeſe: tamen Anglia nullum
A tergo metuens, conſcenſis nauibus hoſtem,
Tetra magis, belloque incumbat durior vni.
Sic nobis veniat cum damno dedecus ingens.
Dii tantum prohibete malum, atque auertite noſtris
Verticibus. nimis illa nimis cum dote remiſſa
Gentis Aquitanæ coniux magno ſtetit olim
Regibus. hic noſtras veterum malus error auorum
Erudiit menteis, & cernere fecit acutum.
Vos inimicitias, odia aut priuata ſecuti.
Non potuiſtis item perpendere, quid ſit honeſtum,
Et quid damnoſum, aut communiter vtile nobis.
Tempus erit, cùm læta domus ſe regia tollet
Natorum numero, & diuinæ ſtirpis honore.
Quot dabit illa viros, tot erunt tribuenda viritim
Regna ſuperſtitibus. continget Gallia primo:
Proxi-

Proximus Inſubrûm populos, omnemque tenebit
Italiam, Alpinis à montibus vſque Tarentum.
Hic Scottis & iura dabit: reget ille Britannos.
Accipient alias alii mox ordine ſedes.
Sic totum natis genitor diſpertiet orbem.
 Hæc mihi namque ſuo vati prædixit Apollo:
Quæ mea poſteritas (vt ſpero) læta videbit;
Et dicet (ſi noſtra manent modo carmina) dicet:
Iſta olim iam noſter auus ventura canebat,
Maxima pars hominum fieri cum poſſe negaret.

Ad Carolum Lotharingum Cardinalem.

Nunc etiam cari morbo qui fortè nepotis
Reſtiterat, veſtri gregis vnum ſubtrahis. ô me
Pegaſus hinc aliquis raptum per inania cœli
Nubila, felici Remorum ſiſtat in vrbe!
Te videam ſtudiis auidè cupideq; fruentem
Prima luce: dein cùm tertia fugerit hora,
Irriguos longis obeuntem paſſibus hortos.
Quid ſi te ſacris operantem, magne ſacerdos:
Quid ſi conſpiciam, ex alto pia verba tonantem?
Næ magis oblecter quàm cùm laudata legenti
Principis obſigno reſcripta, preceſve nocentum
Cognoſco. tum ſi miſerum fortuna moleſtis
Eripuit fucis, ſiluæ ſecreta propinquæ
Excipiunt: ſteriles que perambulo ſolus arenas.
His tectus latebris aliquid vel cogito mecum,
Scribo, legove. nec exigitur pars vlla diei
Lætius. ô miſeros, vani quos plena tumultus
Vita iuuat, reſonanſque forum clamoribus altis.
Atque ego præcanis & mento & crinibus eſſem
Vnus in his, niſi tu ſoluiſſes vincula dextris:
Victor vt Alcides eduxit Theſea vinctum
Infernis domibus. ſed enim tibi gloria maior
Surgit, ab immundis luſtratâ ſordibus arâ
Iuſtitiæ, quamuis obtrectet turba malorum.

Parca tenax,& amans lucri natura grauatè
Largitur quas res,precio mutare ſolebat.
Nec ſi tantundem mercedis fiſcus auaro
Annumeret,non ille reis auferre licenter
Malit,& infami probrum coniungere lucro.
Impius vt poſcat non tam ſtipendia miles,
Quam ſcelerum veniam libertatemque vagandi
Per ſocias impunè domos: quod ſi mala tantum
Conſuetudo valebit,vt vtile vincat honeſtum;
Non ideo minor huius erit pòſt gloria facti.
Quondam etiam iacuit præſens incognita Virtus,
Quam mirata ſequens ætas eſt deinde nepotum.
Ecce tibi veniunt,qui legem Principis vltrò
Accipiant: legisque auctorem ad ſidera tollant.

Ad Margaritam Reg. ſororem.

Afflictum Regina malis,& pondere preſſum
Inuidiæ,tua me virtus & dextra leuauit:
Illa quidem feſſis hominum ſuccurrere rebus
Sueta prius,ſed adhuc illuſtri cognita nullo
Conatu,nullâque inſignis & ardua palmâ.
Hæc tibi pugna ſemel forti pugnata lacerto,
Hæc magnum præclara dabit victoria nomen:
Et poſthac documento aliis erit omnibus,ipſos
Nec contra Reges,nec contra exſurgere Regum
Diuinam ſobolem,ſtultorum more Gigantum:
Qui ſe diuitiis freti iactare per vrbes
Et iam magnanimis opponere Regibus audent:
Qui cum auro parere ſibi mortalia cogant
Omnia,mercentur titulos, mercentur honores.
Indignum clamant tantùm potuiſſe ſororem
Regis apud Regem: atque ſuas cecidiſſe queruntur
Ad terram fractas,hoc tanquam vulnere,vires.
Qui te condemnat,reſponſum non feret à me,
Sed longè ſtultitiæ damnabitur. Ac mala quondam
Verba Deos contra ſi proferat impius,illos

Excu-

Excuſare alius, defendere nemo laboret:
Parcere ſed dictis iubeat, linguámve recidi
Inſano. Iam ferri Adamas vt reſpuit ictum,
Haud tua vita ſecus ſpurcæ conuicia linguæ
Reiicit. At nimia hæc tua noſtri cura notatur.
O plebs, ô, & vulgus amans ſua commoda tantùm!
Quid pede tu Reges tecum metiris eodem,
Nec curare putas aliena? ſed eſt tamen inter,
Eſt te non minimum diſcriminis inter & illos:
Tu tibi, non aliis etiam prodeſſe laboras.
Regum progenies cœlo cognata, bonorum
More Deûm, nobis & noſtræ tota ſaluti
Inuigilat; multaque ſuos ope gaudet amicos,
Gaudet & auxilio ſtudiis opibuſque iuuare.
Nec verò tantum. ſi res tua Virgo fuiſſet,
Nauaſſes operæ. iamdudum ſponte dediſſes
Victa manus. Ego me fateor non antè merentem
Hæc cepiſſe tuo bona munere: ſed neque dignum
Pro quo ſuſciperes tantos Regina labores,
Et pro quo certamen atrox pugnamque ſubires:
Nec mea cauſa tamen (quanquam ſermone potentum
Et linguis vexata fuit petulanter iniquis)
Non ſeſe ratione poteſt, causâque tueri.
Stat mecum imprimis, ſtat Regis aperta voluntas
Tot verbis teſtata palàm totieſque frequenti
Conuentu procerum, toties adſtante Senatu:
Regis in arbitrio porro eſt vnius, honores
Largiri quibus ipſe velit, qui morte caduci
Rurſus ad auctorem redeant: neque deinde ſequuntur
Heredes, alia vt proprio quæ iure tenemus.
Conceſſis tantum licet his, dum viuimus, vti.
Hunc ergo, ſi me voluit cùm poſſet habere,
Cur adimis, cur Rege datum mihi tollis honorem?
Nam ceſſum à moriente mihi donauerat (inquis)
Ille prius: potiorque mea eſt ſic tempore cauſa,

Dicere te poſſum, mentito nomine Regi
Obrepſiſſe, mihique adeò nec futilis auctor
Rex erit. Audiſti & meminiſti ſæpe querentem
Tantum audere homines, vt fraudem innectere Regi
Haud dubitent, cuius neque te Cornelia facti
Soluit adhuc, meritis debes quas improbe pœnis.
Sed fac te pœnis & legibus eſſe ſolutum,
Atque impunè tibi licuiſſe obrepere Regi:
Non tamen hunc etiam poteris diſſoluere nodum.
Si monſtras Regem purè donaſſe, remitto:
Sin eſt conditio verbis adiecta diſertis,
Si quadraginta ſuperauerit ille diebus,
Quem biduo, ſummum triduo pòſt conſtitit ægrum
Interiiſſe, potes ceſſo contendere iure
Eſſe tuum, quod ſors & rerum triſtis ademit
Euentus, cùm ſic cedentis morte ſoluta
Ceſſio? ſed poſitam contendis tollere legem.
Aio ego, Rex ait ipſe, negas tu: cui mage par eſt
Credi? nempe recens factum eſt & non ita pridem
Res ea geſta. ſedet qui teſtis & arbiter idem,
Cuius nulla fidem labefactat gratia, nulla
Suſpicio minuit: mentitum dicere regem,
Illius eiurare forumve audebis iniquum?
  Rurſus iure negas factum, & me legibus vrges.
Hic magni quoque regis in arctum immenſa poteſtas
Cogitur: auguſtosque Patres pulſare vetatur.
Quid tu dandorum leges præſcribis honorum
Regibus: & falſos trahis ad tua commoda ſenſus?
Vnde ad nos venit, dic ſodes, clauſula? ceſſas.
Quæ iubet eſſe ratas ita ſpes, ceſſumque valere
Si quadraginta pòſt vixerit ille diebus?
Non deſcripta ſacris ad res exinde profanas
Tranſiit? At ſacrum prohibent quoque vendere leges.
Tu tamen hac ratione forenſem excludis honorem,
Vt ſacrum nec vendibilem, præclarus & auctor

Iuris

Iuris & interpres. Nam cedere ſacra profanis
Si minus eſt licitum, cur ſit meliore ſacrorum
Ceſſio iure, nec euentu ſuſpenſa futuro
Confeſtim valeat, cùm cætera quæ propè noſtro
Sunt in mancipio, mox publica munera quanuis
Ceſſa cadant, niſi legitimum decurrere tempus
Cedenti poſt fata dabunt, iterumque recurrens
Luna dies certos languentem viderit ægrum?
At meruit viuens ea præmia ferre Peterus:
Commeritum certè fateor, dignumque videri
In medio ſtatuam cui ponat curia templo:
Nec Regis ſtudium retraho ſed vtrilibet ipſe
Cùm poſſet dare, ſi mihi dat non eripit illi.
Nec verò ſemper tribuit plus ille merenti:
Et fauor, & meritis interdum gratia præſtat.
Nec ſemper diues melior prælatus egeno eſt:
Nec tam augenda nouis opibus locupletis amici
Copia, quam miſeri atque inopis fortuna leuanda eſt.
Adde quod heredis perſona remotior vno
Ipſa gradu, nec ſæpe refert probitate parentes,
Non etiam patrio ſemper ſuccedit amori.
Quanquam hic nulla mei ratio fuit: ille ſorori
Promiſſum vetus exſoluit. me iuſſit ab illâ
Accipere, acceptum voluit me ferre ſorori.
Ergo ſi meritis res penditur, haud ſua quiſquam
Contulerit Regina tuis. Nunc falce premendæ
Quorundam voces hominum, qui fronte ſeuerâ
Magnificiſque ſolent aliena reprendere verbis.
Ambitioſa quidem res eſt viuentis honores
Poſcere. Quid nimium fateor ſi patris amorem,
Si maiore aliquid ſtudio feciſſe puellæ
Dotandæ cauſa, non excuſabile factum
Indulgentis erit genitoris? an illius annos,
Corripui: vitamque veneno aut fraude petiui?
Tu verò cuſtos ægrique fidelis amicus

Cùm pretio tibi ſacrum eſſes depactus honorem,
Quid tum, quid porrò cupiebas? nempe quid? ægri
Interitum niſi mox celerem, rata quo magis eſſet
Pactio, mancipiumque rei tibi cederet emptæ.
Confer vtrumque ſimul factum; nihil eſſe videbis,
Quo te præcipuè tollas. verùm audio Patres
Collaudaſſe tuum. taceo: ne cogar in ipſos
Dicere; quos ſemper colui, quos ſemper amaui.
At malus eſt iudex omnis qui rumpitur intus
Inuidiâ, qui ſe medium fert litibus vltrò,
Inque ſuâ cupidè properat ius dicere causâ.
Victus ad heredem nos reiicis. Illius vrget
Gratia nos populique fauor, nomenque parentis.
Si gener aut natus patris ſibi poſcat honorem,
Vix habeam certè contrà quid dicere poſſim,
Hoc niſi magnificis ita viſum Regibus eſſe,
Quorum eſt arbitrii res tota. ſed hic neque genti
Gloria, nec deductus honos maioribus olim
Quæritur heredi: tantùm pro merce repoſcit
Illicitâ pretium patris prædiuitis heres
Filius. aude illi factam nunc dicere fraudem.
Adſpice, quæ contrà fuerit mihi cauſa parenti:
Scilicet vt nubat iuueni dotata marito
Filia: quam ſine dote viro ſi tradere poſſim,
Et præſens aliunde mihi ſit copia, nunquam
Ad Regem toties adeam, Regiſque ſororem.
Me mea paupertas iam multos impulit annos
Regi ferre preces, & natæ poſcere dotem.
Dat bonus, accipio: nec eo ſum ditior vno
Aſſe, quod accepi mox annumerare neceſſe eſt.
Hic capit, vt condat, vel auaro in fœnore ponat.
Sed vos vrbani locupletes atque beati,
Vobiſcum certare alios ſcelus eſſe putatis,
Propter diuitias, quibus omnia ducitis æquum
Cedere, propter opes, quibus & regnatis in aula,

Digitized by Google

Oppidaque & vicos veſtrâ ditione tenetis.
Saltem aliquid virtuti aliquid concedite nobis.
Si locus eſt aditusque ad publica munera ſolis
Diuitibus, ſi nil inopes ſperare iubentur:
Nil à Rege ferunt: ſtudia omnia vbique neceſſe eſt
Concidere: & virtutis iter ſtudiumque relinqui.
At vos cum veſtris potius pereatis amicis,
Hoc eſt cum nummis: quam tot bona ſcripta, tot artes
Ingenuæ iaceant & virtus optima rerum.

Ad Carolum Cardinalem Lotharenum.

Si pacem tecum referes tua munia Regi
Et populo non grata minus promittere poſſum,
Quàm fraterna fuit nuper victoria pulſis
Hoſtibus, & capto magna cum laude Caleto.
Ingenium tibi Dii, ſermonem & verba dedere.
Queis animos regere, & quouis impellere poſſis.
Nec renuunt hoſtes, nec pacem nolle Philippus
Dicitur. at Chriſterna ſui cupidiſſima nati,
Non vnquam teneris miſſura amplexibus illum eſt,
Quem bello ſperet nequicquam poſſe teneri.
Quo ſit noſtra loco, quo res, neque te fugit. hoſtis:
Opprimimur Celtæ pariter, Belgæq; malorum
Ingenti cumulo: quæ nos acceſſimus ipſi
Iam nimium longo vexatur laſſa duello
Gallia: iam rerum damnoſa mole fatiſcit.
Præcipites coguntur agris migrare coloni,
Atque alio ſub Sole nouas ſibi quærere ſedes:
Ipſa quoque immodicis plebs vectigalibus impar,
Oppida certatimque domos & tecta relinquit
Nobilitas longæ ſumptus, & ferre laborem
Militiæ ſe poſſe negat. nec iam locus vſquam eſt,
Preſſa mali videas vbi non veſtigia tanti.
Quis modus irarum, finisve aliena petendi?
Hoc animis odium, lacrimoſi & ſemina belli,
Iamdudum, iam tempus erat deponere Reges:

Digitized by Google

Iam ſatis experti bello,quid poſſit vterque,
Quaſque trahat ſecum & quantas in prœlia vires.
Barbarus externis ideo conſcribitur oris
Miles,vt obuerſa Turcis ſtatione relicta
Ferrum in nos amens,in noſtraque viſcera vertat?
O cœcas hominum mentes! dum mutua ſtulti
Paſtores odia exercent,lupus intrat ouile;
Seque ſuper caulas ſaltu iacit,& pecus omne
Dentibus infrendens laniat,pecoriſque magiſtros.
Namq; malum hoc domibus ſi nondum adrepere veſtris
Senſiſtis,moueant aliena pericula ſaltem:
Et Rhodus,& patruo non pridem erepta,Philippe,
Buda tuo,& miſeræ bis iam tentata Viennæ
Mœnia: quæ triſtem dederint ſi verſa ruinam,
Pugnandum hic nobis vicini ad flumina Rheni
Cum Turcis erit,atque Scythis,cum milite Græco.
Forſitan huius erunt tot tantaque præmia belli,
Vt valeant abolére metum victoribus omnêm:
Nempe aliquod poſitum eſt opulẽtum & nobile regnum
In medio,lateque patens prouincia,parti
Alterutri ceſſura Deûm quæ munere vincet.
Huc ades,atque ex præteritis venientia rerum
Collige: non obſcura dabunt ſe ſigna futuri
Temporis.Iſtorum donec vixere parentes,
Triginta totos bellum geſſere per annos:
Exhauſere ſuas profuſis ſumptibus vrbes,
Multa virûm turpique dederunt millia letho.
Et quid poſt tantos morientibus vſque labores
Quid lucri rediit? prorſus nihil.vtraque multis
Sæpe malis concuſſa,ſteterunt finibus iiſdem
Regna tamen: nec quicquam alter decerpſit ab agro
Alterius.tam ſæpe cadunt ſtudia irrita regum
Alter quinetiam ſenior iam plenus honorum,
Cùm iuuenem amiſſo regem genitore ſuperbus
Deſpiceret,nec ſtare paterno fœdere vellet;

Digitized by Google

Illi congreſſus malè, fugit, & arma coactus
Ponere, & infelix patriis decedere regnis;
Vt viuens funus ſibi duceret, atque ſepulchri
Vltimâ in Heſperiâ ſolennem conderet aram.
Vertit poſt paulo fortuna, vicemque Philippus
Reddidit Errici ducibus. nec longa fuere
Gaudia victori capta mox vrbe Caletûm,
Et penitus noſtro depulſis orbe Britannis.
Nunc iterum ſummis bellum reparatur vtrinque
Viribus, ac ſi primùm hodie noua prœlia tentent.
Quando igitur ſine pace nequit manus vlla mederi
Tot tantiſque malis, adhibe vim pectoris omnem,
Ingenii, linguæque, ac vocis melle fluentis
Suauius. hanc nobis optatam confice pacem,
Lotarene. tibi debebit Gallia multum.
Nil te, pontificis curâ, nil dignius vnquam
Suſcipies. mandata tui ſuprema magiſtri,
Promiſſam pueroque fidem ſeruare memento.
Hoc faciens, querna in reditu cingere corona,
Et meritum Patriſpatriæ cognomen habebis.

Ad Carolum Cardin. Lothar.

Hoc etiam loculis munus tibi, Carole, noſtris
Mittimus: hoc gratum, Carole, munus habe.
Eſt paruum, fateor: verùm quo forma regendi
Expreſſa eſt magni quamlibet Imperii.
In multis, hæc pauca manu, præcepta notaui
Viſa mihi noſtris moribus apta magis.
Quæ Rex te longè diſcet meliore magiſtro:
Seque Patris dignum reddet imaginibus.

EPISTOLARVM SEV SERMONVM LIBER quintus.

PP 5 De

De ſacra Franciſci II. Galliarum Regis initiatione, regniq; ipſius adminiſtrandi prouidentiâ.

Sermo.

COElesti eſt oleo Mariæ Puer vnctus ad aram
Virginis: hoc felix vt ſit fauſtumque precamur:
Tithoni longos ſuperet vel Neſtoris annos.
Talibus interea diſcat dignare magiſtris,
Qualeis non alios Regum prior extulit ætas,
Nec quondam puero delegit mater Achilli.
Diſcat difficilem longè plus omnibus artem,
Antiquos vt amet regere & defendere fines
Imperii: dominis quæ ſunt aliena relinquat.
Illum vicini reges venerentur, vt alto
Sanctum aliquod terris demiſſum Numen Olympo:
Illius externi cupiant componere lites
Arbitrio populi; cupiant diſcedere bello.
Nec tam fortis amet dici, quàm iuſtus: & armis
Parta per humanas fugiat cognomina cædes.
Obſeruet promiſſa fidemque immobilis hoſti:
Nec pacem in bello, neque bellum in pace requirat.
Aut quid diſcipulos Chriſti nos eſſe fatemur,
Si nulla in nobis expreſſa illius imago eſt?
Haud minor in patriam pietas, ciuesque tuendos
Cura ſit; vt patriam bonus illis præſtet amorem.
Tardus & ad pœnam dubiis, idem acer apertis
Criminibus vindex, rigidus legumque miniſter.
Nec res iudicio finitasque ordine lites
Reſcindat: nec ſupplicio pœnave nocentes
Damnatosque leuet: legum nec vincula ſoluat.
Siue magiſtratus ſacrorum ſiue legendi
Pontifices; ſecum ipſe diu multumque requirat,
Ecquis apud ciues tanto ſit dignus honore;
Nec precibus, pretiove locum det, equisve citatis:
More ſed antiquo, lecti proſcribat apertè
Pontificis nomen, vel iudicis. audiat omnes

Quo-

Quorumcunque hominum voces & dicta. morando
Conſilium melius capiet, neque ſerò pigebit
Agnouiſſe malum, re denique turpiter acta.
Quos non fallit enim Reges inſcitia rerum?
Aut quænam vitare dolos prudentia poſſit,
Vni cum plures ficti inſidiantur amici?
Nam quandoque dies veniet metuenda futuri
Iudicii (quam nemo diem Rex, ſiue Senator,
Siue magiſtratus fugiet) poſcetur ab ipſo
Principe non tantùm rerum quas geſſerit ipſe,
Subtilis ratio; verùm & quas geſſerit olim
Improbus aut iudex, aut praua mente ſacerdos,
Aut alii, quibus eſt delata à Rege poteſtas.
Ille miſer pœnas alieni criminis, immò
Exſoluet proprii, qui non prouiderit antè
Quos, quibus, immeritos viuens mandaret honores,
Quosve minus dignos ſacris præponeret aris.
Nec mihi dignus erit, diuina humanaque iura
Qui didicit, ſi non idem coniunxerit æqui
Atque boni ſtudium, ſi non pietatis amorem:
Et niſi pauperibus faueat, locupletibus æquè,
Et niſi templorum reditus largitur egenis.
Quò mihi nobilitas, quò vana ſcientia rerum,
Si pietas aberit ſacris, à Iudice virtus,
Si venalis erit Prætor; ſi fonte lauamur,
Vngimur & terra depenſo condimur auro?
Ex his nulla igitur reditura pecunia rebus
Regali fiſco, reditura eſt nulla miniſtris.
Nec tamen ille ſuos, ne quos Reſpublica nummos
Suppeditat, demens alios conuertet in vſus.
Nec dabit indignis, nebulonibus, aut paraſitis:
Sed bonus vt tutor, qui ſe rationibus olim
Cogitat adſtrictum, ſumma pietate fideque
Rem geret atque noui reſecabit inania luxus
Inſtrumenta: modum veterem patriumque reducet

Veſti.

Veſtibus,& menſis. ſic vectigalia porrò,
Quæ vis præteriti ſuaſitque iniuria belli,
Par erit atque decens immenſa remittere plebi:
Contentum paruo paucis nam rebus egere
Conuenit. vlla tamen rodat ne beſtia fiſcos
Neve Palatinus ſorex, aut blatta, videbit.
  Scilicet hæc pridem toto fœdiſſima regno
Inualuit peſtis, viresque & robora paſcit
Imperii: vix quarta redit vel tertia Regi
Pars canonis. Nimium multi regalibus vncas
Admouere manus loculis. reuocandus in arctum
Ille ingens numerus: frænanda licentia furum.
Quò magis id fiat, néve hæc ſcelerata propago
Patronos habeat defenſoréſque nefandi
Criminis, hoc mihi ſæpe monendum & ſæpius, omnes
Abſtineant donis. præſertim quiq; futuris
Iudiciis præerunt, & quorum eſt ſumma poteſtas.
Tam firmum nihil eſt, tam clauſum, aut deniq; ſanctum,
Quod non expugnet vis auri: nec minus eſt fur,
Qui prædæ partem capit ac qui ſurripit ipſe.
  Tu furem excuſas Regi, corruptus ab illo,
Reſtituiſque loco damnatum, turpiter vnde
Exciderat. quid agis? nempe hoc furetur vt antè.
Quid præter veniam, cenſes cùm præmia furi
Danda velut merito? pudor eſt, pudor, addere plura.
Ergo paucorum fidei mandabitur arca
Publica: nam valde eſt cuſtodia lubrica nummi.
Ipſi cuſtodes cuſtodis egere videntur.
  At fiſcos augere malis rationibus vllis
Ne cupiat, fictique ſuos ne criminis vnquam
Inſimulet, iuſtove rei nec fine peracti
Ne bona liberto properet donare potenti.
Sæpe bonus minimeque nocens ſectoris auari
Opprimitur ſtudiis: & crimine concidit vno,
Quod pulchras ædes, vel opimum poſſidet agrum.

Ne

Digitized by Google

Ne mimis etiam, vel delatoribus aurem
Præbeat, iniuſtoue ſinat ſuccumbere quenquam
Indicio, ne pro compertis atq; probatis
Accipiat, quæ vox inimica vel æmula finxit.
Turpe quidem miſeros vitâ ſpoliare, boniſq;:
Turpius at recti ſpecie, falſiſq; latentes
Teſtibus adpoſitis, & iudice non ſatis æquo.
Condemnat cupidè nimis illum Prætor iniquus,
Qui putat iratum Regem vel Regis amicos.
Quò grauius peccant, patulis qui crimina Reges
Auribus accipiunt quæ de quocunque feruntur:
Præſertim inuiſum vel deteſtabile crimen
Cùm fortè arguitur reus admiſiſſe: velut ſi
Maieſtas populi vel Regis læſa putetur;
Intenditparteis animum Quæſitor in omneis:
Ipſa fidem, ſimul eſt audita calumnia, fecit.
Occidit infelix intra ipſa exordia, nullo
Sæpe ſuo merito: ſceleris vel temporis ardens
Inuidiâ potius, neq; pòſt adiuuerit illum
Commonſtrare dolos, fictumq; oſtendere crimen.
Prima ſemul defixa animis hæſere, nec vnquam
Stultitiam volet ille ſuam quicunq; fateri,
Credulus & præceps: ſed prima tuebitur vſq;,
Et ſemel offenſum conſtans offendere perget.
Quærendum fuerat, quis ſit delator, & in quem
Dicat, quoue animo: prior eius vita, reine
Abſentis melior. nam qui bonus ante fuiſſet,
Auſum immane nefas ſubitò, vix credere par eſt.
Si tamen vrgetur res ſuſpicione: vocandus
Eſt reus, obiecto coràm vt ſe crimine purget.
Horrebit vultum falſus delator, & ipſo
Adſpectu confuſus erit, dignamq; ſubibit
Pro ſcelere immani, tanto ſub iudice, pœnam.
At delatorum genus vtile, ſæua nocentum
Ne Regem lateant peccata; bonoſq; maloſq;

Vt quamuis abſens, facilè internoſcere poſſit.
Eſt ita: dum norint ſibi non impune futurum,
Si quid in auriculam mendax effundere lingua
Auſa fuit. tua me bis Carole dextera saluum
Præſtitit à rabidi ferali dente leonis:
Nec metuam diras vnquam te vindice linguas.
Atq; vtinam quàm ſe præclara eſt vltus Apelles
Inſignis tabulâ, tam noſtro carmine poſſim
Exprimere, hoc quàm ſit tetrum exitialeq; monſtrum
Regibus & populis: quantas det ſæpe ruinas.
Oſtendam plane quibus orta Calumnia ſurgit
Principiis: vt Auaritiam, toruumq; tuentem
Inuidiam comites ſecum trahat, vt mala blandis
Inſinuet dictis, & blando carmina vultu.
Regem autem ſtupidum, bucciſq; fluentibus ore
Diſtorto, fœdâ facie, rudentis aſelli
Auriculis, quocunq; vocauerit illa ſequentem.
Ipſius ante fores delator & oſtia circum
Excubat obſeruans, vt verus nequis amicus
Ingrediens ſomno ſtertentem ſuſcitet alto:
Et faciat tenebris amotis, cernere verum.
Sic perit ille miſer fictis ignarus & abſens
Criminibus, quoniam purgandi oblata poteſtas
Nulla ſui, vel Rege aliud curante, vel iſtum
(Vt magnum longumq; nimis) fugiente laborem.
Fac non nolle, tamen ſtudiis illius honeſtis
Obſtabunt, aliiq; moras & tempora nectent:
Prætermiſſa ſemel referet ſe occaſio nunquam.

At noſter faciles aditus venientibus vltro
Præbebit populis, oblatos ipſe libellos
Accipiet manibus, lacrimoſas ipſe querelas
Audiet, & reſponſa dabit poſcentibus ipſe.
Quàm iucunda, putas facies eſt regia, ciui
Et quàm grata ſuo? tanti nihil eſſe videtur
Nunquam, dura licet, grauis illius ore repulſa eſt.

Digitized by Google

Annuit? hocquodcunq; etiam debebimus ipſi.
Reſpuit? audiuit prius is tamen, inde negauit
Atq; ita nemo ferè triſtis diſcedit ab illo.
Et patrum fama eſt ætate fuiſſe, iuberent
Qui mollem Reges & inertem ducere vitam,
Nil agere, & leuibus traducere tempora nugis;
Nullum congreſſu, nullum ſermone petentem
Dignari, celſo tenues contemnere vultu:
Abiicere imperii curam, nullamq; ſuarum
Luce voluptatum, nullam intermittere nocte:
Is fructus regni tanquam ſi maximus eſſet.
Tales Aſſyrii Reges, Francique fuere,
Tota Palatinis dum rerum cura Magiſtris
Ceſſerat: hæc illis regni ſocordia finem
Attulit, his animos contra ius faſq; rebelles.
Quare nec fidum potes hunc nec Regis amantem
Dicere qui celſos vſurpat Regis honores;
Abrogat imperium domino. Capitale nefaſq;
Et Perſis habitum ſolio ſediſſe tyranni.
Tu ſolus regnes, ſolus domineris in aulâ,
Nil adeò Regi præter diadema relinquas,
Et nudos regni titulos, & nomen inane?
Quid non ambitio, quid non mortalibus auri
Suadet auara fames? moderata potentia quantò
Iuſtior eſt & quàm magis expers ipſa pericli?
Ne ſit Rex igitur vel iners, vel mollis, & oti
Atq; voluptatum cœno demerſus in alto.
Regem namq; volo, non fucum inducere regnis.
Nec ſibi plus ſument comites, quàm legibus æquum,
Quàm mos, & ratio, quàm Rex conceſſerit illis.
Nec verò ludis Reges prohibemus honeſtis,
Venatuq; pilaq;, virilibus inſuper armis:
Idq; adeò ſi forte vacabit, & omnibus antè
Defuncti curis fuerint, operumq; ſoluti.
At ſi continuò pergent aſſueſcere ludis;

Poſt,

Poſt, ægrè redeunt & tardi ad ſeria, cùm res
Exigit. iccirco pueri iuueneſq; docendi
Ante annos atq; ante diem ſupponere duro
Colla iugo, ne ferre laborem fortè recuſent
Inſolitum, grauior cùm poſt acceſſerit ætas.
Anglus Aquitano Francos eiecerat agro,
Et deſperatis iam rebus Poto redibat,
Hirrus &, inſignes armorum laudibus ambo.
Atq;, vt dura nimis belli fortuna ferebat,
Tectum ingens mœſti ſubeunt, Regemq; ſalutant.
Ille choros mediâ ridens agitabat in aulâ,
Permiſtus niueo candentibus ore puellis.
Et procul vt vidit, Scitene, exclamat, amici,
Exercere pedes videor? cui Poto, vel Hirrus,
Triſtia ducentes ſuſpiria pectore ab imo:
Næ tu inter ludos choreaſq;, ſepultus amore
Fœmineo, perdis pulchrum hoc & nobile regnum.
At non incaſſum iuuenes ea dicta dedere.
Nam ſubitò memorant ex illo tempore regem
Mutatum, & poſitis conuerſum ad ſeria ludis.
Seruandi ſtudium gregis, armentiq;, fidelis
Paſtor habet: cuiuſq; rei ſua cura magiſtris.
Ars etiam quædam dominari in bruta putatur.
Quam ſi turpe, malumq; viris agreſtibus artem
Negligere, aut neſcire etiam; quàm turpius iſtos
Qui præſunt hominum generi, non illa tenere,
Nec curare, quibus homines populiq; reguntur?
Rex igitur primis noſter iam diſcat ab annis,
Quæ tanto imperio dignum ſe reddere poſſint.
Et quanquam fidis comitatum ſemper amicis,
Eſſe velim, nihil & moliri inſigne, vel altum,
Nil operæpretium, conſultis non prius illis:
Non tamen vſq; ſuis diffidet viribus, vt non
Audeat ipſe aliquid per ſe, vt non antè remotis
Omnibus in tacito ſe conſulat ipſe receſſu;
Quid

Quid regem deceat, quid honeſtum, aut vtile factu;
Quam rem ſuſcipiat, quibus explicet inde miniſtris:
Vt caueat viteťq; dolos, & praua ſuorum
Conſilia, vt monitis addat melioribus aurem.
Quinetiam admiſſus ſemel imprudentibus error
Multorum erudiit mentes, vitæq; ſequentis
Dux bonus, & ſapiens eſt regibus atq; magiſter.
Hoc faciens lapſus ſum turpiter: hic mihi ſtulto
Verba dedit: poſthac nobis erit ille cauendus:
Hunc mihi delegi, recte cui credere poſſim.
Sic medium teneat, neq; ſe plus diligat æquo
Elatus blandis hominum ſermonibus, aula
Quos habet innumeros: neq; ſeſe negligat ipſum.
Sed grauis vt cenſor, voces & verba loquentum
Expendet: fictis veros diſtinguet amicos.
Atq; vtinam centum genitrici proroget annos,
Proroget vxori, atq; amitæ Deus: & tibi fratres
Longa duos præſtet venturi temporis ætas
Incolumes, ortos Lotari ſanguine fratres:
Huncq; ſenem profugum modo qui reuocatus in aulã eſt,
Vnde per inuidiam pulſus deceſſerat olim.
Non pia, non & fida tibi, Rex maxime, deerunt
Conſilia his viuis. Res (ſi vacat) adſpice cœptas,
Adſpice prima tui quæ ſint fundamina regni;
Maiorum nemo poſuit meliora tuorum.
Non tamen iccirco tibi palpum obtrude, vel illis:
Nam quid ſola poteſt hominum prudentia? verùm,
Principium tibi ſit, bone Rex, & norma regendi
Imperii, aſſiduus timor & reuerentia ſancti
Numinis: hæc præeat tanquam fax ſemper eunti.
Namq; homines, quamuis præclarâ mente, fideq;,
Multa vel ignari peccant, vel non inhoneſtis
Impulſi ſtudiis, aliquaue cupidine, multa
Mille modis aliis etiam ſine fraude, pariq;
Inuoluunt errore animos, & pectora Regum.

QQ Non

Non ita cœleſtes animæ, quibus omnia ſemper
Cognita ſunt penitus rerum quæcunq; geruntur.
Nec fallit quenquam Deus, & neq; fallitur ipſe.
Hic tua cæca reget tenebris veſtigia noctis,
Luce reget mediâ: nemo duce dabitur illo.
Cuius nempe vicem quando geris, & tua nulli
Magnorum cedit collata potentia regum,
Omnia dicta (quoad poteris) tuaq; omnia facta
Adſimulare Deo, debeſque accepta referre.
Et quoniam (veteres vt dicunt) Maximus idemque
Optimus eſt, talem quoq; te præſtare memento.
Nos autem, qui viſum vlli notumq; negamus
Eſſe Deum, tamen & qualis ſit patria virtus,
Maieſtas & quanta Dei genitoris, ab ipſo
Coniicimus Nato; qui ſe mortalibus olim
Miſcuit, & pariter vixit, mox deinde reuixit.
Quem viuum quiſquis vidit, putet ille Parentem
Se vidiſſe: fuit nam vera ipſius imago
Filius in terris. noſcendi hæc vna Parentis,
Præterea via nulla. ſed ille per æthera purum
Iampridem elapſus, celſo conſedit Olympo.
Atqui multa ſui nobis monimenta reliquit
Ingenii, morum, veræ pietatis: ab illo
Tradita perfectæ manauit formula vitæ.
Ille Deum quo ſit cultu, quâ mente colendus
Quâ prece conueniat placari, & quàm bene grata
Ipſius ante aram cordis cadat hoſtia noſtri,
Edocuit, verum templiſque indixit honorem.
Omnibus hunc animi neruis, & pectore toto
Diligere, atq; aliud nihil æquè iuſſit amare,
Qui cœlum, & ſtellas, & totum condidit orbem.
Nos genuit, paſcit genitos, alit, educat almo
Vbere: parcit eis meritò quos perdere poſſit.
Et quis enim noſtrum peccat non omnibus horis
Supplicio condigna graui? tamen omnia tentat

Ille prius, ſæuum iaciat quàm nubibus ignem:
Datque locum veniæ, quoties ſe ſurrigit antè
Lapſus homo, & vitâ mutat meliore priorem.
Qualis amor Domini, talem nos inter amorem
Reddere, & auxilio miſeros opibuſq; iuuare
Præcipimur, nullam reminiſci temporis iram
Præteriti, nullam ad Solem perferre cadentem:
Et faciles vtroq; aliorum ignoſcere culpæ.
Hoc nos priuati, quibus eſt cognatio nulla
Cum Superis facimus: quo reges æquius omneis
Diis genitos facere, & cœlo ſe reddere dignos.
Tu verò cui ſumma Deo delata poteſtas,
Quiq; etiam præſtas aliis tam Regibus vnus,
Quàm Reges alios plebi præſtare videmus;
Tu bonus & clemens eſto, ſimiliſq; Deorum
Qui cœlos habitant. propria eſt clementia Regum.
Tu malis ſeruare tuos, quàm perdere ciues:
Et quam olim veniam exſpectas à rege Deorum,
Impertire aliis hominum Rex. vtere parcè,
Aut nunquam, horribili gladio, niſi penè coactus
In deſperatos medicorum more, ſecantum
Arida quæ modò ſunt, & putrida corpore membra,
Eſt quiddam medium: nec laus quęrenda ſeueri
Suppliciis hominum, nec laus clementis & æqui
Eſt veniâ paſſim tribuendâ & diſſoluendis
Legibus. Exemplum non longè extraq; petetur
Lenis manſuetiq; animi. fer lumina retrò.
Vel genitore tuo, vel auo, clementius vnquam
Nil ſumus experti. facilis vel promptus ad iram
Neuter erat: iecur & placabile pectus vtriq;.
At genitrice tuâ quæ fœmina mitior vlla eſt
Omnibus in terris? quæ cùm excandeſcere nuper
Iure videretur cæſo potuiſſe marito,
Non ſolùm non vlta ſuos eſt illa dolores,
Sponte ſed ignouit, ſuaq; iis permiſit habere,

A quibus atroces animis exceperat ictus.
Ignouêre ſuis obtrectatoribus ipſi,
Quorum conſilio ſtat adhuc res Gallica, Fratres.
Multa noui quæ ferre ſolent exordia regni
Damna, fugas, raptuſq; bonorum, vincula, cædes,
Nec ſumus à quoqam paſſi, neq; Principe noſtro
Senſimus. inuerſus ſonitum vix reddidit axis.
Ergo ſis, Franciſce tuis & mitis & æquus
Ciuibus: ac mandata Dei cultumq; perennem
Iam meditare puer, curam meditare tuorum.
Namq; hæc prima tuæ virtutis ſemina ſurgent
Paulatim, pariterq; tuo cum corpore creſcent:
Et ſuper alta ſuos extendent ſidera ramos.
Tunc neq; nos puero ſub Rege fuiſſe pigebit,
Nec te diſcipulum tales habuiſſe magiſtros
Imperii, & iuuenem laudes æquaſſe parentum.

Ad Iac. Fabrum.

Treis adeò totos deſcripſit & amplius orbes
Luna ferens hiemem. pluuias & frigora ſecum,
Quos ego nunc menſes? annus magis eſſe videtur,
Ex quo Franciſci regis diſceſſimus aulâ.
Nam quibus eſt dulci patriâ domibuſq; relictis
Trans maria aut montes, aliò procul ire neceſſe;
Non illi properant celeri diſcedere curſu:
Sed mage reſpiciunt, retroq; ad mœnia triſtes
Conuertunt oculos: & ſi nihil obſtet, ad illa
Prima ſuæ ætatis cunabula ſponte recurrant.
Multa quidem modò vera mouent, modò gaudia falſa
Mortales animos, ſperare iubentia magnum
Neſcio quid, felicem & in omnia tempora vitam,
Et patriæ inducunt obliuia dura, nouaſq;
Externo ſubigunt cœlo perquirere ſedes.
Vt cùm conditio pulchri eſt oblata mariti,
Ardet amore nouo mulier: via nulla volenti
Difficilis, ſeu meſſis, erunt ſeu tempora brumæ,

Seu

Seu pedibus, fragili ſeu naue per æquor eundum eſt.
Tales principiò tangunt præcordia motus.
Verùm vbi & illa viæ ſeſe permiſit, & vnde
Exierit, ſecura quos ante reliquit amicos
Cogitat, & quàm ſæpe cadit ſpes vana futuri:
Vellet non mouiſſe pedes, extraq; tuliſſe
Limina. quinetiam veſtigia forſan, vtrumuis
Cùm poſſit, referatq; domum, redeatq; libenter.
Hæc eadem optatum vidit ſimulatq; maritum,
Spernit amicitias veteres, caroſq; parentes,
Et natale ſolum, & quicquid fuit antè puellæ
Iucundum, atq; nouo poſt omnia ponit amori.
Et quis enim potuit vitare Cupidinis ignes?
Aut quam ſæuus Amor ſibi non parere coegit?
Quicquid erit, non pauca animi tum ſigna dolentis
Vidimus in vultu dominæ: crebriq; per omnem
Sermones de rege viam, de matre fuere
Principis, vt facilè inuitam migrare putares.
Quæ mihi non memorare libet, ne verſibus atris
Obductum vobis renouem iam penè dolorem:
Dicemus tantùm, dicemus carmine longo,
Ecquod iter noſtrum fuerit, quas vidimus oras
Quorum hominum, & per quas veſtigia fecimus vrbes.
Tum ſi iucundum, gratum, aut memorabile dictu
Acciderit quicquam, narrabitur hoc quoq; vobis.
Egreſſi Blæſis quâ rex eſt luce profectus,
In Remorantinâ primùm conſedimus vrbe:
Quæ res, & quæ prima fuit tum cauſa morandi
Vos audiſſe puto. nam cur ego cognita vobis
Perſequar, & vanis onerem ſermonibus aures?
Hinc Biturix adeundus erat, primuſque Viarzo
Nobilis & Carli Mehuenus funere regis:
Quæ regina tamen vitauit, Auarica necnon
Mœnia ne ciues ſumptu vexaret inani.
Hac ego iuſſus iter feci, dominamque ſequentem

Deuia, vix Duni quartâ poſt luce reuiſi.
An tibi Borbonias multo cum felle placentas
Et memorem fœdo luctanteis æquore mulos
Sargiacum pontem, nemoroſæq; arua Colubræ
Infernâ peiora viâ, peiora Pitiui
Fertilibus campis, & Lori mollibus a ruis?
Vrbis prima ſuæ portas & ſacra Molinum
Templa coronauit, clauſiſq; effuſa tabernis
Ordine tota ſuum plebs eſt comitata Senatum:
Venerat huc ſextum ante diem dimiſſus ab aulâ
Nuntius & certa poſtes ſignauerat albâ:
Iuſſerat & dominæ venienti occurrere ciues.
Villanouanus opes reliquas monſtrauit & hortos
Extinctæ gentis: pendentiaq; arbore poma,
Media quæ miſit quondam (mirabile viſu:)
Fons etiam dominæ teſtari viſus amorem
Maiores fundebat aquas cœloq; ferebat
Altius. hic ſoles inuiti quinq; moramur,
Dum vaga ſe referunt veteres ad flumina ripas,
Aucta repentinis niuibus, pluuiaq; ſequente.
Hinc proficiſcentes Beſſumq; humileſq; Varenas
Et celſæ fumoſa ſubimus tecta Palicæ.
Septem marmoreis ibi tollitur ampla columnis
Porticus ex dono Ligurum. domus ipſa refulget
Ornatu paſſim vario & laquearibus aureis.
Venimus hinc longam iam ſole cadente Roanam
Vnde Liger confiſus aquis & fluminis alueo
Inſuetas audet primùm iam ferre carinas,
Subiectis variaſq; locis tranſmittere merces.
Omneis incolumes fatum ſeruarat ad illam
Vſq; diem, ſeruarat heram. comiteſq: puellas.
Bogomarum, quanuis picto conſideret ore,
Multaq; iactantem febris tamen aſpera cœpit.
Illius amiſſi morbo luſuſque iocique:
Sed tamen indutus vulpinæ tegmine pellis

Tertul-

Tertullus, niueâ perfuſus & ora farinâ
Saluauit ſatyrum, choreaſque agitauit agreſti
More: dein ſic ludum ornauit, vt ipſe ſederet
Arduus in baculo, complexaque crura teneret,
Nunquam ſede ſuper tali conſiſteret ille,
Si non in truncum procumbat corpore toto,
Quem manibus terrâ defixum vtriſq; gerebat.
At quoties læuâ in dextram ſe verſat, & altè
Erexit truncum, niſi ſe librauerit æquo
Pondere, vix certam potis eſt vitare ruinam.
Hunc alii iuuenes imitati: tum ſua duro
Membra pauimento fundebant non ſine riſu.
Vis etiam monſtrem curæ nos eſſe Deorum,
Ac memorem non viſa prius miracula quædam:
Et quæ votiuâ videat ſi picta tabellâ
Poſteritas hominum miretur? vt ad iuga montis
Venimus à Tartarâ cœpit qui nomina vico,
Ebrius vt ſemper, Dalbeni auriga poetæ
Dum male firma loco veſtigia ponit iniquo,
In præceps cadit, inter equorum terga rotaſque:
Et memor vſque ſui feruentem ſiſtere currum
Obnixus fruſtra pedibus conatur: at illi
Per medium pectus, per viſcera ferreus orbis
Voluitur. attoniti certatim tollere corpus
Accurrunt ſocii. iam ſeſe erexerat ille
Impiger oſtentans nudum ſine vulnere pectus,
Creditur ebrietas, multos quæ perdidit olim,
Hunc ſeruaſſe virum. nam multo cum grauis eſſet
Inflatus venaſque mero, robuſtius actas
Suſtinuitque rotas, & preſſum ponderis omnem,
Lugduni comitum fuerit quæ pugna duorum
Cantabo, longis cum diceret alter eundum
Nauibus, & ſuaderet equi vitare laborem:
Alter aquas Rhodanique timeret ſaxa furentis
Ingenteſque pilas, & ſubter euntia pontes

Flumina, nec fragili vellet se credere ligno.
Nil est quod metuas, ego te (Dorsennius inquit)
Saluum & incolumem sistam procul vrbe Cauarum.
Qui potes hoc? etenim nunquam me flumine laui,
Nunquam nare puer didici. Possum (ô bone) possum
Si me audire voles. ego bina tumentia vento
Cingula subnectam lateri, queis nixus aquarum
Summa tenens fluuio nunquam mergere profundo.
Hoc alius quisquis volet, experietur: & audax
Insolito cursu cælum tentabit & vndas.
Nam memini quendam fictis cùm fideret alis,
Præcipitem ex alto sese demittere muro
Ausum: sed frustra commouit in æthere pennas,
Et fracto pueri riserunt crure cadentem.
Tum mihi culcitris substerni mollibus optem
Pingue solum: fugiam silices & strata viarum.
Vt trepidi saliunt malè pisces littore sicco,
Nec facilè in terra vestigia ponit hirundo:
Sic ego nec volucrum, nec iter tentare natantum
Auctor ero cuiquam: nec si me vertere possim
Aligerum cupiam, pennis vel mobile corpus
Naturam moneo (coget vis nulla) sequatur
Quisque suam: nec quo pedibus contendere possit,
Tentet adire mari, transnare vel aëra pennis.

Quinque dies totos deducta colonia Planco
Nos habuit. sed quam prior ætas illa videbat
Acrius. vt communis ei tum cura salutis
Maior erat: nitidis in collibus aere puro
Vrbs fuit, vnde omneis longè prospectus in agros,
Deerat aquæ riuus. fontes procul vrbe petiti
Ad fanum Stephani: celsos aqua ducta per arcus:
Sed veterum consumpsit edax furor igneus vrbem.
Nunc inter montes Ararisque fluenta premuntur
Angustæ nimium spaciis breuioribus ædes.
Nec tam multa virûm tam paruo millia possent

Esse

Digitized by Google

Eſſe loco, niſi ſumma domus faſtigia tollant
Altius, & ternis geminent cœnacula tignis.
Manè vapor craſſus nebulæ petit ora. nec antè
Diſcutitur, quam ſol medium confecerit orbem.
O, verè cæci Calcedones! attamen ipſi
Qui præſtant opibus ciues, nunc inter aquarum
Ductus, atque vrbis veteres in monte ruinas
Ædificant: patreſque ſuos erraſſe fatentur.
Spina latus dextrum Rhodanoque Arariq; ſiniſtrum
Cinxit: & ex alto miſceri cernit in vnum
Flumina magna duo, ac totam circumſpicit vrbem
Ædibus illius nihil eſt, vel amœnius hortis,
Qui ſic ædificant, mihi cum ratione videntur
Inſanire aliqua, vel non malè ponere nummos.
Nec procul hinc paruæ veſtigia magna Viennæ:
Dum res Allobrogum ſtabant, ea montibus altis
Iura dabat, Rhodanumque habitantibus inter & Alpes:
Nunc inuita loco deceſſit & altera Græcum
Vrbs quæ nomen habet, primos accepit honores.
Hic tibi ſe permulta dabunt monumenta Latini
Nominis, ingentes ſculpto de marmore portæ,
Arcus innumeri, prætoria, Cæſaris ædes,
Et qui diſiectis per ſaxa canalibus vrbem
Dulcis aquæ repetit leni cum murmure riuus:
Vnde ſacros latices dum plenis haurio palmis,
Me penituſque immergo loci deceptus amore,
Immodicos ſenſi ſtomachi ventriſque dolores.
Hinc nos magnificis excepit Ruſſilo tectis
Ruſſilo Turnoni domus inclyta. nil fuit illo
Hoſpitio dominæ iucundius. ipſe legendi
Pontificis cauſa maior Turnonius annos
Tris aberat totos Romæ dum funere funus
Accumulant Parcæ: minor intus dulcia nobis
Vina miniſtrabat, pleniſque obſonia menſis
Multa auro, argentoque nitens & munda ſuppellex,

Multi Sidoniique operis Phrygiique tapetes.
Hinc Valiæ fanum paruique ad mœnia Tinni
Venimus. Aduerſæ Turno eſt in margine ripæ
Arduus,& Rhodanum premit alta rupe ſonantem.
Montibus his prima eſt naſcentis gloria Bacchi:
Turnoni quanuis volat inclita fama per orbem,
Alba tamen meliora ipſi Tinnina fatentur
Indigenæ, & præferre etiam Viuaribus audent,
Quanquam melle fluunt illis mage dulcia vina.
Dum ſternunt lectos famuli, dum cœna paratur
Tranſuehimur Rhodanum. paruamq; adſcendimus vrbē,
Turnonum quæ prima dedit cognomina genti.
Hic domus eſt florens ſtudiis, conſtructa ſuperbo
Ingentique opere, hanc maior Turnonius antè
Condidit ipſe ſuis opibus, Muſiſque dicauit:
Immenſis etiam poſt vectigalibus auxit:
Vnde peregrinis doctoribus annua merces,
Et pueris inopique eſſent alimenta iuuentæ.
Huc gens Allobrogum ſacras ad Palladis artes,
Et natos extrema ſuos Prouincia mittit.
Nec procul hinc Iſaræ rapidum tranſmittimus amnem
Nauibus, atq; Droum, rupto qui ponte per agros
Ibat ouans, prædamq; hominum pecorumq; trahebat.
Nec te carminibus præclara Valentia noſtris,
Aut liquidos fontes, & mollia prata ſilebo.
Tu legum fontes aperis, tu iuris & æqui
Prima ſubalpinis monſtraſti gentibus artem.
Sed iuuenum faciles animi capiuntur in vrbe
Sæpe tuas, teneraſque ardent ſine more puellas:
Mentitique patrum ſpem turpiter inde ſuorum,
Aut vertere ſolum, aut in propria tecta reuerſi,
Exegere ſuis deſpectum ciuibus æuum.
At Lorii, curuo vitreus fons manat in antro,
Dignus carminibus Flacci, doctive Maronis,
Nobiliore loco, Româ, vel dignus Athenis:

Google

Nunc rudibus præbet latices potumque benignè
Agricolis, Rhodanique obſcurus mergitur vndis.
En tibi iam duri ſenſim miteſcere colles
Incipiunt Rhodanuſque ſuas extendere ripas
Liberius, ſpatiiſque incedere gaudet apertis.
Quis cælum & campos, qui ſunt regionibus illis
Trans & cis Rhodanum: montis quis vina Limarri:
Quis Iubram & Rubium condignè laudibus ornet,
Ingentes fluuios cùm nix è montibus altis
Liquitur, aut pluuias cùm Iuppiter æthere fundit?
Nunc genua alipedum contingit neuter equorum.
An caſtella tibi prærruptis ardua ſaxis
Enumerem Rhodani ſpernentia fluminis iras?
Exin ſaxa noui tranſcendimus aſpera Caſtri.
Et tumulos Donzella tuos: mox Petra recepit
Hoſpitio nos Lata ſuo. Paullinus ab agris
Vina dedit conuecta ſuis, cœnamque puellis,
Barbariciſque domum ſpoliis ornauit & auro.
Pons erat ad dextram rarâ mirabilis arte.
Ingentis Rhodani ripam qui iungit vtranque.
Hac quicquid mercis Narbo, diteſque Biterræ
Lugdunum mittunt. Monſpeſſulus atque Nemauſus
Commeat: vrbs poſita eſt aduerſa in margine ripæ.
Proximus huic fractas oſtendit Arauſio magnæ
Vrbis opes, & nunc propter monimenta Latini
Nominis, & claros Marii viſendus honores
Marmoreus cæloque ingens attollitur arcus:
Fatidicæ ſpectes in eo prognoſtica Marthæ,
Ardentemq; facem manibus quam virgo gerebat
Commiſſam Marioque grauem poſt Conſule pugnam,
Binaque deuicto ſurrecta ex hoſte trophæa.
At ſupero monti quæ pars coniungitur vrbis,
Integram magni frontemque aditumque theatri
Seruat adhuc corrupit edax nam temporis ætas
Cætera, & ignari quondam manus improba vulgi;

Quod

Quod nunc in mediis poſuit ſibi tecta ruinis.
Millibus hinc denis vrbs diſtat Auenio tantum,
Nobilis & longa magnorum cognita ſede
Pontificum, quo ſe Latio Romaque relicta
Contulerant:nunc miſſus ab vrbe vicarius alta
Pace regit populos. nil ponte ſuperbius illo,
Quem ſubter Rhodanus multis iam labitur auctus
Fluminibus. moles etiam miranda Palati
Materia & ſumptu. paulum aut nihil artis in illa eſt.
Ac tibi ſi monumenta placent antiqua, videbis
Felicem Lauræ tumulum, cinereſque beatos
Laudibus ingenioque & ſummi carmine vatis.
Quinetiam muri laudantur,& ambitus vrbis:
Nam neque Iudæos viſum eſt in laude colonos
Ponere: nec verò commercia gentis Alanæ,
Impia quam dicunt tacitis præcepta fouere
Mentibus,errores & adhuc retinere parentum.
Hac rapidus Boreas exortus nocte,domorum
Plurima deiecit faſtigia:vidimus ipſi
Haud tenuem tanto conuulſum turbine murum.
Cumque die placuiſſet iter properare ſequenti,
Multæ præcipites ab equo cecidere puellæ
Multi acres forteſque viri. quin vnus in illis
Excuſſum vento capitis dum tegmen auarus
Inſequitur, mediis penè eſt abſorptus in vndis,
Monte Cauo, qui vicus eo ſic nomine dictus,
Quod ſuberat monti, noctem perduximus illam.
Hinc fortunatus longè lateque patentem
Planitiem riguos aperitque Cabellio campos:
Non maiora aliis naſcuntur Perſica terris,
Non ager, aut alius fert æquè mitia poma.
Pluribus immiſſus variiſque Druentia riuis
Prata rigat,duplicem domino referentia fructum.
Deſuper horrendus ſaxis mons imminet vrbi
Quem veteres coluiſſe ferunt:ſed montis iniqui

Per-

Pertæſos tandem veniſſe ad plana minores.
Nunc etiam antiqui cernas veſtigia muri.
Et vetus inſcriptum Pompeii nomine marmor:
Cætera longinqui deleuit temporis ætas.
Millibus hinc diſtat non amplius Orgo duobus
Lotarenorum ditionis aut inter vtranq;
Saxa ruit, Stygiaſque Druentia voluit arenas:
Non alius celſis reuolutus montibus annis,
Vicinos ripæ populatur latius agros.
Tunc etiam inflatus rapidè ſpirantibus auris
Nauigia horrendis iactabat parua procellis.
Hic meus abiecto riſum tum pondere mulus
Adſtanti populo commouit, inire frementes
Dum detrectat aquas, paruamque adſcendere nauem:
Sed tandem iratas conſtrictum fune retorto,
Et frontem atque oculos velamine veſtis opertum,
Tergaq; percuſſum flagris tranſire coegit
Multo, ſæpe licet feratâ calce petitus.
Apparent longè lapidoſi tecta Saloni:
Hîc mendax contorta dabat reſponſa petenti
Noſtradamus populo. iam (quæ dementia.) Regum
Dictis nobiliumque animos & corda regebat.
Hæc aliena Deo prudentia: namque futuros
Proſpicere euentus mortalibus ille negauit.
Occurrunt nobis ſitientes inde Thalaſſi,
Et ſalſis Martegus aquis, propè millia ſeptem
Introrſus terras fluuio ſtagnante refuſus.
Hunc in ſeceſſum magno ſeſe agmine piſces
Iactati ventis, & fluctibus æquore in alto
Proripiunt. homines vicinis vndique pagis
Concurſant, captamq; trahunt ad littora prædam.
Berra lacu medio iacet inſula. ſal ibi multum
Conficitur, longeque per omnes mittitur oras.
Progreſſi ſeptem vel millia circiter octo,
Rupibus ex altis longè maris æquora vaſti

Pro-

Proſpicimus, Græcis fundataq; mœnia quondam
Exulibus, villaſque frequentes mœnia circum
Tot numero, quot ſunt agri propè iugera culti:
Quæ magis ipſa placent variis diuiſa colonis,
Quàm totum ſi fortè ſolum domus occupet vna.
Fortſitan expectas vt longo carmine dicam,
Maſſiliæ, primùm, quàm ſit vetus vrbis origo,
Quiq; hominum ſermo fuerit, quæ vita, priuſquam
Barbara colluuies antiquum infuſa decorem
Verteret, & longo mores corrumperet vſu:
Quæ Graiis diſces ſcriptoribus atque Latinis.
Eſt olei vinique ferax ager: optima ficus
Naſcitur his & multa locis, conditaque longè
Mittitur extremos ad Belgas. vrbs tribus ipſa
Partibus alluitur pelago: tutiſſima nautis
In porta ſtatio. nam montibus vndique venti
Ipſius anguſtis prohibentur faucibus hoſtes,
Quas ipſas triplici coniungunt nocte catenâ.
Nequa intrò penetrare, rateſque incendere poſſit
Vis inimica. ſitam celſis in montibus arcem
Perpetui vigiles adſeruant: vnde per omnem
Circumferre oculos poſſunt & lumina pontum,
Quot numero naues illi tranſire per altum
Conſpiciunt: totidem cælo rutilantia tollunt.
Vela, quibus ſignum ſubiectis ciuibus imis
Dant procul. expediunt illi ſua protinus arma,
Atque omneis aditus obiecto milite complent.
Multum armis & claſſe valent. Dux deeſſe videtur
Tantùm, continuo armorum quos imbuat vſu.
Stroſſam omnis, veluti Pollucem & Caſtora fratres,
Nauta vocat rebus dubiis, ſolumq; potentem
Ventorum atq; maris per ſecula multa fuiſſe
Prædicat: & ſolum cui ceſſerit Auria ductor
Nobilis. ac viſo pauitans profugerit hoſte.
O te Maſſiliam, ſi viueret ille, beatam!

Quo duce nulla tuis ſe conferat altera bello
Militibus gens, nulla tuos vrbs æquet honores.
At nunc Etruſcæ caſtellum ignobile gentis
Dum nimis incautus ſpaciis explorat apertis,
Et propius muro ſuccedit, ſaucius ictu
Fulmineo pullæ nitroque & ſulphure glandis
Concidit: haud dignum tanta virtute periclum.
Hic Dux Emanuel progreſſus ab vrbe Nicæâ
Occurrit dominæ. fuerint quæ gaudia noctis
Illius haud facilè eſt dictu, & quæ deinde ſequentum.
Ire mari nuptæ placuit, dulcique marito
Addere ſe comitem: pedibus procedere iuſſi
Queis mere ſuſpectum eſt, ego non poſtremus in illis.
Maſſilia celſas Ligurum via ducit ad alpes,
Per mediam vallem duris latera ardua cinctam
Montibus, & celeri labentia flumina curſu.
Albani primum conſedimus, inde propinquo
Zachariæ fano, quod abeſt prope millibus octo.
Arduus ad dextram mons Balma, vetuſque ſacellum
Huic Mariæ ſacrum Domini, quæ lauit & vnxit
Mollibus abſterſitque pedes & crura capillis.
Namque ferunt Mariam Domino crudeliter acto
In ſublime crucis lignum, ſtipante frequenti
Agmine ſanctorum, paruam conſcendere nauem
Littore in Aſſyrio, & rapidis ſe credere ventis
Auſam: ſunt qui ſponte negent ſoluiſſe, ſed vnà
Cum ſociis illam in nauem rectore carentem
Remigibuſque (citò vt mediis occumberet vndis)
Impoſitam, tenuiſſe tamen (mirabile dictu)
Littora Maſſiliæ, & nullum amiſiſſe ſuorum.
Atque alii comites aliò per culta locorum,
Dilapſi, & variis habitatas gentibus vrbem,
Relligione noua populos et luce carentes
Imbuerent: Mariam deſerta atque inuia fama eſt
Delegiſſe, cauoque famem toleraſſe ſub antro.

Du-

it ſiccum nunc littus & horti.
anſcendimus ardua montis.
nobis, & Graſſa ſiniſtram
dum ſuperamus naue Cianam
s maris ipſo in littore Cannæ,
Romano ſanguine tinctæ.
ur, Graio quæ nomine Graios
e refert exordia gentis:
ornix operiſque ſuperbi;
ces, & ſtrata viarum
ſita pedum preſſuque rotarum:
, & Græco more theátrum,
s olim deſcripta Latinis.
tenditur ardua pontum,
cus multâ vi muniit arcem,
micas cedere, ferreis
portu & littore poſſunt.
s abeſt, qui flumine Gallos
â delapſus ab alto.
m non iam procul inde Nicæam,
ſolem conuerſa cadentem,
montemque amplexa ſupinum
deſcendit, ad vſque marini
ſolum: quo manè frequentes
e viri nitidæque puellæ,
diem claudente ſupremum,
ſpatiari littore ſicco.
mediis conſedit & imis.
, & ſummæ faſtigia rupis
n. atque ipſi tenuere miniſtri
hinc: duri per tempora belli
abiit mons totus in arcem.
ri, & præruptis vndique ſaxis
habet: omni ex parte per orbem
ntem nulla repellat.

Duris herbarum radicibus. ipſa videtur
Aſperitas conuexa loci, durumque cubile:
Indigenæ ſacros cineres venerantur & oſſa,
Et monſtrant leuiter ſignatæ frontis honorem.
Hic quondam Mariæ domus eſt habitata, ſed illam
Multaque præterea ſanctorum corpora patrum
Maximii nunc vicus habet templumq; ſuperbum
Regis opus Carli, Mariæ qui condita terra
Oſſa diu genti prius ignorata retexit,
In ſomnis monſtrante Deo, capitique coronam
Virginis impoſuit, quam rex geſtare ſolebat.
Proxima Briniolæ regio fert optima poma,
Prunaque ſuppeditat totum laudata per orbem;
Dulcis aquæ fontes, & non immitia vina.
In medio annoſas ramis ingentibus vlmos
Erexere foro, vel agreſti vmbracula pubi
Mercatum quoties adeunt, vel ciuibus ipſis.
Tranſuehimur loca plana tuumque Caramiopontem,
Venimus & Lucam vinique oleique feracem.
Hic noua res noſtris oculis oblata, nec vlli
Viſa prius. ſiccus fuerat quod & aridus annus,
Cum propè iam ver eſſet adhuc pendebat oliua
Arboribus, nec ſponte ſua ventiſq; cadebat:
Illam decutere, & longis tum cædere flagris
Multa reſiſtentem Lucenſis turba coacta eſt.
Haud procul Argenti pontem ſuperauimus amnis,
In mare vicinum rapidis qui voluitur vndis.
Hic Moia eſt turris, magni quæ Cæſaris iras
Suſtinuit, donec legionibus vndique ſepta
Ceſſit: at ex alto ſuſpenſum culmine vidit
Præſidium, & caſu dignam meliore cohortem.
Inde Forum Iuli paruam nunc venimus vrbem,
Apparent veteris veſtigia magna theatri,
Ingentes arcus, & thermæ, & ductus aquarum:
Apparet moles antiqui diruta portus:

Atque

Digitized by Google

Atque vbi portus erat ſiccum nunc littus & horti.
Mane iuga Eſterli tranſcendimus ardua montis.
Napulus ad dextram nobis, & Graſſa ſiniſtram
Linquitur: & placidum ſuperamus naue Cianam
Proximus hinc vicus maris ipſo in littore Cannæ,
Non illæ Annibalis Romano ſanguine tinctæ.
  Antipolis ſequitur, Graio quæ nomine Graios
Auctores, Grai æque refert exordia gentis:
Manſit adhuc rari fornix operiſque ſuperbi;
Manſerunt duri ſilices, & ſtrata viarum
Necdum etiam detrita pedum preſſuque rotarum:
Dulcis aquæ ductus, & Græco more theatrum,
Multaque ſaxa notis olim deſcripta Latinis.
In medium rupes extenditur ardua pontum,
Quam ſuper Henricus multâ vi muniit arcem,
Vnde viri naues inimicas cedere, ferreis
Et prohibere pilis à portu & littore poſſunt.
Millibus hinc Varus abeſt, qui flumine Gallos
Diuidit Italiâ, Cemâ delapſus ab alto.
  Cernimus optatam non iam procul inde Nicæam,
Ipſa quidem tota ad ſolem conuerſa cadentem,
Et Zephyri flatus, montemque amplexa ſupinum
Leniter in planum deſcendit, ad vſque marini
Littoris exporrecta ſolum: quo manè frequentes
Conueniunt ex vrbe viri nitidæque puellæ,
Conueniunt & ſole diem claudente ſupremum,
Et pariter gaudent ſpatiari littore ſicco.
Vrbs hodie tantùm mediis conſedit & imis.
Namq; ſupercilium, & ſummæ faſtigia rupis
Nobilitas quondam, atque ipſi tenuere miniſtri
Sacrorum, quibus hinc duri per tempora belli
Cedere compulſis, abiit mons totus in arcem.
Quæ nunc ſepta mari, & præruptis vndique ſaxis
Impoſita adſcenſus habet omni ex parte per orbem
Difficiles, vt vis ſubeuntem nulla repellat.

Digitized by Google

Duris herbarum radicibus. ipſa videtur
Aſperitas conuexa loci, durumque cubile:
Indigenæ ſacros cineres venerantur & oſſa,
Et monſtrant leuiter ſignatæ frontis honorem.
Hic quondam Mariæ domus eſt habitata,ſed illam
Multaque præterea ſanctorum corpora patrum
Maximii nunc vicus habet templumq; ſuperbum
Regis opus Carli, Mariæ qui condita terra
Oſſa diu genti prius ignorata retexit,
In ſomnis monſtrante Deo, capitique coronam
Virginis impoſuit, quam rex geſtare ſolebat.
  Proxima Briniolæ regio fert optima poma,
Prunaque ſuppeditat totum laudata per orbem;
Dulcis aquæ fontes, & non immitia vina.
In medio annoſas ramis ingentibus vlmos
Erexere foro, vel agreſti vmbracula pubi
Mercatum quoties adeunt, vel ciuibus ipſis.
Tranſuehimur loca plana tuumque Caramiopontem,
Venimus & Lucam vinique oleique feracem.
Hic noua res noſtris oculis oblata,nec vlli
Viſa prius. ſiccus fuerat quod & aridus annus,
Cùm propè iam ver eſſet adhuc pendebat oliua
Arboribus, nec ſponte ſua ventiſq; cadebat:
Illam decutere, & longis tum cædere flagris
Multa reſiſtentem Lucenſis turba coacta eſt.
Haud procul Argenti pontem ſuperauimus amnis,
In mare vicinum rapidis qui voluitur vndis.
Hic Moia eſt turris, magni quæ Cæſaris iras
Suſtinuit,donec legionibus vndique ſepta
Ceſſit: at ex alto ſuſpenſum culmine vidit
Præſidium,& caſu dignam meliore cohortem.
Inde Forum Iuli paruam nunc venimus vrbem,
Apparent veteris veſtigia magna theatri,
Ingentes arcus,& thermæ, & ductus aquarum:
Apparet moles antiqui diruta portus:

Atque

Atque vbi portus erat ſiccum nunc littus & horti.
Mane iuga Eſterli tranſcendimus ardua montis.
Napulus ad dextram nobis, & Graſſa ſiniſtram
Linquitur: & placidum ſuperamus naue Cianam
Proximus hinc vicus maris ipſo in littore Cannæ,
Non illæ Annibalis Romano ſanguine tinctæ.
  Antipolis ſequitur, Graio quæ nomine Graios
Auctores Grai æque refert exordia gentis:
Manſit adhuc rari fornix operiſque ſuperbi;
Manſerunt duri ſilices, & ſtrata viarum
Necdum etiam detrita pedum preſſuque rotarum:
Dulcis aquæ ductus, & Græco more theátrum,
Multaque ſaxa notis olim deſcripta Latinis.
In medium rupes extenditur ardua pontum,
Quam ſuper Henricus multâ vi muniit arcem,
Vnde viri naues inimicas cedere, ferreis
Et prohibere pilis à portu & littore poſſunt.
Millibus hinc Varus abeſt, qui flumine Gallos
Diuidit Italiâ, Cemâ delapſus ab alto.
  Cernimus optatam non iam procul inde Nicæam,
Ipſa quidem tota ad ſolem conuerſa cadentem,
Et Zephyri flatus, montemque amplexa ſupinum
Leniter in planum deſcendit, ad vſque marini
Littoris exporrecta ſolum: quo manè frequentes
Conueniunt ex vrbe viri nitidæque puellæ,
Conueniunt & ſole diem claudente ſupremum,
Et pariter gaudent ſpatiari littore ſicco.
Vrbs hodie tantùm mediis conſedit & imis.
Namq; ſupercilium, & ſummæ faſtigia rupis
Nobilitas quondam. atque ipſi tenuere miniſtri
Sacrorum, quibus hinc duri per tempora belli
Cedere compulſis, abiit mons totus in arcem.
Quæ nunc ſepta mari, & præruptis vndique ſaxis
Impoſita adſcenſus habet omni ex parte per orbem
Difficiles, vt vis ſubeuntem nulla repellat.

Duris herbarum radicibus. ipſa videtur
Aſperitas conuexa loci, durumque cubile:
Indigenæ ſacros cineres venerantur & oſſa,
Et monſtrant leuiter ſignatæ frontis honorem.
Hic quondam Mariæ domus eſt habitata, ſed illam
Multaque præterea ſanctorum corpora patrum
Maximii nunc vicus habet templumq; ſuperbum
Regis opus Carli, Mariæ qui condita terra
Oſſa diu genti prius ignorata retexit,
In ſomnis monſtrante Deo, capitique coronam
Virginis impoſuit, quam rex geſtare ſolebat.
  Proxima Briniolæ regio fert optima poma,
Prunaque ſuppeditat totum laudata per orbem;
Dulcis aquæ fontes, & non immitia vina.
In medio annoſas ramis ingentibus vlmos
Erexere foro, vel agreſti vmbracula pubi
Mercatum quoties adeunt, vel ciuibus ipſis.
Tranſuehimur loca plana tuumque Caramiopontem,
Venimus & Lucam vinique oleique feracem.
Hic noua res noſtris oculis oblata, nec vlli
Viſa prius. ſiccus fuerat quòd & aridus annus,
Cùm propè iam ver eſſet, adhuc pendebat oliua
Arboribus, nec ſponte ſua ventiſq; cadebat:
Illam decutere, & longis tum cædere flagris
Multa reſiſtentem Lucenſis turba coacta eſt.
Haud procul Argenti pontem ſuperauimus amnis,
In mare vicinum rapidis qui voluitur vndis.
Hic Moia eſt turris, magni quæ Cæſaris iras
Suſtinuit, donec legionibus vndique ſepta
Ceſſit: at ex alto ſuſpenſum culmine vidit
Præſidium, & caſu dignam meliore cohortem.
Inde Forum Iuli paruam nunc venimus vrbem,
Apparent veteris veſtigia magna theatri,
Ingentes arcus, & thermæ, & ductus aquarum:
Apparet moles antiqui diruta portus:

Atque

Atque vbi portus erat ſiccum nunc littus & horti.
Mane iuga Eſterli tranſcendimus ardua montis.
Napulus ad dextram nobis, & Graſſa ſiniſtram
Linquitur: & placidum ſuperamus naue Cianam
Proximus hinc vicus maris ipſo in littore Cannæ,
Non illæ Annibalis Romano ſanguine tinctæ.
  Antipolis ſequitur, Graio quæ nomine Graios
Auctores Grai æque refert exordia gentis:
Manſit adhuc rari fornix operiſque ſuperbi;
Manſerunt duri ſilices, & ſtrata viarum
Necdum etiam detrita pedum preſſuque rotarum:
Dulcis aquæ ductus, & Græco more theatrum,
Multaque ſaxa notis olim deſcripta Latinis.
In medium rupes extenditur ardua pontum,
Quam ſuper Henricus multâ vi muniit arcem,
Vnde viri naues inimicas cedere, ferreis
Et prohibere pilis à portu & littore poſſunt.
Millibus hinc Varus abeſt, qui flumine Gallos
Diuidit Italiâ, Cemâ delapſus ab alto.
  Cernimus optatam non iam procul inde Nicæam,
Ipſa quidem tota ad ſolem conuerſa cadentem,
Et Zephyri flatus, montemque amplexa ſupinum
Leniter in planum deſcendit, ad vſque marini
Littoris exporrecta ſolum: quo manè frequentes
Conueniunt ex vrbe viri nitidæque puellæ,
Conueniunt & ſole diem claudente ſupremum,
Et pariter gaudent ſpatiari littore ſicco.
Vrbs hodie tantùm mediis conſedit & imis.
Namq; ſupercilium, & ſummæ faſtigia rupis
Nobilitas quondam. atque ipſi tenuere miniſtri
Sacrorum, quibus hinc duri per tempora belli
Cedere compulſis, abiit mons totus in arcem.
Quæ nunc ſepta mari, & præruptis vndique ſaxis
Impoſita adſcenſus habet omni ex parte per orbem
Difficiles, vt vis ſubeuntem nulla repellat.

Proſpicimus, Græcis fundataq; mœnia quondam
Exulibus, villaſque frequentes mœnia circum
Tot numero, quot ſunt agri propè iugera culti:
Quæ magis ipſa placent variis diuiſa colonis,
Quàm totum ſi fortè ſolum domus occupet vna.
Fortſitan expectas vt longo carmine dicam,
Maſſiliæ, primùm quàm ſit vetus vrbis origo,
Quiq; hominum ſermo fuerit, quæ vita, priuſquam
Barbara colluuies antiquum infuſa decorem
Verteret, & longo mores corrumperet vſu:
Quæ Graiis diſces ſcriptoribus atque Latinis.
Eſt olei vinique ferax ager: optima ficus
Naſcitur his & multa locis, conditaque longè
Mittitur extremos ad Belgas. vrbs tribus ipſa
Partibus alluitur pelago: tutiſſima nautis
In porta ſtatio. nam montibus vndique venti
Ipſius anguſtis prohibentur faucibus hoſtes,
Quas ipſas triplici coniungunt nocte catenâ.
Nequa intrò penetrare, rateſque incendere poſſit
Vis inimica. ſitam celſis in montibus arcem
Perpetui vigiles adſeruant: vnde per omnem
Circumferre oculos poſſunt & lumina pontum,
Quot numero naues illi tranſire per altum
Conſpiciunt: totidem cælo rutilantia tollunt.
Vela, quibus ſignum ſubiectis ciuibus imis
Dant procul. expediunt illi ſua protinus arma,
Atque omneis aditus obiecto milite complent.
Multum armis & claſſe valent. Dux deeſſe videtur
Tantùm, continuo armorum quos imbuat vſu.
Stroſſam omnis, veluti Pollucem & Caſtora fratres,
Nauta vocat rebus dubiis, ſolumq; potentem
Ventorum atq; maris per ſecula multa fuiſſe
Prædicat: & ſolum cui ceſſerit Auria ductor
Nobilis. ac viſo pauitans profugerit hoſte.
O te Maſſiliam, ſi viueret ille, beatam!

Quo duce nulla tuis ſe conferat altera bello
Militibus gens, nulla tuos vrbs æquet honores.
At nunc Etruſcæ caſtellum ignobile gentis
Dum nimis incautus ſpaciis explorat apertis,
Et propius muro ſuccedit, ſaucius ictu
Fulmineo pulſæ nitroque & ſulphure glandis
Concidit: haud dignum tanta virtute periclum.
Hic Dux Emanuel progreſſus ab vrbe Nicæâ
Occurrit dominæ. fuerint quæ gaudia noctis
Illius haud facilè eſt dictu, & quæ deinde ſequentum.
Ire mari nuptæ placuit, dulcique marito
Addere ſe comitem: pedibus procedere iuſſi
Queis mare ſuſpectum eſt, ego non poſtremus in illis.
   Maſſilia celſas Ligurum via ducit ad alpes,
Per mediam vallem duris latera ardua cinctam
Montibus, & celeri labentia flumina curſu.
Albani primùm conſedimus, inde propinquo
Zachariæ fano, quod abeſt prope millibus octo.
Arduus ad dextram mons Balma, vetuſque ſacellum
Huic Mariæ ſacrum Domini, quæ lauit & vnxit
Mollibus abſterſitque pedes & crura capillis.
Namque ferunt Mariam Domino crudeliter acto
In ſublime crucis lignum, ſtipante frequenti
Agmine ſanctorum, paruam conſcendere nauem
Littore in Aſſyrio, & rapidis ſe credere ventis
Auſam: ſunt qui ſponte negent ſoluiſſe, ſed vnà
Cum ſociis illam in nauem rectore carentem
Remigibuſque (citò vt mediis occumberet vndis)
Impoſitam, tenuiſſe tamen (mirabile dictu)
Littora Maſſiliæ, & nullum amiſiſſe ſuorum.
Atque alii comites aliò per culta locorum,
Dilapſi, & variis habitatas gentibus vrbem,
Relligione noua populos vt luce carentes
Imbuerent: Mariam deſerta atque inuia fama eſt
Delegiſſe, cauoque famem toleraſſe ſub antro.

Du-

Duris herbarum radicibus. ipsa videtur
Asperitas conuexa loci, durumque cubile:
Indigenæ sacros cineres venerantur & ossa,
Et monstrant leuiter signatæ frontis honorem.
Hic quondam Mariæ domus est habitata, sed illam
Multaque præterea sanctorum corpora patrum
Maximii nunc vicus habet templumq; superbum
Regis opus Carli, Mariæ qui condita terra
Ossa diu genti prius ignorata retexit,
In somnis monstrante Deo, capitique coronam
Virginis imposuit, quam rex gestare solebat.
Proxima Briniolæ regio fert optima poma,
Prunaque suppeditat totum laudata per orbem;
Dulcis aquæ fontes, & non immitia vina.
In medio annosas ramis ingentibus vlmos
Erexere foro, vel agresti vmbracula pubi
Mercatum quoties adeunt, vel ciuibus ipsis.
Transuehimur loca plana tuumque Caramiopontem,
Venimus & Lucam vinique oleique feracem.
Hîc noua res nostris oculis oblata, nec vlli
Visa prius. siccus fuerat quòd & aridus annus,
Cùm propè iam ver esset, adhuc pendebat oliua
Arboribus, nec sponte sua ventisq; cadebat:
Illam decutere, & longis tum cædere flagris
Multa resistentem Lucensis turba coacta est.
Haud procul Argenti pontem superauimus amnis,
In mare vicinum rapidis qui voluitur vndis.
Hîc Moia est turris, magni quæ Cæsaris iras
Sustinuit, donec legionibus vndique septa
Cessit: at ex alto suspensum culmine vidit
Præsidium, & casu dignam meliore cohortem.
Inde Forum Iuli paruam nunc venimus vrbem,
Apparent veteris vestigia magna theatri,
Ingentes arcus, & thermæ, & ductus aquarum:
Apparet moles antiqui diruta portus:

Atque

Digitized by Google

Atque vbi portus erat ſiccum nunc littus & horti.
Mane iuga Eſterli tranſcendimus ardua montis.
Napulus ad dextram nobis, & Graſſa ſiniſtram
Linquitur: & placidum ſuperamus naue Cianam
Proximus hinc vicus maris ipſo in littore Cannæ,
Non illæ Annibalis Romano ſanguine tinctæ.

Antipolis ſequitur, Graio quæ nomine Graios
Auctores Grai æque refert exordia gentis:
Manſit adhuc rari fornix operiſque ſuperbi;
Manſerunt duri ſilices, & ſtrata viarum
Necdum etiam detrita pedum preſſuque rotarum:
Dulcis aquæ ductus, & Græco more theátrum,
Multaque ſaxa notis olim deſcripta Latinis.
In medium rupes extenditur ardua pontum,
Quam ſuper Henricus multâ vi muniit arcem,
Vnde viri naues inimicas cedere, ferreis
Et prohibere pilis à portu & littore poſſunt.
Millibus hinc Varus abeſt, qui flumine Gallos
Diuidit Italiâ, Cemâ delapſus ab alto.

Cernimus optatam non iam procul inde Nicæam,
Ipſa quidem tota ad ſolem conuerſa cadentem,
Et Zephyri flatus, montemque amplexa ſupinum
Leniter in planum deſcendit, ad vſque marini
Littoris exporrecta ſolum: quo manè frequentes
Conueniunt ex vrbe viri nitidæque puellæ,
Conueniunt & ſole diem claudente ſupremum,
Et pariter gaudent ſpatiari littore ſicco.
Vrbs hodie tantùm mediis conſedit & imis.
Namq; ſupercilium, & ſummæ faſtigia rupis
Nobilitas quondam, atque ipſi tenuere miniſtri
Sacrorum, quibus hinc duri per tempora belli
Cedere compulſis, abiit mons totus in arcem.
Quæ nunc ſepta mari, & præruptis vndique ſaxis
Impoſita adſcenſus habet omni ex parte per orbem
Difficiles, vt vis ſubeuntem nulla repellat.

Pone fluit muros Palio rapidissimus amnis,
Multa boum atq; hominum, quoties est imbribus auctus,
Culta ferox vicina trahens, tandemque sub ipsis
Mœnibus indignans vasti subit æquora ponti
Hic situs vrbis. ager verò circundatus altis
Montibus adsurgit sensim, formamq; theatri
Efficit, ex alto mare despicientis. in ipsa
Supremâ regione, cauo fons manat ab antro,
Frigore fons tepidus, fons idem frigidus æstu,
Et per aquæductus veteres effusus abundè
Culta rigat, variisq; nitentes floribus hortos.
Atque alii passim rigui per gramina fontes
Læta fluunt, versantque molas & grana terendo
Comminuunt, paruis neque deficit humor agellis,
At Vectiantino versus duo millia tantum
Cemelium locus est planè desertus: in illo
Cernis adhuc non pauca tamen vestigia magnæ
Vrbis, aquæductus, thermas, paruumque theatrum
Nunc Franciscanis habitata sodalibus ædes,
Sola iugum montis seruat nomenque vetustum.
Nulla suo nautis in littore fida Nicæis
Est statio, sæuum quoties mare fluctibus atris.
Intonat, extremasque refusum voluit arenas,
Herculis ad portum (duo millia distat ab vrbe)
Confugiunt: quo se quingentæ condere tutò
Veliuolæ possunt hiberno tempore naues.
Hunc sine præsidio portum & custodibus vllis,
Omnibus expositum, quos aut sua cunque voluntas,
Aut fortuna vagos Libycis egisset ab oris,
Emanuel mirâ Filibertus muniit arte.
Nam laxi cùm essent aditus, lateque paterent
Ostia, nec possent vrgeri mollibus vllis,
Propter aquæ rapidos æstus imumque profundum,
Nequicquam munimen erat positurus in ipsis
Faucibus, ingressu nequicquam aut arceat hostem.

Ve-

Verùm quid penetraſſe iuuet, magnoque labore
Deueniſſe locos, vbi nec conſiſtere poſſit
Vlla viris quanuis inſtructaque remige claſſis?
Namque introgreſſam penitus portumque tenentem
Denſa quatit grando telorumq; horridus imber;
Et tormenta, Iouis tonitrus imitata ſonoros,
Quem bona caſtellis prouiſa duobus in vſum
Copia. quorum vnum propè ſummi in littore portus
Ad dextrum latus eſt, & paruam protegit vrbem:
Vnde nouum nunc portus habèt quoq; nomen ab illo
Acceptum populo qui mœnia condidit vrbis.
Vnum monte ſuper celſo, qui ſcilicet inter
Herculis eſt portum medius, mediuſque Nicæam,
Mons Bero nomen erat, ſine muro atq; aggere donec
Mons fuit: Albanum ſed pòſt dixere minores.
Singula nec poſſent portu ſatis eſſe tuendo,
Alternæ ſed opis ſunt indiga. namq; ſub altâ
Rupe iacens, propius glandes iaculatur ab æquo
Penè loco, & certos ideo mage dirigit ictus,
Sæpius inque imâ defigit tela carinâ:
Sed longè lateque maris non proſpicit æquor.
Quinetiam vacuum ſiquando inſideret hoſtis
Forte iugum montis, quod deſuper imminet vrbi,
Subdita telorum tenſo premat omnia iactu,
Caſtellum inferius, portumque & tecta domorum,
Nunc illi promittit opem & ſocia arma miniſtrat
Albanus tumulus. loca nam ſubiecta minaci
Territat adſpectu, & nullum conſiſtere toto
Monte ſinit terra appulſum vel nauibus hoſtem.
Longum ſit memorare quibus nos vrbe Nicæi
Excepere ſua ſtudiis, quantaque ſit illâ
Lætitiâ celebrata dies, qua claſſis ad vrbem
Appulit. hanc primam cari deducta mariti
Eſt regina domum. hîc hyemem (quàm longa) tepentem
Exigere eſt animus: ſuperatis Alpibus inde

Digitized by Google

Vercellas ſtatuunt Aprilibus ire Calendis.

Ad Franc. Oliuarium, Franciæ Cancellarium.

Vobiſcum Remos vnà comes ire parabam,
Cum me Patronus fiſci reuocauit in vrbem
Auditum Italicas rationes, vtque præeſſem
Iudicio, quod erat de furtis atque rapinis
Regis opum: nolens opera imperfecta reliqui.
Quid facerem? medio rationum examine Burgus
Quæſtor in Aruernos properè diſcedere iuſſus:
Nil contra abſentem nobis decernere viſum eſt.
Altera Beloti dilata eſt quæſtio morbo.
Is rem quæſierat princeps, cauſamque tenebat
Implicitam multis ambagibus atque latebris.
Longum, cognitionem alii mandare, fuiſſet,
Nunc equidem ſine febre, parum ſed corpore firmo eſt.
Sic fuit hæc mea vana reiq; induſtria nulli
Vtilis: & tanto carui tamen orbus amico.
Nam facturus eram Remos iter hoc ego tecum.
Tecum perpetuò (via quàm longinqua) fuiſſem.
Ad Lotarenum validi iuueneſque ſequentur:
Non ego, quem tardum & ſegnem facit ægra ſenectus.
Ille fugit, comiteſque ſuos præteruolat omneis.
Ipſe procul ſequor: ad menſam tamen vſque paratam
Maturè venio. quid enim? fortaſſe periclum eſt
Vt calidus ſudanſque bibam. qui verterat ante
Nos aliquis, nec fronte magis tamen ille benignâ
Excipitur, nec ſede magis dignatur honeſta.
Interdum & pateram feruens contingere plenam
Non audet, ſtomachi veritus, lateriſque dolorem:
Et ne iam ſaturo demum incipit eſſe placentam.
Sic neq; dura pigris, neq; ſunt incommoda tardis
Omnia. Sed doleo diuulſum me ſine cauſa
Conuictu Franciſce, tuo: nec deinde ſuperba
Remorum vidiſſe foro ſpectacula, pompam

Sacrorum longam, miſſa & Ciboria cœlo.
Aureolum puerum (curam ſobolemque Deorum)
Sole magis nitido radiantem, heroas & illi
Biſſenos, duodena latus velut aſtra, tegenteis:
Regem ipſum nudis humeris, & pectore nudo,
Remigii ſucceſſoris genua antè volutum
Suppliciter, cui multa ſacerdos rite precatus
Sacro nuda oleo perfundit membra grauemque
Imponit capiti gemmis auroque coronam.
Inſequitur plauſuſque virûm, clangorque tubarum.
Ingens lætitia tectum circumſonat: omnes
Franciſcum Regum ſimul vnâ voce ſalutant.
Hæc ego nec vidi, poſthac neque ſpero videre:
Vt ſint læta diu precor, vt felicia longo
Tempore; néve vllo turbentur gaudia luctu.
At vos rumor erat celſum procedere Barrum
Vſque, nec Octobris rediturus ante Calendas,
Certum eſt interea pauliſper (dum licet) vti
Libertate mihi conceſſa: & viſere noſtro
Stampenſi fuerit vindemia qualis in agro;
Vt me vel referam Germani ad nobile fanum,
Pariſiam vel (eò ſi forte recurritis) vrbem.
Aut vbi fons blandus pulchro dat nomina vico,
Aut Blæſis, alióve loco me denique ſiſtam.
Quod ſi me noſtri rationem poſcitis oti,
Nil præter nugas, & carmina vana feretis.

Ad Adrianum Turnebum.

Me tam præclari noli, Turnebe, putare
Muneris oblitum, quod ſemper & omnibus horis
Contrecto manibus morbi ſolamen acuti,
Atque lubens vtor tali tantoq; magiſtro:
Vnde legens diſco veterum ſecreta librorum
Aut reuoco in mentem longos deſueta per annos.
Quod ſi ſcripta iuuant tua me tot pondere rerum
Oppreſſum, tantâ curarum molè, ſenemque:

 Maxi-

Maxima, crede mihi, iuuenes curiſq; ſolutos
Maxima venturos capiet quandoque voluptas.
Felix ille tua potuit qui voce Latinis
Inſtitui, Græciſque: haud ille requiret Athenas,
Haud Latium Romamque. beata Lutetia tanti
Moribus ingenioque viri. ſed amice futuris
Conſule temporibus ſcribendi multa laborem
Suſcipe, nec dubita chartis mandare, ſequentum
Quæ veniens ætas ſit miratura nepotum.
Aude magnum aliquid, quæſo (nam poſſe putamus)
Et veterem longo poſſeſſam tempore palmam
Extorque Græcis Italiſque: vt propria ſicut
Armorum, ſic ſit ſtudiorum gloria nobis.

Ad Carolum Cardinalem Lotharenum,

Dum tuus hîc bellum germanus conficit armis,
Te cupiam cauſas iſtic præcedere belli,
Eloquio, pietate, quibus tibi gloria venit
Magna Deo: nullis hominum non cognita fama.
Diſſidium namque hoc animorum, credere ſtultum eſt
Componi gladiis, aut ferro poſſe micanti.
De numero demes aliquot, fœcunda malorum
Terra dabit plures, illo perfuſa cruore.
Perficies etiam reliqui ne forſitan auſint.
Conuentus agitare ſuos, & obire ſacella
Interdicta palàm. ſed preſſus & abditus ignis
Pòſt quoque maiores ruet vſque ad ſidera flammas
Ac ne ideò cœptum hoc memet damnare duellum
Fortè putes: atque hos etiam inſimulare vel illos
Stultitiæve, malive animi, & crudelis acerbique
In patriam. non hoc agitur nunc, maior & iſta
Carmine ſilua meo eſt, nec temporis huius & oti.
Nunc mihi concedi ſatis eſt non apta leuandis
Iſtius eſſe modi noſtris medicamina morbis:
Siue quòd hic pacem noſtræ fundator amauit
Relligionis, abeſſe procul nos iuſſit ab armis:

Vim

Vim ſufferre, patique ſuos & verbera, & ipſam
Mortem morte ſua docuit, nec cogere quenquam,
Nec terrere minus voluit, nec cedere ferro:
Sed potius mollire animos & pectora dictis.
Siue quod hanc animi, cùm ſit ſine corpore partem
Non chalybis, non vlla poteſt vis lædere ferri;
Irritus ac tenues conatus abibit in auras:
Lingua metu præſentis erit ſi muta pericli,
Vel mendax etiam, mens non mutabitur intus,
Proferet occulta in medium quandoq; licebit.
  Quòd ſi principiò vis vnius inſita nobis
Relligionis erat, neque nos alia vlla ſubegit
Cauſa viros excire tubæ clangore, negamus
Conſilium placuiſſe Deo: peccauimus omnes,
Directaque via detorſit nos malus error,
Nemo vnquam bello melior fit ſiue ſecunda
Siue mala infelix commiſerit alite pugnam.
Bella docent homines peccare, metumque Deorum
Excutiunt. pœnas infernaque Tartara rident
Hi quorum ſolis fiducia nititur armis:
Propoſita eſſe bonis in cælo præmia rident.
Tolle metum legum, rigidi legumque miniſtri,
Emicat, & nullo retinetur ſica pudore.
Imbellum timidumque valentior exuit armis,
Et vitâ zonaque: fugit diſperſa relictis
Ruſtica plebs laribus denſæ (quæ proxima) ſiluæ
In cæcas penitus latebras, altoſque receſſus.
Adde colonorum ſubiecta incendia tectis:
Adde etiam captas euerſis mœnibus vrbes,
Templa Deum deiecta ſolo, cæſoſque parentes
Natorum ante oculos, natos ante ora parentum:
Abductas matrum gremio ſine more puellas,
Stupra maritarum Diuos hominesque vocantum
Nequicquam auxilio. ſed inanes lenta querelas
Sæpius ira Deûm longinquos reîcit in annos.

At neque victorem sexus nec commouet ætas
Supplicis, aut lacrimæ, genua ante superba voluti:
Nullos ille Deos, nulla aut delubra veretur.
Quem vero fortuna ducem non prospera vertit?
Quem non antè bonum quanuis animique potentem,
Altius euexit rapidis victoria pennis?
Vt se contineat dextro Ioue natus; at illi
Sunt, tamen arbitrio comitum facienda suorum
Multa, malus vult quæ dissimulare magister
Cogitur: & tandem fiet dux milite peior.
Hos addunt animos victoribus arma. quid autem,
Quid miser ille bonis prorsus spoliatus, auito
Pulsus agro? miseros vnà cum coniuge natos
Exilii secum comites agit. vtq; leæna,
Cui sub rupe caua parui stabulantur alumni.
Fertur acerba minans pecori pecorisque magistris:
Haud secus ille suos cernens periisse labores,
Exhaustam cellam, vacua horrea frugibus, omne
Instrumentum agri & villæ cum bubus ademptum;
Nil adeò superesse, famem quo pellere possit:
Nec tam mente suum reputans quàm coniugis atq;
Natorum exitium, subito capit arma furore
Non assueta prius: quicunq; fit obuius illi,
Notus an ignotus refert nihil, hostis, amicus,
Sternit, & insontem spoliat, nudumque relinquit.
Agresti ingenio nihil importunius vsquam est.
Quid nostros homines templis arisque Deorum
Abstinuisse manus argento credis & auro?
Ac mihi de nostris sermo est. nam scimus & illos
Templa sacerdotum calido fœdasse cruore,
Ossaque iam vita functorum exacta sepulcris
Proiecisse solo, plumbi liuentis amore.
Hæ scelerum facies bellis ciuilibus ortæ
In peius mores hominum vertere, Deumq;
Excussere animis: cuius, paulò antè, tuendæ
Cau-

Cauſa maieſtatis, vterque exercitus arma
Cæperat, aut dici potius cæpiſſe volebat.
Me puero quidam noſter popularis habebat
Hoc proprium, vt ſecutus iter nullo duce læuum
Carperet; inq; viam cum ſe commiſerat, idem
Admonitus nunquam regredi vel flectere vellet.
Turpe nimis ducens cœpto deſiſtere curſu.
Eſt adeo gratus ſuus inſipientibus error.
Quàm melius medici, qui quo nihil antè priora
Profeciſſe vident, adhibent contraria, leges,
Decepti, medicas artemq; valere iubentes.
Hoc nos illa modo nuper quæ cæpimus arma,
Ponere ne pudeat: hominesque errata fateri,
Et magis apta malis quæ ſunt medicamina noſtris
Quærere: non longas armare in littore naues,
Non equitum peditumq; externa adducere longè
Auxilia aduerſus patriam, non oppida muris
Cingere, præſidiiſq; tenere minacibus arces:
Non iugulare viros, laqueo vel ſtringere fauces,
Vicini aut rapidis immergere fluminis vndis.
Quánam igitur ratione animis diſcordia noſtris.
Tolletur penitus, ſi nec victoria finem
Allatura mali eſt: ſi ponere præſtitit arma,
Vnde ſalus veniet non exſpectata, quis huius
Et quis erit monſtrator opis? Deus ille Deoque
Natus erat, qui prima ſuis dum viueret olim
Diſcipulis mandata dedit, quæ deinde nepotes
Acciperent, leuia haud quaquam vel parua reponens
Præmia. namq; illos patrio ſuccedere regno
Iuſſit & optimi cognominis auxit honore:
Degeneres alios Satanæque Ereboque reliquit.
Ille ſuos igitur viuens morienſque fideles
Æterno comites ſociauit fœdere pacis:
Ille prius veniam Superos pacemq; precari
Nos docuit: tum deinde velut quibus vnus & idem

Omnibus in cœlo genitor mortalibus esset,
Omneis instituit fraterno viuere more:
Alterius tanquam propriæ meminisse salutis,
Et nullum esse gradum, nullum discrimen amoris.
Iussit consilio miseros opibusque iuuare,
Erranti monstrare viam quæ ducit ad astra.
Ac ne vita inopum despecta potentibus esset,
Vnius amissæ pecudis nos ponere curam,
Et studium reliqui voluit gregis ante salutem:
Et quod naturæ longè disconuenit, hostem
Diligere: inuitumque etiam seruare, tueri;
Conciliare tibi, quamuis hunc perdere possis.
Si flecti nequit ille tuo sermone, capiq;,
Huc alios adhibe: si restat improbus illis;
Concilium, patresque voca. non pluribus vnus
Par erit adiunctis, non tot feret ora loquentum.
Si nihil ista valent, sibi viuat solus, & omnis
Sanctorum in cœtu diuini muneris expers.
Hic primùm datus ordo, simul cùm tradita nobis
Relligio, longos illæsus mansit in annos:
Necdum vllos animis fratrum discordia motus
Excierat. diuina colebant simplice cultu
Numina: ritus erat simplex, atque omnibus vnus.
Ecquid enim tanto dubitent adstante magistro?
Nec Deus ipse tamen non viderat antè futura
Dissidia, & simul ac tertis exccderet, iri
Distractum in varias suâ turpiter agmine sectas.
Illi ipsi qui verba fluentia vatis ab ore
Audierant præcepta sequi diuersa docendo
More hominum cœpere: aliis vt sæpe videmus
Adsensere alii. leuis hæc discordia quamuis
Infirmam & teneram potuit disperdere gentem,
Ni mox consilio seniorum oppressa fuisset.
Multa sequens ætas hominum portenta deinceps
Deteriora tulit, qua non sunt ense recisa

Digitized by Google

Herculeo, non pulſa dolis aut fraude virorum:
Sed vitæ exemplo, precibus, ſermone potenti,
Congreſſuque Patrum. nihil vnquam durius illi
Decreuere, niſi in lapſos ſemel atque relapſos:
Pœna tamen vel ſumma fuit, prohibere ſceleſtos
Templi adytis, ſanctoque piorum excludere cœtu:
Vlciſci gladio miſeros vel inutile prorſus,
Vel gratum non eſſe Deo, placidumq; putarunt.
Quò mihi tot verſus, quid vel maleſanus abutor
Auribus vſque tuis? perdove iocoſus inerſque
Ponendas melius ſtudiis communibus horas:
Deſieram verſus iampridem ſcribere, cœpit
Scribendi me rurſus amor: dum fortè Chenoſſam
Inuiſit regina ſuam, natoſque minores.
Sperauique etiam fore te mihi non minus æquum,
Quàm memini primis de, menſibus eſſe vel annis:
Et mala nos mouere etiam præſentia, multò
Illa quidem maiora prioribus & tibi viſis:
Et locus admonuit, qui te nunc magne ſacerdos,
Detinet abſentem patria procul, vrbe Tridento.
Næ tu næ fruſtra Rhodanum ſuperaueris amnem,
Alpinaſque niues: patriam dimiſeris ipſo
Temporis articulo, qui penè eſt vltimus ægræ,
Ni promiſſa facit, ni peſtem à corpore pellis,
Qua grauiter iamdudum Eccleſia tota laborat.
Cura velim & ratio præpoſtera ne ſit, vt ante,
Semper adhuc. conſulta malus bona ſubruit ordo:
Formandi mores primùm, doctrina ſequetur.
Sic faciles animos ad ſuſcipienda parabis
Omnia: nequicquam male cultæ ſemina terræ
Optima credideris: lolium pro frugibus illa
Aut tribulos referet. tres aut propè quattuor annos
Vndiq; delectos tenuit Conſtantia patres:
Profecere nihil. mora nam quæſita regendis
Moribus eſt noua ſemper, vt actus is vltimus eſſet.

At Martinus vbi ſummum eſt indeptus honorem,
Continuò Romam Lauinaque littora fugit.
Legatos Regum atque ducum fruſtratus hiantes.
Quid pater Eugenius? cùm ſe committere nollet
Iudicio fratrum, ſpoliatus honoribus abſens
Exciuit turbas, ſeruos & ad arma vocauit:
Conductus operis ſynodum litemq; diremit.
Hic ſi fortè, ſuis melior maioribus, audet
Arbitrio princeps alieno ſtare: patreſve
Si cupiunt ipſi vitam mutare priorem,
Scribis vti, pax eſt toto ſperabilis orbe:
Nec te longinquis iſtuc veniſſe pigebit
Finibus, immenſoſque viæ cepiſſe labores.
Sin ficta iſta vides, ac non ſincera fuiſſe,
Et neque ſperatum potis es contingere finem,
Te nobis comiteſque tuos refer ocyus. antè
Quàm miſſos præco faciat: ne fortè puteris
Aut vidiſſe parum aut ventis mandata dediſſe
Ambitione malâ, ſpe vel corruptus inani.
Has quoque te dignum eſt, tenues paruaſq; tueri
Relliquias: Francorum at ſi contraria rebus
Obſtant fata, bona eſt, cum fecerit omnia, ciuis,
Nolle tamen cineri patriæ ſupereſſe cadentis.

Ad Muſas.

Muſæ, quas primis colui deuotus ab annis,
Veſtra minus veſter ſi nunc ad templa ſacerdos
Ingredior, ſi vota minus ſolennia reddo,
Ne me ideo, ne me ingratum, vitæque prioris
Oblitum quæſiſſe nouos credatis amores.
Quos etenim potius ſequar hac ætate? quibuſve
Incipiam tam ſerò aliis ſeruire magiſtris?
Vos hilarare ſenem, vos preſſos pondere rerum
Curarumque animos ſolæ recreare poteſtis.
Quid cauſæ eſt igitur? poſt Maias ſcilicet eidus
Nos habet aurata reſpublica compede vinctos:

Digitized by Google

Cui minimè parere nefas eiusque parenti,
Ad me si iubeam: vestro non vsque pudori,
Conueniat, vestrisque negetis moribus aptum.
Vos fora, vos cœtus fugitis, vos splendida Regum
Atria, vos nemora & siluas, quò nemo recurrit
Interpellator, præfertis honoribus aulæ;
Contentæ facilem numeris includere versum.
Id me si prohibent immensa negotia, tempus
Nec datur exactè scribendi temporis vllum:
Vnum oro, nobis vnum concedite Musæ,
Et legere, & præbere aliis recitantibus aurem,
Vnde labor nullus veniet, mora nulla gerendis
Rebus erit: melior mens ipsa quiete futura est,
Acrior & positis repetet mox seria ludis.
Vt quondam multas certando athleta coronas
Promeritus: tamen inualido nunc corpore quanuis
Ludentes alios medio spectare theatro
Gaudet, & antiqui lætatur imagine ludi.
Sic ego, quam nequeo nostris è rebus, vt antè,
Ferre voluptatem, capiam haud fortasse minorem
Scripta etiam peiora meis aliena legendo.

Ad Carolum Cardinalem Lotharenum.

Carole, sinceri videar malefunctus amici
Officio grauiterque nimis peccasse, dolorem
Si non ipse tuum (transacti vt temporis olim
Gaudia) participem. quid enim tibi prosp era paulò
Amplius ad laudem tribuit fortuna benignè,
Cuius ego in partem meliori sorte vocatus
Non fuerim? tua mi patuit domus intima semper,
Nec tua, nec fratris mihi gratia defuit vllo
Tempore. cum vestrâ pariter succreuit, & aucta est
Res mea: creuit honos cum vestro noster honore.
Non ingratus ad hæc potui quæ soluere solui
Qualiacunque libens: manibus tibi carmina plenis,
Carmina, diuinas fratrum memorantia laudes;

Paca

Pace tibi partas, fratri florentibus armis,
Carmina persolui: nec enim mihi munere tanto
Merces digna fuit, nec quid largirer habebam.
Nunc Deus (humanis nihil vt durabile rebus)
Quando nos tanto percussit vulnere, quantum
Sperauit nec vestra domus, nec Gallia, quanuis
Sentiat iratum longo iam tempore Martem:
Haud decet in maiore tuo fidissima casu
Pectora deesse tibi: si quid mea carmina possunt,
Possum si quod, egens solaminis ipse, leuamen
Vllum adferre tibi, luctum si demere luctu.
Incipiam solito & populari more querelis
Respondere tuis: si nil vulgaria prosunt,
More sacerdotum proprio, depromptaque sacris
Argumenta feram tibi non incognita libris.
Natus homo periit, quænam tibi causa dolendi?
Omnibus est ea lex præscriptaque regula, quicquid
Nascitur, intereat permenso fine necesse est.
Non illi propria æternumve fruenda per æuum,
Non alii cuiquam concessa est vita: sed eius
Qui dedit arbitrio mansura sequentibus annis
Quàm volet ille diu: nec fas mortalibus vltrà
Ferre pedem, fatisque negatas quærere causas.
Hanc si iure suo dictam sine tempore legem,
Ante expectatum veniens exercuit: etsi
Nil aliud causæ suberat tamen opto doceri
Quæ fraus, quæve tibi est iniuria facta vel illi?
Multa quidem fieri temerè plerisque videntur,
Et sine consilio: ratio quibus at sua constat:
Sed Deus occultam voluit mortalibus esse.
At tanti capitis grauior iactura fuit quàm
Mille virûm, nullique adeò tolerabilis vni.
Magnum morte tui fratris respublica damnum
Fecit; vt amisso quondam pupilla parente,
Solave defuncto mœrens vt coniuge coniux:

Digitized by Google

Aut ſi res aliâ grauioris imagine damni
Signari potuit. dolor hic partitus in vrbes,
Oppida priuataſque domos, & millia ſparſim
Multa virûm, loca tot ſpatiis diuiſa colentum;
Debuit eſſe tamen leuior, facilisque ferendo.
Vt ſi tempeſtate graui communiter omnes
Iacturam faciant, non eſt grauis illa perinde
At cùm de proprio fit tantum vnius aceruo.
Tu verò tanquam iuſtâ plus parte receptâ
Communis luctus alio non æqua ferente,
Præcipuo mœrore iaces affectus & vni
Credis amico tibi plus omnibus eſſe dolendum.
Scilicet ille ſuis animal vt inutile tantum
Natus erat, non & patriæ, non denique regi.
Atqui tanta viri virtus, & libera morte
Debuit, & nullis obnoxia caſibus eſſe.
Sed neque vis animi, nec corporis vlla tueri
Quenquam ſæua poteſt aduerſum ſpicula mortis.
Nec tutata ſua eſt ſapientia Dauide natum,
Nec potuit Samſon oculos ſubducere morti,
Nec ſatus Alcmena fidentes viribus ambo,
Nec qui diuitiis præſtant opibusque tyranni,
Mortem ipſam fugient. omnes Acherontis auari
Præda ſumus, lethique viam calcabimus omnes.
Mors fuit at matura nimis. matura videtur
Semper & opportuna bonis mors omnibus æquè
Puberibus, pueris etiam ſenibusque: nec vllo
Definita homini certo ſunt tempora vitæ
Curriculo, trahit huic, alii mors corripit annos.
Ille mihi ſatis ille diu vixiſſe videtur,
Cuius honeſta fuit non turpis clauſula vitæ.
Non tibi poma legi ſolida atque integra videntur
Autumno melius, quàm cùm iam ſidere tardo
Frigoribusque vieta, cadentia ſponte leguntur:
Iam medium vitæ ſpatium confecerat ille

(Qui

(Qui nostri est hodie cursus longissimus æui.)
Hic flos delibatus adhuc florentibus ipsis
Corporis ingeniique fuit si viribus, acta
Præteriitque etiam vitæ pars optima: necdum
Gaudia turbauit melli permistus amaror.
Quò petimus stulti spatium protendere vitæ?
Quæve hominis reliqua est ætas nisi plena laborum?
Præterea toto plagas acceperat ille
Corpore: multum etiam pugnans effuderat olim
Sanguinis: effœtum porrò inualidumque senectâ
Exceptura fuit: morbi simul agmine facto
Innumeri, quales secum grauis attrahit ætas,
Illius exiguas vires, animamque tulissent.
Omnia quæ fugit moriens, nec longius annos
Produxit, quàm vita solet iucunda videri
Integrâ bellum est etiam decedere famâ
Linquere florentis titulos, laurumque virentem.
Sæpe quibus prima fauit fortuna iuuenta,
Deserit illa senes, gaudetque illudere longo
Successu rerum tumidis; & vertere pulchrè
Facta tot ante dies momento temporis vno.
Non ignota tibi libris exempla Latinis,
Hebræis pariter Græcisque adducere possem,
Et Cyrum, & Iudam, & regem Lacedæmone claudum,
Pompeium, Crassumque: nec istis Gallia nostra
Testibus exemplisve caret, (sed parcere malo
Nominibus) qui si fortunâ forte secundâ
Oppeterent, meritò felices atque beati,
Hoc vitæ spatio quanuis breuiore ferantur,
Nam si peccatum semel est, nihil illa priora
Quanuis multa iuuant: & mentibus altius hæret
Vltima quæque recens postremi infamia facti,
Quàm veteres partæ magnâ cum laude coronæ.
Indignum vero tantum virtutis honorem
Imbelli cecidisse manu, tacitisque petitum
Insi-

Inſidiis,quem Marte inuadere nullus aperto
Audeat.id verò fatum commune viris eſt
Fortibus. ipſa viri virtus inuicta ſubegit
Rem tentare dolis.an quiſquam Cæſare, magno
Illius aut genero,Romæve auctore Quirino
Fortior? incautos dolus hos tamen abſtulit omneis;
Pelidem, & ſimiles eius quicunque fuere:
Nec minor ex iſto fuit illis gloria caſu.
Ergo non inſueta lues indigna viriſque
Fortibus: aut non illa ſuo mors tempore venit.
Nec tibi præcipua eſt lugendi cauſa.vicem ni
Deploras lugesque tuam: ſolumque relictum
Occiſo te fratre doles,nec ducere vitam
Suaue putas tanti priuatum lumine fratris.
Iſta.vide.ratio ſatis vt ſit honeſta: dolere
Interdum alterius damnis conceditur: at non
Flenti erepta ſibi ſua commoda parcimus æquè.
Tu vero diuina puer qui dogmata ſacris
Fontibus hauſiſti,quæ nunc tibi ſuauiter ore
Mellifluo manant attentæ plebis in aures:
Tu reuoca in mentem ſapientis verba magiſtri,
Qui fraterna ſibi maternaque nomina iunctis
Sanguine vix tribuit.ſed eos pia Numina ſanctè
Qui colerent,ſummi facerent mandata parentis,
Diſcipulos digito monſtrans,Hi ſunt mihi fratres,
Hæc mihi mater (ait) quid patris morte recenti
Audita,veniam comitum cum poſceret vnus
(Iuſta videbatur curandi cauſa paterni
Funeris) ecquid ei tum rettulit? ô bone,mecum
Hoc age,dum ſuperas hoc vnum age,luce carentes
Et vita functi,ſine.mortua corpora curent.
Noluit expertes prorſus nos eſſe doloris
Qui Lazarum fleuit.longi ſed tempora luctus,
Clamores nimios,lacrimoſaque verba notauit,
Vt forti nec digna viro.nam viuere ſanctas

Qui credunt animas exſtincto corpore, rurſumque
In ſua poſt longum redituras corpora tempus,
Semper vt in cœlis vita meliore fruantur:
Corporis affectum hunc animâ ſenſuque carentis
Rectius appellent ſomnum placidumque ſoporem.
Quàm qualem ſubeunt animalia cætera mortem.
Defunctos igitur qui luget, ſiue propinquos,
Siue alios, ſtultè aut recubantia molliter oſſa
Proſequitur lacrymis, aut non ſatis ille videtur
Credere ſuſceptura nouam poſt corpora formam.
Quæ decurſa animo cùm ſint tibi, nota magisque
Vnguibus illa tuis, niſi re præſtabis, abuti
Omnes te ſtudiis, & inania fundere verba
Clamabunt. quam tu culpam vitare memento.
Quid ſi propoſiti immemorem vitæque prioris
Ambitio cùm ferret (vt optima quæque videmus
Ingenia immodico traduci laudis amore)
Te Deus ancipiti diuerſa negotia mente
Amplexum, ſacris operam modò ponere rebus,
Commiſſique gregis voluit ſuccedere curæ,
Cùm reges & regna tuis conſtricta teneres
Conſiliis, ferresque tuum ſuper aurea nomen
Sidera, nec tantum caperet jam Gallia ciuem?
Ipſe tibi cauſas, animum quoque fratris ademit
Morte tui, quo maior erat fiducia viuo:
Sicque duas animas pariter ſeruauit in vnâ.
Quæ mens & quis erat tibi ſpiritus, aurea quando
Tranſiit ad Rhetos fraterni fama triumphi?
Tum veluti longum fortunæ victor in æuum,
Et tanquam pedibus premeres humana ſuperbis,
Omnia, nec quicquam tibi rerum obſiſtere poſſet,
Diuitias, & regna tuis vſumque parabas
Æternum & ſolidum, vitamque labore carentem:
Inſcius hæc nec quæri armis, nec poſſe teneri.
Interitus etiamque animas, & longa locorum

Exilia : intentans extrema pericula victis,
Et iam diſtribuens vacuos victoribus agros :
Diſtribuens aliis ereptos victor honores :
Hæc tu more hominum ſecurâ mente putabas.
Nam paucis moderata fuit victoria, pauci
Parcere ſubiectis animo potuere virili.
Aut tua te ſi nota mihi clementia tale
Nil patitur verſare animo ; fortaſſe miniſtris
Succumbas aliud ſuadentibus : & bona mentis
Propria ſuſtineas alieno victa furori
Cedere. ciuilis vitium commune duelli.
Nunc pietas, verusque Dei tibi cultus in ore eſt,
Paſcendi nunc cura gregis : nunc otia laudas,
Nunc inuiſa Deo funeſtaque prœlia damnas,
Et cædes hominum, nunc & ſecedere Remos
Inſtituis cum docta hominum placidaque cohorte,
Cum veterum libris, quorum tibi copia magna eſt.
Quæ duo ſi conferre velis pugnantia valde
Conſilia, inuenies tantum præſtare priori
Poſterius, quantum melior pax aurea bello.
Non viſum eſt Superis hanc vita & ſanguine cauſam
Decidi, ferroque homines decernere acuto,
Vtra Deis pars grata magis ; morémne placeret
Antiquum retinere, nouumne inducere templis.
Fratris erat tam magna tui, tam cognita virtus,
Vt cuius dux ille fuiſſet partis, in illam
Conceſſura ſimul fuerit victoria partem :
Non ideo belli cupidus fuit. otia viuens,
Otia laudauit moriens velut optima : ſed qui
Fidebant illo comites ductore duellum
Malebant potius, capti dulcedine prædæ.
At Deus hanc regni ſortem miſeratus ab alto,
Inſontem hanc animam meliori in ſede locauit :
Et multis hominum vitam dedit, vnius emptam
Morte viri, triſtemque luporum è faucibus eſcam

Eripuit. sua non isti succedere plorant
Consilia: in cœlis securus at ille malorum
Ridet, & amissæ nolit se reddere vitæ.
Hæc si ferre tibi luctum minus omnia possunt,
Illa precum saltem iamdudum tradita nobis
Formula te moueat, qua nocte dieque solemus
Compellare Deum: Rata sit tua nempe voluntas
In cœlo & terra. cuius perquirere causas,
Aut etiam placitis obsistere velle, superbum est.
Plura tibi (nimis ista licet) ne scribere possim,
Impedior magnis & multis, Carole, rebus
Impedior lacrimis; & copia deficit: & non
Conuenit inculcare tuis puerilia doctis
Auribus argumenta, nisi hanc (vt semper) amori
Das nostro veniam tristis seu lætus; & omnes
Versibus esse meis faciles venientibus horas,
Omnia amicorum communia tempora ducis.

Sermo.

Vt qui se tecto aut saxo deiecit ab alto,
Haud facilè in lapsu medio se sustinet, ima
Dum petat, & prono terram grauis opprimat ore:
Sic vehit elato quodcunque per aëra curru
Ambitio; non ille potest retinere fugaces
Certus equos, medio vel in æquore sistere cursum:
Fertur at inuitus quò se permisit, & alis
Icarus vt præceps delabitur igne perustis.
Forsitan at laudis, venia sit digna, cupido
Ingeniis fermè melioribus insita semper,
Et sublimè volans animi vis, nescia cuiquam
Cedere, seu maior, seu par se compararet illi:
Hactenus vt vir præesse viris velit atque subactos
Imperio regere. at verò si pergere tendet
Altius, atque sua Superos detrudere sede,
Diuinosque sibi demens apposcet honores,
Sentiet ille breui cœlestes Numinis iras,

Terri-

Terribiles ſonitus deiectaque fulmina cœlo,
Aut aliud dirum pœnæ genus: & neque ſperet
Placari dein poſſe Deum, quem offenderit vltro.
Ipſe ſui vindex & inexorabilis vltor
Numinis eſt: nec quenquam hominũ patiturve Deorum
Æqua ſorte ſibi tanto ſuccedere regno.
Sed cur nos vetera hæc? Deus eſt nam fabula nobis,
Et multos Epicurus habet lutulentus in aula
Diſcipulos paſſim, multos & in vrbe ferenteis,
Mortales animos vnà cum corpore ſolui,
Et nullos cœlo eſſe Deos, aut carpere ſegnes
Otia, nec curam noſtrarum adſumere rerum.
Nam ſentire modò hæc, impuneque dicere noſtris
Moribus occipiunt: legumque in noſtra relictis
Hoſtibus antiquis conuerſus viſcera mucro eſt.
Attamen & Chriſti nomen prætexitur aris
Omnibus, & noſtram Chriſti de nomine gentem
Dicimus, ac vulgò dominumque Deumque fatemur.
Nos rerum ſpecies, & nomina ſola tenemus,
Nomina propter opes, & quos Eccleſia fructus
Suppeditat dominis felicibus vbere cornu.
Nemo te appellet, nemo te, Chriſte, ſequatur
Nudum inopemque: tuos tua membra, ſitique fameque
Spernimus enectos, nec potu eſcave leuamus:
Belligerare tamen vitamque exponere cauſa
Iactamus nos poſſe tua, nec parcimus vllis
Sumptibus, vt Chriſti numen gens omnis adoret.
O vafer ingenii, ſperaſti credere dictis
Poſſe tuis hominem qui te modò nouerit vllum?
Nomen habes tantùm, quid habes at cætera Chriſti?
Non tua facta vides ſimulatam prodere vitam?
Si tibi rem ſaluam fore ſponſor idoneus olim
Promittat, certumve habeas nil prorſus aceruo
Delibatum iri, te bello & pace futurum
Incolumem; non te commoris vt omnia prorſus

Templa solo delapsa ruant pedibusque trahatur
Relligio: stat nam pro relligione tibi res.
Quid verò, quid tu hos pullo qui vestis amictu,
Aut alio quouis (nec enim color omnibus vnus)
Cum tristi facie intendunt lacrimantia cœlo
Lumina: seque viam clamant monstrare salutis,
In mediisque cient verborum flumina templis;
Quidnam agitare putas animo, quò tendere cursum,
Et quid propositi, quam spem mercedis habere?
Diuitias aurumque petunt, & publica fisco
Æra dari, & magnis cum fructibus aurea templa:
Quæ simul ambitione sua studioque tulere,
Dilapsos videas pictis excedere templis:
Ex illaque die conscendant pulpita nunquam,
Vocem edunt nullam ad populum, nisi vt aucupis instar
Auribus & reges capiant & regis amicos.
At tetram ingluuiem ganeis infamibus explent,
Vino, deliciis, fœdaque libidine pleni.
Sed me dulcis amor patriæ, iustumq; nouorum
Regum hominumq; odium fixa hæc mutare volentum,
Et sincera Deo pietas & debita regi,
Abduxere procul sermonis tramite cœpti.
Vt redeam: sua (commoneo) bona quisque fruatur,
Viuat quisq; sua contentus sorte: nec illas
Quas aut non didicit, quas non conceditur aut quas
Dedecet, haud vnquam temerarius appetat artes.
Quam semel optasti, quæcunq; vel obtigit olim,
Hanc cole semper ama semper, nec desere Spartam.
Si plebs sacra velit tractare, profana sacerdos
Impius est: si sæuus equis, si gaudeat armis,
Siue malis hominum, seu præda & sanguine fuso,
Si statuit patriæ muros, si vertere gentem,
Si veteres pulsare nouosq; inducere reges,
Si vexare Deum cœli terræq; potentem:
Immanem Furiam dicas, os præter habentem.

Nil hominis, qualem vates finxere Chymæram,
Scyllas, latrantemq; canino more Charybdim.
Hæc tamen hæc Franci portenta feruntq; videntq;,
Illius antiquæ obliti virtutis auorum:
Ipſa ſuos coluit ſemper quæ libera reges,
Reſpuit externos; nec cuiquam ferre negauit
Auxilium populo pro libertate roganti.
Tunc animos paſcebat honor, tum vera duelli
Præmia ducebant regis populiq; fauorem:
Nunc emitur miles magno; nunc tranſit ad hoſtem,
Conditio melior ſi fertur & amplior illi.
Vnde malum hoc? ab eo nempe eſt qui diuidit aurum,
Corrumpitq; animos turpi mercede redemptos.
Quò nummi, aut iſtis cui tanta potentia nummis
Quæritur? à fiſco eſt deſumpta pecunia regis
Præſidio miles ſimulatur & arma parari,
Pro quo mille mori cupiant vel mortibus omnes,
Omnibus obiiciant pro quo ſua corpora telis.
Ergo non regis metus eſt, aut cura ſalutis,
Cura ſuæ potius. quid enim ſatis eſſe tyranno
Tutum ſecurumq; poteſt experſq; timoris?
Quid ſi etiam ſimul atq; metum, fingitq; periclum,
Vt patriæ muros armatus & occupet arcem?
Hic gradus, hæc ratio fuit omnibus vna tyrannis,
Vt ſe præſidio communibus atque iuuari
Auxiliis peterent, ea protinus arma viroſq;
In patriam vertere ſuam durumq; ſubactis
Ciuibus impoſuere iugum quæ nos mala nunquam
Antehac experti, noſtris non poſſe putamus
Accidere, ac ſi æterna forent, immotaq; regnis.
Ergo proſpicere & longè antè cauere memento;
Impediunt regredi quia plurima ſerò volentem,
Et ne demerſumq; paludibus, inq; volutum
Cœno vluaq; caput nequicquam attollere tentes,
Aut rapidas flammas, & quem ſuccenderis ignem,

Mox ſi pœniteat, ne non reſtinguere poſſis:
Et ſemel inſcenſo vel equo rapidiſue quadrigis,
Ne premere ac retrò nequeas veſtigia ferre.
Quòd ſi ſtulta duces audacia longius actos
Extulit vt nequeant medio conſiſtere curſu;
Hos ſaltem moneo comites ſceleriſq; miniſtros,
Quos dolus aut falsò ſpecies obiecta bonorum
Impulit in fraudem, maturè immania cœpta
Deſerere, integris etiamq; abſcedere rebus:
Vt deiecta ſuâ mala mens ſpe, & viribus orba,
Concidat, auctoremq; ſuum modò pœna ſequatur.

Sermo. De libertate ſcribendi.

Scriptorum quoſdam libertas, & ſtylus audax
Oblectat, vitiumq; ſeuerâ voce notatum
Alterius: pleroſq; iuuant ſine felle moleſti
Nullis verſiculi quales ſcribuntur in aulâ.
Diuerſa hæc, ratio tamen vt ſua conſtet vtriſq;.
Nam mores hominum ſcriptis formare legendis;
Et vitia extirpare animis labor Hercule dignus:
Verùm ingratus eis, ſua qui recitante poetâ
Agnoſcent ſcelera, aut de ſe dici illa putabunt.
Cautior is quicunq; virûm demulſerit aures,
Aut leuibus nugis, aut corruptrice bonarum
Laude voluntatum; nec quenquam offenderit vnum.
Quæ ratio, quia blanda nimis, fortiq; videtur
Haud condigna viro, nobis exploſa recedat,
Sed neque ſcribendi ſatyram, retroq; notandi
Carmine perſonas quas deſignaueris, auctor
Eſſe velim. modicè laudentur facta virorum
Fortia, culpentur modicè; aut, ſi poſt alet vſus,
Vis adhibenda etiam vociſq; animiq; dolentis:
Ne tamen appelles proprio vel nomine quenquam,
Aut ita ſignifices, vt poſtquam dixeris, omnis
Ardentes oculos cœtus conuertat in illum.
Nuper Aretinus Venetæ ſe clauſerat vrbis

Mœni-

Mœnibus, vnde velut celſâ ſublimis ab arce
Omnes Europæ reges figebat acutis
Inceſſens iaculis. & diræ verbere linguæ:
Atque illum miſſis omni regione tyranni
Placabant donis. tantùm mala vatis auari
Lingua poteſt at ei claræ tutela nec vrbis
Profuit, Ionio longè regnantis in alto:
Non circumfuſæ miſerum texere paludes,
Quin meritas læſo pœnas exolueret orbi
Terrarum, dignum vel haberet carmine funem.
Nobis Attellana, vetus, comœdia nobis
Diſplicet. omne velim ſit caſtum & lene poema,
Sit miſtum grauitate, vacet riſu iociſq;:
Qualis ſermo ferè eſt mediâ teſtudine templi
Ad populum magno quem perſonat ore ſacerdos.

De bello ciuili.

Siue malum hoc Pandora tuum, vindictaq; furti
Nobilis, ad ſeros permanans vſq; nepotes;
Seu genus infelix Ereboq; & Nocte ſatarum
Incubuit terris, & ſæui peſte veneni
Infecit latè populos, ac mutua ſparſit
Inter nos odia & belli ciuilis amorem;
Seu mens cuiq; ſua eſt nutrix fomeſq; malorum:
Vrimur inuidiæq; occultis ignibus intus;
Vrimur ambitione graui; ſimul ardor habendæ
Augendæq; rei mentes inflammat auaras.
Inde velut corui, Harpyiæue, aquilæue rapaces
Quas metus immundæ ſemper famis anxius vrget,
Expellunt alias omni regione volucres:
Nec parcunt propriis, tanta eſt veſania, pullis.
Aut multis canibus cum fortè paropſide in vnâ
Obiicitur cibus, hunc trahere ad ſe mordicus omnes
Contendunt: ſiquis melior tum viribus, illo
Vi potitur, reliqui circunſtant murmure magno,
Ereptamq; petunt per mutua vulnera prædam.

Sic homines vel opum cupidi, vel rursus honorum,
Præsertim à magno quæ rege secunda potestas.
Mille dolos, & mille vicissim retia tendunt;
Mille modis certant alienum extinguere nomen:
Vt soli iactare caput videantur in aulâ.
Scinditur in varias domus omnis regia partes.
In medio nullis antiquâ lege Solonis
Esse licet: quicunq; nec his, nec adhæserit illis,
Hostis erit, referetq; odium suspectus vtrisq;.
Ipsi autem proceres nunquam discedere regis
A latere: huic astare diem quàm longa, per omnem,
Largiri atq; auferre quibuslibet: omnia nutu
Dispensare suo, solis committere amicis
Imperia, & summos populorum atq; vrbis honores.
Iam reliquos prohibere domo, prohibere benigni
Principis adspectu: iam, quæ fœdissima res est,
Criminibus fictis absentis rodere famam,
Dum longinquus abest & dum securus honorum,
Vel priuata domi vel publica munia tractat.
Turpe duci magno est etiam deferre nocentem
Criminis, & regum mulcere his vocibus aures:
Flagitium premere insontem & sine crimine vitam.
Tu verò, qui te priscis heroibus ortum,
Vnius & magni comitum descendere Carli
Progenie iactare soles, dux maxime bello,
Princeps pace domi, cuius respublica nutu
Statq; caditq;, potens & regni & regis, eò te
Deiicis vsq;, tui atq; tuorum oblite bonorum,
Vt tibi non in honore pares, quos iam tua dudum
Immoderata feroxq; superbia ferre recusat;
Verùm etiam tenues & adhuc sine nomine, spurco
Ore tuo laceres, turpis delator in aurem.
Ex hoc coniectare licet quàm cætera recta
Consilia in patriam tua sint: quâ mente fideq;
Communem ipse geras hodie rem, & gesseris antè.

Semper

Digitized by Google

Semper enim tibi cura malos conquirere ſeruos
Prima fuit, ſeruoſq; doli ſcelerumq; miniſtros.
Et ſe nemo tibi probus vnquam addixit, vt illo
Momento, quo te leuiter cognoſcere cœpit,
Non mox colligeret ſua vaſa, pedemq; referret.
Talia diſcordes animis dum prælia miſcent,
Priuataſq; tuentur opes communia ſenſim
Robora deficiunt, velut ægro in corpore vires:
Et turpi neglecta cadit reſpublica letho.
Hinc velut effuſi duo montis vertice riui
Lenis aquæ, circùm viridantia prata feruntur
Ambiguo curſu, & ſinuoſis flexibus errant,
Donec ab alterutro bibat omnis flumine campus.
Haud aliter primùm naſcens ea peſtis in aulâ
Corripit omne hominum latè genus, atq; per vrbes,
Perq; domos effuſa venenum diſſipat, inter
Pacatoſq; ſerit diſcordia ſemina ciues:
Nobilitas omnis, iudex, patronus, & ipſa
Partibus alterutris plebecula vilis adhæret.
Sic diuiſa bicepſq; domus cùm Principis eſſet;
Conuenere alii velut ad duo ſigna minores.
Perpaucis adeò mediis licet eſſe, quietem
Securam vanos ponentibus ante fauores.
Sunt etiam nullis adiuncti regis amicis
Officiis tantumq; ſuâ virtute recepti
In numeros, qui non minus ipſi hoc nomine ſolo
Iniuſtis odiis inimicâ à parte premuntur,
Quàm ſi ſponte ſuâ contraria caſtra ſubiſſent.
Si quis honoris apex, aut ſi quis in vrbe legendus
Fortè magiſtratus; deſignant antè futurum
Vnum aliquem florentem opibus vel amore potentum.
Hic, ſi vincet enim candentis factio panni,
Prætor erit: ſi purpureus color obtinet, ille.
Cura tuendorum tam valde eſt cuiq; ſuorum
Inſita, communiſq; rei neglectus: vt ægrum

Indocto

Indocto siquis malit concedere corpus
Atque rudi medico, aut nautæ committere nauem
Non satis experto pelagi discrimina, verùm
Sanguine, vel patria iuncto vel amore, vel vsu,
Artificem notæ fideique excludat. & artis.
Atque his tanquam in centurias classesque tributis
Iudicibus quis se patrono opponere tali
Ausit, & in mediam descendere stultus arenam?
Cui parent fasces, & prætor, & omne tribunal,
Arbitrioque suo qui dat, vel tollit honores,
Cuius sexcenti veniunt ad iussa clientes?
Iudicium est. vincit meliorem gratia causam:
Ingenuumq; proterua pudorem audacia vincit.
Næ linguâ hic pugnare, manuq; in iure foroq;
Conserere haud paulò melior, quàm ducere in hostem
Armatas acies, & aperto occurrere campo
Vtq; minus multas hic cœpit ab hostibus vrbes,
Quàm vicos, & opima tenet quæ prædia fraude
Vicinis erepta suis, turbaq; coactâ
Disertorum hominum, & corrupti iudicis astu.
Nimirum tales illi antè leguntur in vsus.
Hoc domino referunt accepti manus honoris.
Malim nos, agitur quoties respublica, malim
Nos inimicitias & ponere iurgia donec
Vtilium fiat dilectus in vrbe virorum,
Cuiuscunq; tribus atq; ordinis antè fuissent.
Quòd si fortè duos inter certamen honoris
Inciderit, par & meritum virtusq; duorum est:
Illum, cui fortuna tuæ dedit esse cohortis,
Quiq; tui gregis est, nec turpem ferre repulsam,
Prælatumq; alii nemo reprehendere possit,
Quanquam nemo suæ tam partis amore tenetur.
Quin magnis aliquo pòst tempore possit ab illâ
Disiungi meritis, & in hanc concedere partem.
Acer erat bello iuuenis calidusq; iuuentâ

Banti-

Bantinus.& claris Nolæ maioribus ortus :
Hunc prius ad Cannas , cæſorumq; inter aceruos
Seminecem iuuentum curauerat atq; benignè
Cum donis & muneribus dimiſerat ab ſe
Annibal in patriam : cuius non immemor ille
Ingentis meriti quærebat tradere Nolam
Annibali,ſenſit Marcellus Prætor,& illum
Conciliare ſibi officiis,quàm tollere pœnâ
Maluit. ergo hominem verbis appellat amicis,
Non ignota ſibi, dicens, quæ fortia facta
Ediderit, quot Romanis ſtipendia caſtris
Aduerſus Numidam vel Pœnum fecerit hoſtem.
Pro quo magna,ſolent tribui quæ fortibus,illum
Præmia commeritum : ſimul ipſi corpore pulchro
Donat equum,preſſos bigarum & imagine nummos
Quingentos,longeq; oſtendit plura daturum ;
Atq; poteſtatem ſecum fore ſemper agendi
Cùm velit, & faciles aditus & limen apertum.
His iuuenem dictis ſic in peiora ruentem
Vertit, vt ex illo reſpublica tempore ciuem
Sit nullum factis meliorem experta, fideq;.
Sic noua ſpes veterem detrudit, & vltima quæq;
Reſpiciunt homines vulgò benefacta ; velut quæ
Solis amant radios , herbæq; ſequuntur euntem
Vt tibi nulla tamen referatur gratia facti,
At pulchrum eſt inimicitias donare ſaluti
Communis patriæ,pulchrum deponere partis
Quenq; ſuæ vehemens ſtudium , ac communibus omnes
Conſpirare animis , & in vnum cogere vires
Ad patriæ curam, quæ nos genuitq;, fouetq;,
Quæ nos ipſa ſuo complexa eſt nomine dulci,
Noſtraq; coniugia,& natos, & quicquid habemus
Præterea carum,quicquid vel dicere noſtrum
Poſſumus. vnde etiam patriæ ſupereſſe cadenti
Illa diu nequeunt : nam ſingula poſſe teneri

Nequic-

Nequicquam ſperes, amiſſo corpore membra.

Ad Arnoldum Ferrerium.

Ferreri, quo nec melior, nec doctior alter
Venit Aquitanis à finibus atq; Garumnâ,
Te nunc Legatum Venetis decedere ab oris,
Et retrò in patriam veſtigia flectere dicunt,
Poſt regi nauatam operam tris amplius annos:
Ecquid erit præmi? faciet regnâ beatum,
Si ſapit, & primos tibi rex mandabit honores:
Obſtiterit niſi fama tuæ virtutis, & acres
Inuidiæ morſus, quæ plurima regnat in aulâ,
Inuiſumq; hodie crimen commune bonorum.
Verùm (inquis) docuit te lex diuina carere
Poſſe bonis, vanoſq; hominum contemnere faſtus.
Rectè: ſi coràm poteris præſtare quod abſens
Promittis. ſed dura nimis ſunt ora ferendo
Iſtorum, qui ſe prognatos Hectore dicunt,
Quorum ataui mercatores ſcribæq; fuere:
Aut ſi qui magnis orti maioribus, ipſi
Degenerant, & nulla ſuis in moribus edunt
Signa, nihil referunt patriæ aut virtutis auitæ.
Ipſe ego iam longo cui frons occalluit vſu;
Duratæ belloq; manus, ad prælia ſemper
Certamenq; nouus venio, nec talia poſſum
Dedecora vlciſci, latere aut depellere regis.
Audio. vel triſtis repetes ſubſellia iudex,
Aut claram ſtudiis Troiani Antenoris vrbem,
Quæ primùm noſtros olim coniunxit amores:
Aut aliquò fugies, vbi nec cogare tueri
Quæ minimè nolis, & quò neq; geſta ferantur.
Sic adeò rectus viues, vt viuere nemo
Sentiat, & clauſum obſcuro putet eſſe ſepulchro.
At non, Ferreri, tam parui animoq; remiſſo es,
Vt rem deſtituas communem, & publica turpi
Damna fugâ cumules, ignaui militis inſtar.

Verum

Verum vt te nemore in denſo, aut in valle reductâ
Abſcondas hominem procul à conſpectibus, omni
Seposîtâ rerum curâ : tamen ipſe quietum
Interpellabit vicinus, & otia rumpet,
Vel tua nocturnus prædo verſabitur intra
Septa domus. fineſue tuos iniuſtus arabit,
Intendet litem, vadimonia coget obire,
Inq; forum retrahet. ſic nullus in orbe quietem
Dat locus. ipſe ſibi facit otia quiſq; vel vrbe
In mediâ, plenoq; foro : nec turbidus ille
Cùm fuerit, ventis & tempeſtate carebit,
Quanuis Heſperidum ſpatietur ſolus in hortis.
Sed tua quò virtus non ſeſe attollet, & vnde
Non ſeſe expediet diſruptis libera vinclis?
Tu quocunq; loci deueneris, vt locus ille
Sit vacuus, ſit perpetua caligine preſſus,
Luce tamen propria lucebis ſole nitenti
Purior: ò tecum liceat conſumere vitæ
Quod ſupereſt, animamq; ſinu deponere amici.

Ad Vidum Fabrum.

Vates ille tuus ſimul importunus haberi
Cœpit, in has latebras & deuia ſepta receſſit;
Pelopidas vbi non vultus, non ora videre
Cogitur. æternas habeo ſanctiſſime grates
Phœbe tibi, Muſiſq; nouem, quæ demere curas
Ægrotoq; animo potuiſtis reddere ſomnos.
Non ego ſolus in his metuam, nec ſolus in altis
Arcadiæ lucis media vel nocte vagari:
Non metuam fictis vt ne deſertus amicis
Solus rure meo figam veſtigia, ſolus
Nocte domum redeam. mihi vos mihi namq; dediſtis
Noctes atq; dies cantando ducere Muſæ:
Quanquam lectorum comitum bona copia dudum
Nobis eſt prouiſa domi, bona copia rure.
[illegible]

Socra-

Socratici præſto mihi ſunt ſchola docta Platonis,
Vna prius diuiſa locis,& deinde magiſtris,
Paullus & his valde melior,quiq; eius alumni
Libris oſtendere ſuis incognitus antè
Quis Deus,& quâ ſit nobis pietate colendus:
Sin ludicra,leues omni regione poetæ
Concurſant,& dulce ferunt ad ſidera carmen.
Tot ſunt,tam variæq; animi ſapientis in omni
Laude voluptates, vt non ſint plura iocoſis
Ludorum genera. ò rectè illis ſi ſciat vti,
Si bona tot congeſta domi, ſemperq; parata
Noſſet homo penitus,quàm cætera parua putaret!
At mihi Diogenes,Cyrenæq; vrbis alumnus
Diuerſis ambo ſtudiis peccaſſe videntur:
Ille quidem veræ non libertatis amator,
Dum mundum atq; elegans vitæ genus odit iniquè;
Hic regum menſas & dum conuiuia laudat,
Veſtiriq; nimis pretioſè curat & vngi.
Eſt aliquid medium: quod ſi tenuiſſet vterq;,
Hic & delitiis,& ſordibus ille vacaret.
Namque erit æternùm mihi felix atque beatus,
Qui placuit magno & ſapienti pauper amico;
Præſertim virtute ſuâ ſi fretus in altum
Contendit celſique fores patefecit amoris.
At conſtans & perpetuò manſura videtur
Gratia,quàm primùm virtutis opinio iunxit,
Quæ mox officiis vires accepit honeſtis:
Vt neque pauperior locupleti blandius vnquam
Palpetur,nec diues egenum flagitet vltra
Fas licitumque. vides hominum quàm cara benignis
Vita Deis,quàm ſi natorum vtrique parenti
Cara ſalus: tamen hi ſua non in amore requirunt
Commoda. nam teneris genitor quid ſperet ab annis?
Quidue potens rerum Deus à mortalibus ægris?
Iccirco leges vxorem interque maritum

Dona

Dona vetant, ne sit venalis gratia lecti;
Deteriorque bonis meliorem pellat auitis.
Ac primos homines tales in amore fuisse
Credibile est, intacta priusquam virgo relictis
Iustitia excessit terris, cœlumque petiuit.
Hoc primum veri specimen monstrauit amoris
Et Natura dedit: morem corrupit honestum
Vtilitas, viliq; hominum mens dedita lucro,
Nunc se quisq; viro, putat à quo posse iuuari,
Tradit, egestatem quo subleuet atq; labores,
Nobilibus tenues, locupletibus æris egeni:
Vt graciles aliâ suspendit ab arbore ramos
Non potis ipsa solo sursum se attollere vitis.
Quid miseri faciant? sunt vnius omnia Regis
In manibus, dare solus opes dare solus honores
Ille potest. vt totus ab vno flumine pagus
Haurit aquas: sic omnis ab vno Gallia Rege
Et petit imperia, & fasces & quicquid honorum est.
Quis tantum per se Regem priuatus adire
Audeat? insuetumq; aliis non antè ministris
Et ducibus prætentet iter? non viuida virtus
Quamlibet ipsa viam possit cursumque tenere
Ni præcursores habeat sibi Regis amicos.
Accipe nunc autem prauum locupletis iniqui
Ingeniumq; animumq; trucem moresq; superbos.
Inflatus longo comitum grege prouocat iram,
Prouocat inuidiamque hominum superumque Deorum.
Contemnit miseros & tanquam vilia ducit
Mancipia, haud memor vnde, quibusq; adscendit in altũ
Artibus & studiis, quàm sit locus arduus omnis
Lubricus, & quantas homini det sæpe ruinas.
Nec nunquam his interpretibus scelerumque ministris
Ad prædas & lucra domum cogenda superbam
Vtitur, & Præfecturis & honoribus ornat:
Quò magis ipse magisque suo regat omnia victor

Arbitrio, fiat quò nulla potentia maior.
Si quis erit potior, cui ſit pulcherrima virtus,
Hoc mihi nil opus eſt, alium ſibi quærat amicum,
Non mihi non tales operas, non talia (clamat)
Poſce miniſteria. excluſus dimittitur ille,
Eiectaq; mali tollunt virtute cachinnum.
Felices verò nimium, nimiumq; beati
Qui potuere bonis animos compeſcere rebus,
Et ſeruare modum. ſed fortunatus & ille
Quem ſic reſpexere Dei, cui talis amicus
Contigit, vt tenuis mala ne contemnat amici,
Et bonus in medium ſua conferat, vt quaſi patris
Vnius heredes communiter illa fruantur;
Qui tanquam poſitis verſatur honoribus, æquo
Iure domi tecum patitur ſua dicta refelli;
Communis tecum ludos & ſeria miſcet,
Te vocat in partem ſtudiorum, ſuſcipit vltrò
Sollicitus curamq; tui, rerumq; tuarum,
Teq; ſuæ raro menſæ dignatur honore,
Et matutinum veſpertinumq; remittit
Officium, niſi res aliudue popoſcerit vſus;
Nil adeò vetitum, nil turpe, minuſue decorum
Imperat, orando facilis, faciliſq; iubendo:
Et quem vel ſua res, vel publica diſtinet, illum
Quàm volet vſq; diu fert non inuitus abeſſe,
Suſpitione vacans animus, nec crimina fingit
Ipſe, nec oblatis aperit ſermonibus aures.
Talem Diogenes ſi ſit expertus amicum,
Non temerè & paſſim tenues ab amore potentum
Auocet, & regum ſapientes arceat aulâ.
Eſt in amicitiis ſolers adhibenda legendis
Cautio, ſiue humilem, ſeu magnum quæris amicum.
Nam partem peccatur in hanc, peccatur in illam.
Sæpius in magnis opibus, celſaq; vacillat
Fortunâ malefidus amor. dum ſplendida plebem

Nobilitas,

Nobilitas, inopem dum ſpernit diues amicum.
Cum boue non aſinus, cum diſpare non coit impar,
Se niſi ſummittat maior, prenſumq; minorem
Subleuet. at quotus is qui non adſurgere malit?
Sunt & ſigna tamen quibus hunc dignoſcere poſſis,
Quæ ſeruata referre gradum, aut inferre monebunt
Non obſcura: tegi quia neſcit tempore longo
Inſanæ vitium mentis; ſimulataq; virtus
Eiicit immenſam mox exonerata laborum
Congeriem, poſitoq; ruit furioſa pudore
Improbitas animi. namq; acrier arte repreſſæ
Impetus eſſe ſolet. ſicut torrentis aquæ vis
Maior erit. lapides ſi curſum & ſaxa morentur:
Aut effrenis equi, foribus qui fugit apertis,
Excuſſumq; equitem multâ proſternat arenâ.
 Fons & origo boni tamen eſt ſapientia, quam qui
Nactus erit, ſemper ſedato pectore viuet.
Nec ſibi, nec turbas aliis dabit: omnia magnis
Diis accepta feret, ſua nec maiora videri
Nec meliora volet; factis dictiſq; fauebit
Alterius, nec laudem alieno crimine quæret.
 Verùm illud nihil inſipiente ferocius eſſe,
Nil grauius domino: quòd ſi vecordibus auſis
Attulerit ſocias coniuncta potentia vires,
Exitiale malum miſeris impendet amicis:
Inſano tanquam iubeas ſi tradere ferrum,
Hos modò, nunc illos feriat diſcrimine nullo:
Seu quondam furiis atq; œſtro percitus Aiax,
Iſſe putans hominum, pecudum qui colla ſecabat.
 Cùm ſemel humanos hominum natura pioſq;
Exuit affectus, & tantum agreſte ferumq;
Veſtiuit ingenium, fit tigride ſæuior omni
Bellua, ſolam hominis retinens conuerſa figuram.
Adde merum venis, oleumq infunde camino,
Non grauiora ſuis incendia faucibus Ætna

Proiicit. igniuomi non & iuga celſa Veſeui.
Difficile ingenuo, eſt alieni ferre furoris
Indomitam rabiem, atq; atræ conuitia linguæ.
Non ego ſpem tanti redimo: mihi pluris in vrbe eſt
Vna dies tranſacta licentius inter amicos,
Rure vel in ſpatiis camporum, aut ilicis vmbrâ,
Quàm volucres fumi gerræq; loquentis inanes,
Et dubiâ promiſſa fide ventoſaq; verba.
Atqui nonnullos iſtorum ferre videmus
Ingenium moreſq;. ferunt, quicunq; puſilli
Sunt animi, quibus eſt libertas infima rerum:
Vt Dauus haud dubitet plagas & verbera dorſo
Ferre libens, vt mellitam voret antè placentam,
Eque reſignatâ pleno bibat ore lagenâ.
Stat magno ſpes illa nimis, quæ dextera rarò
Sæpe ſiniſtra cadit: fruſtrati deinde queruntur
Incuſantq; Deos, & ſe mala plurima paſſos
Rebus adhuc dubiis incautos antè futuri.
Clauditur hac plerunq; tragœdia fine, ſed horum
Nemo vicem doleat, qui ſe venientibus vltrò
Inuoluere malis, præclara & vana ſequuti.
Ille ſuâ taliq; indignus ſorte, furentem
Qui metuens, oppreſſus in ipſis retibus hæſit:
Nec potuit celeri quamuis euadere curſu.
Vir bello fugiens ipſos incurrit in hoſtes
Sæpius, & vitare malum nequit arte magiſtrâ,
Quin nudus Siculis iaceat Palinurus in vndis.
Hæc me tempeſtas prouectum longius alto
Si quando fractis excepit turbida velis,
Nec contrà obniti remis datur vlla poteſtas:
Huc tanquam in portum fugio, nulliq; recurro
Cognitus ad ſiluam, quæ cædua deſiit eſſe,
Poſtquam ſacra nouem Muſis Phæboq; dicata eſt,
Conceſſuq; noui domini eſt adoleſcere cœpta.
Hic aliquid ſcriboue legoue, aut cogito ſemper:

Hic

Hic viuo qualem primi vixiſſe feruntur
In terris homines mundi ſub origine, vitam,
Contentus paruo, quod mî prius ipſe paraui,
Cum bene morigeris natis, & coniuge caſtâ,
Vera fruens intincta nec vllo gaudia felle.
Nubibus interea pulſis & ſole reducto,
Tu mare turbatum tranquillâ fronte ſerenas.
Aſt ego ſicut auis quæ longis imbribus intus
Clauſa ſedet, liquidas expectans luminis auras,
Tandem ſole nouo ſe proripit: haud ſecus ipſe
Nec deſiderium veſtri, nec ferre quietem
Vltrà poſſe ratus, meditor iam ſoluere portus:
Rurſus & incipio regredi geſtire, pericli
Immemor, incertoq; iterum me credere ponto.

Ad Arnoldum Ferrerium.

Tam varia atq; incerta vagatur epiſtola, quam res.
Hîc ſunt Ferreri variæ. modò nubere fratri
Regis, dotaleſq; ſuos regina Britannos,
Et regni titulum nomenq; afferre marito
Dicitur: ac jam ſtare paratas littore naues
Fama fuit: proceresq; Anglorum occurrere lectos:
Poſtridie tabulæ ſoluuntur, & irrita pacta.
Neutrius hæc culpa, inter ſeq; feruntur amare:
Sed ſponſi comites patria diſcedere nolunt,
Exiliumque vocant: alii ſua robora, vires
Imminuiq; ſuas metuunt; ſi fortè reſumptis
Inter nos iterum ſtulti concurrimus armis:
Experti duce ſit quantum virtutis in illo.
Fœmineis etiam iuuenilem, vt ſæpe videmus,
Blanditiis animum mutari poſſe verentur.
At rex, Pariſiis iam poſt ſua terga relictis,
Ibat in Armoricos venatum, quòd ibi ſaltus
Magnarum plenos narrabant eſſe ferarum.
Hanc alii regem falſò prætexere cauſam,
Borbonios iuuenes amplecti velle, mariſq;

Præfectum: quo nil mage formidabile noſtris
Diuitibus. nam Caſtilio ſi tangere dextram
Regis,& inſtillare duo aut tria in illius aurem
Verba datur; quas ille ſibi regnoq; parari
Audiet inſidias, quæ circunſtare pericla:
Ni tandem ſomno velut experrectus ab alto
Adſeret imperium patriæq; ſibiq;, volentes
Et populos reget ipſe manu, clauumq; tenebit,
Quem puerilis adhuc ætaſq; infirma vetabat.
Hic proceres noſtros vexat timor intus,& angit.
Ergo omnes ſtudio incumbunt vehementius omni,
Inceptum ne pergat iter Rex: multa relinqui
Commoda namq; docent, redeuntibus affore mulat.
Vincitur à multis nimirum in callibus vnus
Duplicibus. redeunt vſq; à Galeone Mocellum:
Et nunc fontis habent regem deſerta Bleaudi.
De nobis quoq; rumor erat,neq; vanus,& ore
Principis exceptum pauidam turbauerat aulam
Neſcio quid. ſimili compreſſus & is metus arte.
Sic mihi libertas domo conceſſa Deorum
Illibata manet: rident tamen vſq; maligni,
Quîs ſua res priuata,gemunt quîs publica curæ:
Publica nemo adeò,Ferreri, publica curat,
Et patriæ regiſq; in nullo nomen honore eſt.
Si videas noſtræ (pudet hoc adſcribere) gentis
Nocturnos aditus, furtiua lociſq; remotis
Colloquia æterno Franci cum nominis hoſte,
Ferreri, ducas ſuſpiria pectore ab imo,
Et quiſquis vel regis amat, patriæue ſalutem.
Sed deſiderium nolo tibi tollere noſtri,
Proxima quod nobis tua monſtrat epiſtola. namq;
Si vicina meo tibi villa parabitur agro,
Si te conuictore frui ſocioq; licebit;
Cætera abeſſe anima tulerim non inuidus æquo,
Et leuior fuerit tolerabiliorq; ſenectus:

Tum

Tum reliquum faciemus iter iucundius vnà
Ad cœlos, vbi certa quies promiſſa beatis.

EPISTOLARVM SEV SERMONVM LIBER ſextus.

Ad Vidum Fabrum.

TV me poſſe putas, quantum potuere priores,
Quantum ego, dum fortuna fuit: ſed gratia Regum,
Inſtar apis volitat, quæ circum florida rura
Nunc huic, nunc alii blandos adſpirat amores,
Floribus & notis pòſt paulò inimica recedit.
O, ſpes qui poſuere ſuas in Regibus olim!
O ſtulti nimium, quorum fuit omne placendi
Auribus atq; oculis ſtudium! fugit illa voluptas,
Et delatorum ſatias ſubit: ipſe recurrens
Sæpe ſonus citharæ laſſatas afficit aures.
Quinetiam interdum ſeſe rex colligit, alto
Experrectus vti ſomno qui perfricat ora;
Et veris fictos ſecernere diſcit amicos:
Odit quos etiam dilexerat antè doloſæ
Compertos fraudis, nec ludificarier vltrà
Se patitur. melius qui pulchra & plena ſalutis,
Libertate ſuâ moderatè & comiter vſi
Conſilia in medium proponere regibus audent.
Non illi meritis veniunt ad præmia ſemper
Digna ſuis: raró quoniam vel fortia reges
Conſilia accipiunt. vel libera mentibus æquis,
E molli blandoq; magis ſermone trahuntur.
Sic optabilior nebulonis, vel paraſiti
Sors erit; atq; loco decedere coget honeſtum
Inſontemq; virum: qui non inuitus abibit,

Inuitus non ille domum paruoſq; penateis,
Et patriam repetet,ſed dulcibus exiget æuum
Cum natis,carâ cum coniuge, liber & omni
Ambitione vacans,vrbis contemptor & aulæ.
Cauſa fugæ iuſtum ſolatur honeſta dolorem,
Et mens ipſa ſibi nullius conſcia culpæ.
Ipſe ego ſiue iubent diſcedere, ſiue manere,
Seu me conſiliis adhibent,ſeu longius arcent;
Vtrumuis obeam placidoq; animoq; libenti,
Penſans damna bonis. minor eſt ſi gratia regum,
At minus inuidiæ eſt,odii minus atq; laboris.
Nec tibi,nec prodeſſe tuis potes: hoc quia feci
Dum potui,nulla eſt hodie mea culpa, ſed eius
Immerito faſceis mihi qui detraxit inaneis.
At nos ambitio tenet arctâ compede vinctos,
Vt ſeruum hoc vitæq; vagum genus anteferamus
Natali patrioq; ſolo, placidæq; quieti.
Noui qui cumularat opes ſub regibus amplas
Maiores Craſſo,villas exſtruxerat vſq;
Ad cœlum nitidas: tamen illi mors erat, vnum aut
Alterum abeſſe diem conſpectu regis & aulâ,
Tanquam ſi ſolis radiis & luce careret.
Interea vereor paucis dum menſibus abſum
Occupet vt ſedes alius, clauſiſq; reuertens
Excludar foribus. mihi ſit migrare neceſſe.
Tantalus iſne tibi vel Phineus eſſe videtur,
Quem Diræ menſa prohibent epuliſque paratis?
Quid grauis ille ſenex diſcedere iuſſus ab aulâ,
Et ſignum flauamq; alii concedere ceram,
Num ſeſe afflixit tanto depulſus honore?
Demiſitue animum? non ille, ſed vt catus olim
Mercator, patriam poſt tempora longa reuerſus,
Quanuis iacturam partis feciſſet in alto;
Relliquiis fruitur pelagi ſecurus iniqui.
Sic noſter ſimul atq; domum ſe contulit, arteis

Ingenuas repetit m[illegible]ſis iam tempore longo:
Et ſtudiis animum reficit, ſemperque legendo
Scribendoue aliquid Muſis & Apolline dignum:
Aut virides lauros, aut coniferas cypariſſos
Inſerit, aut lento pinus ſudore fluentes:
Felix depoſitum ſi non cupiiſſet honorem
Sumere, & in medios iterum ſe tradere fluctus.

Exilium nulli domus eſt ſua, præter inertem
Siquis agat vitam ſomno vinoq; ſepultam:
Aut qui nullius ſtudii capiatur amore,
Veſpere ſolem optans orientem manè cadentem.
At ſerere & legere, & lætas intra horrea, meſſes
Condere, vina cadis haurire domeſtica plenis,
Ordine maturos poſitis decerpere fructus
Arboribus, pingues ſubducere matribus agnos,
Lactentes torrere ſues, & corte petitas
Gallinas mediâ feſtis apponere menſis,
Aeria geminos deducere turre columbos:
Et laqueis captare feras, & fallere viſco
Incautas volucres, pullos educere nidis,
Piſcari, librumue manu ſeruare tenentem
Retia, & ad captam curſu contendere prædam.
Mille voluptates aliæ, quas ruſtica vita
Dulcis habet, longè vrbanas ſuperare videntur
Atq; Palatinas omnes. huc Palladis artes
Et longo doctrina parata acceſſerit vſu,
Quâ poſſis hiemem, longas & fallere noctes:
Et pietas, & vera Dei cultura potentis,
Cui bona tot gratis animis accepta feramus.

Hæc ita ſunt. At poſſe negas hoc tempore vultum
Ferre ſuperciliumq hominum, qui te ante beatum
Florentemq; diu rebus coluere ſecundis:
Nunc ſubitò ſpernunt mutata ſorte iacentem.
Quanquam vir fortis nunquam iacet altius; immò
Erigitur contrâ, preſſuſq; reſurgit, vt arbos,

Texuntur Græcis victoribus vnde coronæ.
Nam quem nullus honos, quem gloria nulla ſuperbum
Altius euexit; nec ſors contraria pellet,
Deiicietur gradu; ſed vtriſque videbitur idem
Temporibus: neque re ſapiens mutabitur vllâ.
Nec verò metues falſæ conuitia linguæ,
Non magis irato quàm ſi canis adlatret ore.
Euentus ergo meditemur & antè futuros,
Et quæcunque mari tempeſtas atra vel alba
Incubuit præſente animo fortique feremus;
Perſuaſi rapidis Aquilonibus omnia ferri.
Omnibus iſta fuere, & ſunt communia regnis,
Vt firma & ſtabilis ſit nulla potentia pendet
Quæ regum libito: mala ſunt hæc propria noſtri
Temporis. ipſe bonâ rex præditus indole, mater
Regni & Regis amans: ſed in illo ſpernitur ætas,
Sexus in hac; quando procerum ad ſe quiſque ſupremam
Vim trahit imperii, cædemque malumque minantur:
Nos miſeri, quibus infirmæ ad certamina vires,
Libertatem animi vociſque tenemus: at ipſa
Virtus, paucorum ſcelere eſt vitioque ligata.
At tu ſume animos: & viribus auctus & armis,
Carole, ius repetens puero tibi nuper ademptum,
Perge iſtos patriæ peſtem delere tyrannos:
Perge ſupraſtanteis gladios remouere bonorum
Faucibus & iugulis, vt libertate receptâ,
Gaudeat, & domino tibi Gallia ſeruiat vni.

Ad Iacobum Corbinellum.

Corbinelle, libens te plus fruar omnibus vno;
Præſentiſque animum ſermone oblecter amici,
Si ratio, ſi res vtriuſque, & tempora ferrent:
Verùm in luce, hominumque iuuat te viuere cœtu,
Et colere antiquis habitatas ciuibus vrbes,
Aut dare te comitem germano Regis. agelli
Cultor ego exigui, quem res dedit, annua præter
Commo-

Commoda quæ largo tribuuntur maxima fiſco.
Atque (vt longinquis in amoribus eſſe videmus)
Noſtra locis diſiuncta quidem ſunt corpora: verùm
Conueniens & penè voluntas vna duorum eſt;
Nec ſors diſſimilis prorſus: niſi quòd breue nobis
Reſtat curriculum: tibi vix media incipit ætas.
Tu ſeruare modum noſti propè ſolus in aulâ:
Et præferre bonas inhoneſtis quæſtibus artes.
Tu prius in patriâ meritos quàm lætus honores
Acciperes, prima ſenſiſti tela iuuentâ
Inuidiæ: primoque obſtantia limine clauſtra.
Nam præcox vt erat, tuaque annos antè diemque
Virtus: ſic etiam tua præcoqua fata fuere.
Multi, non obſcura dares cùm ſigna futuræ
Virtutis, cupiere orientem extinguere lucem:
Nec tamen abruptus virtutis curſus eunti,
Quamuis ſe fortuna tibi contraria ferret.
Me tardum & lentum, mea ſors & creſcere ſiuit:
Et demum eſt aggreſſa ſenem, ſolioque ſuperbo
Deiecit, ſanctum inque merentem dicere nolo:
At fidum legum cuſtodem, at regis amantem.
At patriæ cupidum, ad ſtudioſum pacis & oti.
Hinc adeò caſum noſtri fleuere propinqui,
Et luxere, velut defunctum & luce carentem:
Nil miſerabilius viuis contingere nobis
quam poſſe rati, longo quàm tempore geſtos,
Nullo deinde ſuo merito, deperdere honores,
Et laudi ſupereſſe ſuæ, triſtemque ſenectam
Degere in tenebris longè ſoloque receſſu,
Fortunæ retinentem inſignia nulla prioris.
Quàm leuia hæc collata bonorum cædibus, atque
Exiliis? ego ſum diſcedere iuſſus ab aulâ:
Non tamen in Pontum, non ad Garamantas & Indos,
Sed rus vicinum, atque ipſis ſub mœnibus vrbis
Penè ſitum, rus longè his vſibus antè paratum:

Quà

Quò bene de patriâ meriti, poſt maxima bella
Victrici confecta manu, poſt templa Deorum
Conſiliis ſeruata ſuis, pro munere magno
Dimitti petiere, velut commune laborum
Perfugium, & placidam feſſis ætate quietem.
Quantò plura Deus, quantò maiora reliquit,
Quàm fraus quæ nobis & vis inimica tulere?
Quantulus hic labor eſt, quantâ mercede repenſus
In cœlis, ſi vera Dei promiſſa fatemur.
Ac noſtros debent animos nihil iſta mouere,
Si calcata Deo ſequimur veſtigia, duram
Primùm difficilemq; viam, plenamq; laborum:
Quâ ſola noſtris animis penetrabile cœlum.
Sed iam ſpe fretus vitæ melioris, iniquum
Hoc iter & rectum, paulatim mollius eſſe
Incipit, & iucunda viæ ſuper vltima fiunt.
Fac tamen hoc etiam vel non mediocre, vel ingens
Eſſe malum, priuari adſpectu regis & aulæ,
Exiliiq; domum, aut aliò concedere cauſa:
Non tamen aut mihi præcipuum eſt, aut accidit antè
Nulli alii, immò etiam eſt, etiam eſt optabile nobis.
Nam quæ adeò virtus, ſiue hanc Reſpublica, ſiue
Regnum habuit, longos vnquam durauit in annos
Incolumis? quæ vim potuit perferre malorum?
Multa tibi poſſim proferre exempla petita
E veterum libris; noſtra ipſa his nec caret ætas.
Vidimus (haud ignota loquor, noſtrisq; remota
Temporibus) multos poſt longam operamq; fidelem
Nauatam patriæ ſumma virtute, coactos
Cedere ſoricibus tandem tineiſq; Palati,
Qui numerus faciles ſolet ingens rodere fiſcos:
Quo minus in nobis ſubitum mirabere caſum,
Præſidio nixis modico contra aſpera rerum.
Nil fixum aut ſtabile in terris. ſua fata quibuſdam
Sera venire ſolent: aliis præuertere tempus.

Inter-

Interdum noſtris oculis obducitur error:
Et mala quæ nobis atrocia ſæpe videntur,
Non re ſunt eadem; quin ſæpius & bene vertunt,
Et mutata ſolent nobis afferre ſalutem:
Vt vomica hoſtili ferro eſt adaperta quibuſdam.
Experto mihi crede, ipſis obſiſtere durum eſt
Principiis, verùm procliuia deinde ſequentur
Omnia. namque pares nobis cuicunque ferendo
Sufficit ipſe Deus vires animoſq; labori.
Non tamen ille manus victus dabit armaq; ponet
Continuò humani generis vetus hoſtis: at omnes
Aggreditur, tentatque vias arteſque nocendi.
Exilium potis es perferreque damna bonorum,
Fortis & aduerſum maiora pericula ſurgis,
Nec dubitas ipſam pro Chriſto exponere vitam?
Non ideò confide, tuis ſecurus inerſque
Viribus; imo etiam atque etiam circumſpice, ne te
Decipiat ſerpens, & imagine ludat honeſti.
Sæpe bonis nimiam ſtudiis rebuſque potenter
Nauanteis, operam ſed non ratione, modoq;,
Gloria amorq; ſui, vel perdidit inſcius error:
Monſtratum cælo per iter ſeu tendere nolunt,
Siue Deum quærunt humanas noſſe per artes.
Sexcenti prope ſunt anni, quibus exule Paullo
Regnat Ariſtoteles ipſa intra tecta domumq;
Chriſti, ſimiolæque aliæ peregrina gerentes
Pallia: Græcorum ſchola, non Eccleſia Chriſti
Illa fuit. non ſic, non ſic vetera illa priorum
Lumina doctorum: quibus eſt ſi fortè neceſſe
Chryſippi, aut aliquod placitum laudare Platonis,
Aut veteris numeros & verba citare poetæ,
Præfantur veniam: non quin prius illa tenerent
Pubere vix mento Græcis accepta magiſtris;
Aut quia prorſum alios vellent prohibere legendis
Græcorum ſcriptis, didiciſſent quæ prius ipſi:

Sed parcè timideque ſuis tradenda putabant,
Quæ Paulus multo præceperat antè caueri.
Ne, ſicut perhibent Sirenum cantibus aures
Simpliciorum hominum ſcriptis caperentur amœnis.
Quàm me tot fruſtra meliores pœnitet annos
Verbis impendiſſe magis, quàm rebus: & inſtar
Picarum veteres imitari voce Latinos
Conatum, aut Græcæ modulos & carmina linguæ.
Res abiere: ego balbus & infans turpiter hæſi in
Grammaticis, pueri quæ matris ab vbere quondam
Sugere, vel dictata rudi nutricis ab ore
Excipere à teneris primaque ætate ſolebant.
Tum Græcè laus nulla fuit, vel ſcire Latinè:
Non mage, quàm noſtræ cui ſit facundia linguæ,
Nec plauſus, nec honos hodie conceditur vlli:
Et tantum ſtudii tam paruâ ponitur in re.
Me torquent hodieque ſenem ſcholia addita libris:
Et Pollux, & Feſtus, & innumerabilis iſta
Natio ſcriptorum, claris inimica boniſq;
Ingeniis. tam dirus amor ſtudiumq; loquendi eſt.
Quidam ſanati narrans diuinitus ægri
Hiſtoriam, nota illa refugit, Tolle grabatum,
Verba, velut ſcopulum atq; alia his ſubdenda putauit
Dura minus: cui tum doctuſque piuſque ſacerdos,
An verò Græcè Chriſto ſcis Hebraiceq;
Tu melius? non aut potuit legere optima quæque
Verba Deus, fandoque omnes ſuperare diſertos?
Quòd ſi porticibus nomen quæ ſecta recepit,
Quæ ſapere imprimis pluſque omnibus vna videtur,
Res adamat, non caſſa & inane ſonantia verba:
Quid nos par facere eſt ſobolemq; genuſq; Deorum,
Qui res humanas omneis diſcrimine nullo
Deſpicimus, vitamq; aliam meditamur Olympo?
Ergo ne ſchola nos ſapientum fallat inanis,
Neu benedicendi ſtudium. ſapientia mundi

Vana tumet: vera & ſolida eſt ſapientia cælo.
Illam adeo quicunq; ſuis adquirere tandem
Viribus, ingenii vel acumine, poſſe putarunt,
Vt pueri cecidere: obſcuris inq; tenebris
Errauere diu, velut orbi & luce carentes.
Namq; Dei ſummi virtutem, vt cætera, dono
Accipimus: virtus alia omnis vix tenet vmbram
Illius, haud veræ virtutis nomine digna.
Quò mihi tot veterum libri, ſi nec Deus illis
Auctor virtutum, nec diſcitur ipſa legendis
Virtus, & via me rectà quæ ducat Olympum?
An non verior eſt vox & ſententia Paulli,
Qui præter Chriſtum nihil eſt ſe ſcire profeſſus,
Chriſtum ſupplicio & ſeruili morte peremptum?
Verum etiam, craſſis homines & pinguibus ire
Altius ingeniis & vi perrumpere cælum.
Diſcipulos Chriſtus non vrbe foroque petiuit,
Non Academiæ ſpaciis, ſuperive Lycei
Delegit bis ſex comites: qui myſtica ſacra
Gentibus efferrent, prius ignorata profanis.
Piſcatu tenuem quærebant æquore victum:
Nulla ſub vrbanis docti præcepta magiſtris.
Hi tamen effuſi per vicos, oppida, & vrbes,
Omne genus pauci hominum cepere diebus,
Reges & populos, & ſumma atq; infima quæque
Retibus incluſere ſuis, ea retia captos
Eripuere malis, prædæque fuere ſaluti.
Ipſe Deo genitus grates egiſſe parenti
Dicitur, & magnum viuens teſtatus amorem:
Pro quo res longa penitus caligine merſas
Magni arcana Dei, rudibus patefecerat atque
Indoctis hominum deſpecta obſcuraq; vulgi
Ingenia anteferens ſapientibus atque ſuperbis.
Hæc tibi Parriſia qui nunc verſaris in vrbe,
Carnutum vacuo ſcribebam ſolus in agro,

Naſcens

Google

Naſcens ſponte dedit Buxus cui plurima nomen.
Sed quicunque locus nos eſt habiturus, habetq;,
Corbinelle, iter hoc ſeu longum, ſeu breue cincti
More viatorum carpamus, & illa putemus
Denique vera Dei vitæ promiſſa futuræ:
Cætera prætereunt, ſiccis vt ſæpe videmus
Purpureos anni flores areſcere pratis

Ad Vaccam Italum.

Vacca, tibi multis frons eſt inarata genæque
Impreſſæ rugis: nobis hoc amplius albi
Crines, & mento propendens barba ſenili,
Surdæ aures, lippique oculi, male-olentiaque ora,
Et caluum ſine honore caput, maciesq; medullas
Oſſibus & toto depaſcens corpore ſuccum:
Præteriere dies & tempora læta iuuentæ,
Deterior tacitis obrepſit paſſibus ætas.
Tempus vtrique velut poſt longa pericula nautis,
Moliri in patriam reditum diſpanſaque vela
Contrahere, & ſtabuli tandem conſiſtere portu.
Vacca fuit noſter grauis & longiſſimus error,
Plurima quo nobis ſeſe obuia monſtra tulere.
Quàm varia Ionio vix conſpiciuntur in alto.
Quando igitur patriâ, atque domo, longiſque locorum
Diuin ſpatii pariter conuenimus ambo
Buxum, qui pingui Carnutum vicus in agro,
Conſulere in medium atque vnà decernere par eſt.
Namque leuis nec res agitur, nec ludicra; nempe
Interitúſve ſalúſve animorum, queis nihil æquè
Carum aut antiquum debet mortalibus eſſe,
Te compello igitur magno te, Vacca ſonore,
Tu mihi, Vacca, refer voces & dicta viciſſim.
Ponamus ſtudia hæc fallacis inania mundi,
Ponamus nummi ſtudium, ponamus honorum;
Quorum vel breuis vſus erit vel nullus: & inſtat
Initat ſumma dies. vitæ reddenda prioris

Mox

Mox ratio: nos inueniat minus ille paratos
Quàm vereor, pueris potuit qui, Vacca, remitti.
Longæuis ſenibus fit inexcuſabilis error.
Et contempta Dei clementia tempore longo
Iuſtas inq; graues paulatim vertitur iras.
Ecquid erit præmi poſt tantos, Vacca, labores.
Quid nauaſſe operæ dicemus? vbi illa parentum
Noſtrorum promiſſa, lacus in margine ſacri?
Nequidquam expulſus flatuque exterritus oris
Dæmon, nequidquam mundo blandiſque remiſſus
Nuntius illecebris, nequidquam cætera falſo
Optima quæ ducunt homines & maxima, coram
Execrata Deo atq; æternùm iuſſa valere:
Si nos immemores antiqui fœderis illa
Miſſa prius ſequimur reiectaque, non aliter quàm
Quæ redit ad vomitum canis, expulſumque reſumit
Ore cibum: vel qui nomen ſub rege profeſſus
Militiæ, ſubitò verſis contraria ſignis
Caſtra petit, ſcutoque nouos inſcribit honores,
Nil mihi profuerit magnorum gratia Regum,
Nil tibi Pontificum, fruſtraque patentia latè
Prædia: magnificas fruſtra iactabimus ædes,
Fruſtra defoſſa nummos tellure repoſtos,
Aut loculis fruſtra duplicatam fœnore ſortem,
Stultum eſt humanis hominem confidere rebus
Et ſpectare ſui ſimiles, nitique caducis
Præſidiis, alto quæ ſunt firmiſſima cælo,
Difficile eſt dominis pariter ſeruire duobus,
Præſertim diſconueniens diſparque voluntas
Si fuerit nec cultu vtrique litabitur vno.
Nullum fert in amore parem Deus, & rapit ad ſe
Totum hominem, totoque coli ſe pectore poſcit,
Vacca, Deum, dum vita manet, dumq; hos regit artus
Spiritus, & votis & pura mente colamus.
Nec ſatis eſt coluiſſe, niſi huc acceſſerit illa

Compedibus quæ nos auratis gratia vincit,
Et facit vt noſtris æquè cupiamus amicis,
Ac nobis. cælo cælo tamen ipſa petenda eſt
Gratia, quæ conceſſa ſimul ſpirauerit intus
Cordibus in noſtris, & ſacrum accenderit ignem,
Nos quoque pro captu noſtro & pro parte virili
Huc ſtudium conferre, operamque impendere noſtram
Conuenit: vt quoque trahit aut vocat ille ſequamur.
Non etenim reſides animoſque ſuæque ſalutis
Immemores vult eſſe Deus: cumq; omnia nobis
Suppeditet largè, tamen ad ſua dona viciſſim
Noſtra exerceri cura duroque labore
Exigit. vt rorem pluuiam, ſolemque benignè
Sufficit agricolis, ſegetem tamen haud ſine cultu
Surgere, maturoſque ſinit producere fructus.
Conſiſtit virtus in agendo tota, nec vllum
Clauſa intus miſeris præbet mortalibus vſum.
Vana fides, fruſtraq; operum iactatur inanis:
Exercenda manus nocturnis atque diurnis.
Ex factis nam quiſq; ſui, vel præmia lætus,
Vel meritas animo referetque in corpore pœnas.
Nudi omnes, & pectoribus ſiſtemur apertis
Iudicio, nec clauſum illi aut tacitum fore quidquam
Speremus, cæciſque tegi nos poſſe latebris.
Serò Phryges ſapiens: locus illo tempore nobis
Nullus erit veniæ, nullius gratia culpæ.
Quàm nullam in partem & Curam veniſſe volemus,
Vacca, rei communis, & in tenui potius re
Verſati, nido non exceſſiſſe paterno.
Vix animæ inſontes, & candida pectora, coram
Stare Deo poterunt, & vultum ferre ſeueri
Iudicis: heu me quid fiet, me quem premit intus
Vis, numeruſque ingens, & conſcia turba malorum.
Vacca, via ad cælos anguſta eſt, difficiliſque
Adſcenſu, nos multa grauant, celeremque volatum

Impediunt, multis & humi depreſſa iacet mens,
Vt nequeant caput erigere, aut os tollere cælo:
Quæ niſi vera forent, nequidquam iam Deus olim
Diribus ingreſſum ad ſuperos aditumque negarit,
Et munire viam cælo præceperit, omni
Mole grauique prius proiecto pondere rerum.
Aut pulchrum præſtare aliis mortalibus vnum,
Atq; inter ſplendere ſuos, augere domi rem,
Egregium natis in morte relinquere nomen.
Pulchrum, Vacca, locus ſi non hic lubricus eſſet,
Si non obuia ſe tam multa pericula ferrent.
Difficile at ſeruare modum: trahit improba mentes
Ambitio, vel amor nummi, comiteſque ſequuntur
Vis, dolus, inſidiæque latentes, furta, rapinæ.
Qua nos perpetuò ſperemus vt abfore culpa,
Feliceſq; domi, vel degere poſſe beatos,
Viuamus regi & patriæ, viuamus amicis:
Necdum expreſſa tamen præſcriptæ linea vitæ
Monſtratum per iter, domibuſque boniſque relictis,
Sublata inque humeros cruce. quæ ſi dura videtur
Viuendi ratio, at tutiſſima in omnibus vna eſt,
Et leuis illa tamen fiet facilíſque ferendo,
Nos Deus omnipotens ſimul ac reſpexit ab alto,
Vacca, mihi liceat cælo deducere carmen,
Quæque ſit in terris merces memorare laborum,
Quæ pulchris hominum referatur gratia factis:
Non vetera aut aliena petam, longeque remota,
Quanuis hiſtoriis pleni ſint talibus omnes
Scriptorum libri, nec copia defuit vnquam.
Nos duo, nos erimus documento, clarus vterque
Luce magis partâ & propriâ, quàm luce parentum:
Viximus vtiliter patriæ noſtriſque ſine vllo
Probro, ignominiâ, turpiſve cupidine lucri.
Huc quoque præclaras gnauè coniunximus artes,
Romano tua ſæpe foro facundia plauſum

Sub pedibus, ſurſum ad Superos intendere corda,
Surſum animos, aliamque in cœlis quærere vitam,
Hæc ſcripſi tibi, Vaccæ, iocoſis ſeria miſcens
Carminibus: tu res animo, non verba repones.

Ad P. Victorium.

Victori, tanto pro munere quas tibi grates
Soluam non habeo, nec quæ tibi mutua reddam
Munera, nanque meis nil tale naſcitur hortis:
Nulla pares nobis referunt pomaria fructus.
Et quis dignum aliqui te rhetor, ſiue poëta
Dicere, quid poſſit, recitare, aut ſcribere dignum
Aure tua: puroque tuo quo tempora noſtra
Iudicio ſuperas: vſu ſtudioque politus
Scriptorum adſiduo veterum, numerandus in illis.
Non tua, Victori, ſine cauſa ſcripta teruntur
Doctorum manibus. quia vertit Græca Latinè
Commodius nemo veros interprete ſenſus
Non alio adſequitur melius ſtudioſa iuuentus.
Nec te pulchra ſuam legit Florentia ciuem
Nequicquam, natos cui traderet antè regendos
Moribus & ſtudiis, quàm munera digna capeſſant
Vlla viris, auſintque fori tentare laborem.
Nec tanti faciat ſapiens te Coſmus Etruſci
Regnator maris atque ſoli, niſi plurima noſſet
Ingeniique tui bona maxima. verum ego demens,
Colligo tam notis qui laudibus vndique teſtes,
Admoueoque faces, nocturnaque lumina ſoli.
Hæc ſatis abſentis poterant incendere mentem
Vel ſtudio, vel amore tui: ſed nuper & iſtinc
Dalbenas rediens noſtrum nimis auxit amorem.
Dum mihi te moreſq; tuos, vt pictor, aperta
Exprimit in tabula, dum te facit vrbe docentem
Nobilium primos, non hæc quæ peruia tradunt
Grammatici pueris, verum quibus artibus olim
Conſiliiſque regant populos, quæ verba mouere.

Acrius, aut motas poſſint compeſcere mentes.
Nunc te rure tuo ſpatiantem ponit in vmbrâ,
Captantem liquidi vel murmur amabile fontis
Cum natis paruiſque nepotibus, haud ſine libris
Et calamo & charta. ſolus tu viuere noſti,
Solus, Victori, magnos contemnere reges,
Inſaniq; fori ſtrepitus, turpemque repulſam
Plebis & oblatos indignis ſemper honores.
O, mihi ſi redeat quæ tum fuit illa iuuenta,
Cùm per veſtra petens Romam veſtigia feci
Oppida, ſi nunc ille foret mihi priſtinus ardor,
Et neque diſtineat firmâ Reſpublica vinctum
Compede, iam vexata diu ciuilibus armis.
O, ſi compoſita nobis Deus otia pace
Vrbibus antiquum ſi reddat agriſq; decorem!
Quàm nihil iſta moror, quæ nos dulcedine tardant,
Sæpe ſua, retinentq; domi properare volentes.
Quin Rhodanum celerem tranſmittam Alpeſq; niualeis
Ocyus: Inſubrumq; inter ſata læta fluentem
Eridanum, & vacuæ ſubeuntem ſtagna Rauennæ.
Nec finem faciam, donec viridantis ad Arni
Flumina deueniam, fundataq; mœnia Francis
Regibus, & veteri coniunctam fœdere gentem.
Quæram ibi, quæ regio, qui te locus accipit vrbis,
Si te non habet vrbs, & quæ via ducit in agrum,
Et veniam quocunq; locorum, vt lætus apud te,
Siue domi es, ſeu rure, aliáve in ſede, quieſcam.

Ad amicos.

Durus & agreſtis ſoleo pleriſque videri,
Nec curare animos aliorum iungere nobis,
Aut retinere, velut ſtabilem æternumque futurum
Exploratum habeam magni Quæſtoris honorem:
Quo tamen & multis ſpoliari contigit olim
Ætatis curſu medio, vitæq; ſupremum
Ante diem, quamuis ſapientibus & benecautis:

Vnde

Vnde pedem tulerant, & eodem ſæpe reuolui.
Et quoniam hiſtoriæ veterum ſunt fabula nobis;
Non adeo longinqua petunt exempla duorum,
Quorum etiam nunc fama manet, quos vidimus ipſi
(Clara togæ atque fori duo lumina) nec tamen illis
Cauſa vel euentus ſimilis fuit alter acerbo
Iudicio cecidit nummos conuictus auarâ
Accepiſſe manu, contrà quàm legibus eſſet
Permiſſum patriis; ceſſit muliebribus alter
Inſidiis nono pòſt denique redditus anno.
Hunc ſua nec virtus potuit ſeruare, nec illum
Ingenii ſua vis, & melle fluentia verba.
Tam fauor & ſtudium populi tam gratia regum
Mobilis & fluxa eſt, tam lubricus omnis honorum
Eſt gradus, & comitem ſecum trahit ille ruinam.
Hæc fortem quamuis exempla recentia poſſunt
Deterrere virum famâ ne captus inani
Ægregii & patriæ ſtudioſi nomina ciuis
Priuatis odiis emat & mercede cruentâ:
Néve nimis ſtudii, nimiúmve ad publica curæ
Adiiciat, tantùm laturus iniqua laboris
Præmia: cùm nihil ipſe ſibi, nil proſit amicis,
Iccircò ſapere & certâ reſipiſcere fini
Præcipiunt intraque modum conſiſtere recti,
Et tanquam in vitio, nimium in virtute reprendunt.
Nam turbaſſe Cato patriam ſæuoſque tumultus
Dicitur exciuiſſe, nimis pro tempore durum
Non ſapienter agens ciuem morumque magiſtrum.
Prima gubernantis nauem ſapientia, ventis
Haud vnquam dare vela reflantibus, & mare ſæuum
Moliri contrà. quid enim contendere prodeſt,
Quò te deſperes adſcendere poſſe? vel arcem
Cur teneas, quam ſcis nulla vi poſſe tueri?
Non equidem minor eſt obſiſtere Regis amicis
Stultitia, & vanas fruſtrà conſumere vires,

Quàm ſi contendas digitis impellere montem,
Aut conere manu fluuiorum ſiſtere curſum :
Nec bonus eſt actor, quamuis bene nouerit artem,
Ni ſcenæ ſeruire ſciet totique theatro.
Scitum illud Patrumque vetus; qui neſciet aptè
Fallere, mentiri, palpumque obtrudere magnis
Regibus, huncce iubet diſcedere protinus aulâ,
Seque referre domum panes ad furfuris atros.
Vtilius de iure aliquid concedere regis,
Multorumque animos, & gratiam inire merendo,
Illius inuiti quàm rem ſeruare, tibique
Inuidiam atque odium multos adquirere in annos.
Ecquid enim tantum reſpublica præter inane
Nomen habet? vel cui nauas ſtudioſus opellam,
Ipſi quæ regi atque aliis malè grata futura eſt?
Tu ſpeciem atque vmbram ſine re ſectaris: vt olim
Qui fictæ Veneris furioſo exarſit amore;
Aut qui Iunonis vetitos ſperauerat amens
Concubitus, falsâ deluſus imagine nubis.
Stultus qui vetera, aut nunquam fortaſſe futura
Cogitat, ipſe ſibi confingens ſomnia quædam.
Negligit interea, aut neſcit præſentibus vti
Vix animi regum, dubiique tenentur amores
Obſequio: neglecta fugit ſed gratia ventis
Ocyus: infelix odium virtute paratur.
Seu læti atque hilares ipſi, non ora libenter
Triſtia conſpiciunt, vultuſque odere ſeueros:
Siue quòd illorum tacitis obtutibus, atque
Iudiciis ſua fata putant, ſua dicta notati
Omnia, damnari vitam moreſque ſuorum.
Quod ſentis, ideo tectum & tacitum intus habere,
Et ſimulare iubent; aliud ſe prodere vultu.
His alia atque alia adiungi quamplurima poſſint.
Quæ ſic percutiunt animum ſapientis, & extra
Gyrum traducunt pulchræ rationis, vt omnis

Obli-

Oblitus decoris non ſemper honeſta ſequatur.
Non ego progenies lapidum, non Alpibus ortus
Sum gelidis, & mi materque paterque fuere
Ambo homines, hominumque genus, nec ſaxea nobis
Corda malis immota cadentibus, & ſine ſenſu:
Sed metuo, cupio, lætor, doleoque, nec vllos
Experior motus ſolitos mihi mentis abeſſe.
Ergo cur inimicitias vel ſuſcipis vltrò?
Cur abeuntve tuo tam multi limine triſtes?
Non homo ſim, caris ſi non delecter amicis:
Aut bellum ſi ducam, homines odiſſe, Timones
Quales neſcio quos memorant congreſſibus ipſis
Abſtinuiſſe hominum, & vacuos erraſſe per agros.
Nulla mihi priuata manet diſcordia, nullæ
Vicinis mecum lites, ſubſellia nulla
Nomine rauca meo reſonant: iucundus amicis:
Hoſpitibus placidus, famulis non durus & aſper
Viuo, nec inuidioſa grauiſque potentia noſtra eſt
Vlli hominum. hæc fermè eſt rationum ſumma mearum
Arbitrium quarum omne meum eſt, omniſque poteſtas.
Non eadem ratio, ſi quid reſpublica noſtræ
Commiſit fidei tanquam tutoribus: vnde
Non modò delibare nefas. & vertere quicquam:
Verùm etiam præſtanda fidelis cura tuendis
Rebus, & aduerſum cautos vigilantia fures.
Tu regi puero, veluti datus à patre tutor,
Aſſideas, falli miſerum, pellique ſuperbè
Omnibus adſpicias fortunis, vt nihil illi
Iam reliquum præter nomen titulumque ſuperſit?
Si tibi vis non tanta animi eſt, ac ſi minus audes
Concertare, manuſque opponere fortiter ambas,
Non ſaltem acclames & vociferere, maliſque
Furibus adlatres, non ipſo denique vultu
Terrifices animum atque oculos iniuſta petentum.
O, te felicem plus omnibus atque beatum,

A quo nemo vnquam vel turpe, vel auſus iniquum
Poſcere, quo mutum ſiluit præſente theatrum
Cuius maieſtatem oris non ſcena ferebat.
Has ego cùm videam fraudes, & furta ſupinus
Diſſimulem, paſſisque obducam lumina palmis?
In domini, ſeruis fraudi eſt tacuiſſe, periclo:
Perfidia eſt etiam pupilli prodere cauſam
Magna, vel abſentis rem non defendere amici:
At pietas patriæ, pietas & debita regi
Omnibus antiſtat: cui non modò nectere fraudem,
Vimque afferre nefas, verùm & non antè futuris
Occurſare malis, omnemque intendere curam
Tam caro capiti, non ipſam exponere vitam,
Extremum ſcelus eſt, ſi quando tempora poſcant.
Hoc vir nemo bonus faciat; nihil auferet ipſe,
Nil auferre alios patietur: & vt canis acer
Theſauros domini vigil vt cuſtodiet anguis,
Non metuens inimicitias odiumq; potentum,
Non gladios, modò ſit Reſpublica ſalua ſuumq;
Ius teneat. taleis paucos audimus Athenis,
Tales & Fabios Romæque fuiſſe Catones:
Forſitan & decoris non expers Gallia tanti
Noſtra foret, vates ſi tempora priſca tuliſſent.
At retinendus honos ſapienti, & gratia Regum:
Et niſi vis cogat, nunquam ponenda poteſtas.
Horum immò iactura leuis. qui creditur eſſe,
Non eſt verus honos ſignum magis illud honoris,
Indignis quod ſæpe viris dignisque videmus
Ætatis, meriti generis diſcrimine nullo
Deferrique adimique: manet tamen vnus & idem
Vir bonus, erectaque oneri ceruice reſiſtit:
Quoque premi ſeſe magis vrgerique videbit,
Surget eò magis atque magis, vultuque ſuperbo
Omnia calcabit, pedibus teret obuia quæque;
Victor honoratum tandem caput inferet aſtris.

Exilium

Exilium metuunt, quorum tenet improba mentes
Ambitio, qui vana magis ſpecioſaque rerum
Suſpiciunt, mortemque putant, ſine regibus eſſe,
Priuatamque domi procul aulâ degere vitam:
At ſapiens nec ſolus erit, cùm ſolus in agro,
Solus deſertis Libyæ ſpatiabitur oris.
Semper enim magnum & præclarum cogitat aut ſe
Dignum aliquid, fidis circum ſtipatus amicis:
A quibus aduerſa neque tempeſtate nec vllis
(Vt mos eſt hominum) Fortunæ caſibus vnquam
Deſeritur, quos cùm laſſus ſi fortè legendo
Depoſuit manibus, conſcribit & ipſe legenda,
Præſentique bonus, venturoque vtilis æuo.
Eſt aliquid laudis, doctrinæ gloria partæ:
Sed maiora, vide, ne ſint præconia, cùm ſic
Laudamur; fuit ille bonus faciliſque rogando,
Nullum vnquam à ſeſe triſtem diſcedere paſſus,
Indulgens recta ac non recta petentibus æquè
Omnibus. O dignam ſapientis nomine laudem!
Sic puer, & patrii laudatur prodigus æris:
Sic quoque multorum laudatur amica nepotum.
Malo ſupercilium Caſſi, putealque Libonis,
Aut Areopagi pallentibus horrida nexis
Iudicia, & rigidos legum iuriſque miniſtros,
Quàm genus hoc hominum mutabile ſemper in horas:
Fortunæ, quoquò ſe verterit illa, ſequaces
Intendens oculos, vt quæ conuertitur herba
Solis ad adſpectum ſemper radioſque nitentes.
Non ego ſum blaudus, fateor, nec inania capto
Nomina, non ſtudeo popularem adquirere famam:
Nec tamen incluſus tecti penetralibus imis,
Præbeo difficiles aditus venientibus ad me:
Nec grauor auriculas hominum præbere querelis.
Omne adeò nobis tempus conſumitur in re
Communi; ſi quid reliquum impertimur amicis

Et

Et ſtudiis. priuata nihil moror, haud quia ſperno.
Sed curam vxori potius familisque relinquo.
Ipſe verecundis & honeſta petentibus, vltrò
Omnia concedo porrectâ fronte manuque,
Nec regis curâ ſum parcior, ac neque demo
Laudibus & meritis hominum quæ præmia dantur,
Angor at indignos mercedem ferre bonorum.
Ac multi cùm multa petant & iniqua; negari
Multa etiam, multosque repulſam ferre, neceſſe eſt.
Si ſtudiis hominum properem ſeruire, neceſſe eſt
Offendi regem, & patriam fortaſſis, & ipſos
Sæpe Deos, iucundus & his, iucundus & illis
Nemo diu ſimul eſſe poteſt; vtrumlibet opta.
Prætulerim Superûm & veræ virtutis amorem,
Omnibus humanis pretio & mercede redemptis:
Sera licet, potiora tamen ſunt illa bonorum
Præmia, nec gemmis Arabum mutanda, nec auro.
Quæ Deus æterno iampridem fœdere noſtris
Pactus auis, tranſmiſit ad omnes deinde nepotes.
Stultum eſt incertis poſtponere certa caducis
Perpetuos manſura dies, & inania veris.
At mandata ſequi debebas regia quid ſi
Nunc vult, mox paucis vbi ſe collegerit horis
Idem nolet? age hæc longùm manſura voluntas
Non potior, quàm præcipitans animi impetus expers
Conſilii, ſubitis impulſus motibus? aut non
Paucorum tolerabilior breuis ira dierum,
Quàm dolor æternus culpæ comes, & mala ſemper
Conſilia euentus pòſt allatura ſiniſtros,
Si quando auctoris regem factique pigebit?
Et muto nihil ipſe tamen, quicunque ſequetur
Exitus inuitique ſuam rem pergo tueri
Principis: etſi nulla futura eſt gratia facti.
Has habui cauſas, poſt hac mihi ne quis acerbam
Naturam, mores, vitiumque ætatis & annos

Obiiciat. ſi diſſimulem facilisque remittam
Omnia, ſi patiar diſſolui vincula legum;
Viuum me ſaluumque volent, his vtar amicis
Et ſociis, quam multa putas mihi commoda rerum
A magnis oblata viris? quæ ſi ſequar omnes
Diuitiis Craſſos ſuperem, viuamque beatus
Magnas inter opes legum ſecurus & vrnæ,
Iucundus magnis, regi iucundior ipſi.
Hinc me ſollicitant nati, ſimul vxor amici
Ambitione meâ ſubnixi & honoribus amplis,
Ne ſe deſtituam veriti, ne ſtultus omittam
Temporibus ventisque ſecundis dum licet vti;
Incuſemque meam poſt ſerò fluentibus annis
Stultitiam atque optem mihi tempora lapſa referri.
Idem illi (nam res ſua quenque domeſtica tangit)
Exprobrant, quicunque locum hunc tenuere priores,
Multum illos iam tum ſoboli cauiſſe futuræ,
Immenſasque ſuis liquiſſe nepotibus olim
Diuitias; extare palatia condita magnis
Sumptibus, & Pario conſtructas marmore villas
Hunc ipſum heroëm, qui me modò proximus anteit,
Diuitiis opibusque omnes ſuperaſſe togatos;
Contemni ſine re nomen virtutis honeſtum;
Inferiore mori cenſu mihi turpe futurum,
Heredique nihil morientem linquere præter
Funus & exequias, & longa in tempora luctum.
Hos ego iure meo, tanquam mihi ſanguine iunctos,
Caſtigem ac iubeam nihil à me turpe malumque
Exſpectare. ſed heroum qui ſe Phryge natos
Hectore contendunt, Hecubæ Priamique nepotes
Difficile eſt regere, atq; animos inflectere dictis.
Nam neque iura tenent hominum communia, nec ſe
Legibus obſtrictos ciuilibus eſſe fatentur,
Nunc vi rem ferroque gerunt: quodcunque libido
Suaſerit, omne ſuum ducunt; nec ſacra profanis,

Publi-

Publica priuatis diſtinguunt iure vel vſu.
Sic putat exemptam, ſeſeque à plebe remotam
Nobilitas, ſi viuit iners, legumque ſoluta,
Iudiciiqúe metu; ſi cædibus omnia complet,
Si prædas abigit, ſi peierat, & maledictis
Inceſſit Superos, & numina magna Deorum:
Nec miſeræ plebis, vulgique ignobilis eſſe,
Per magnos iurare Deos: proprium decus illud
Nobilium, quibus eſt Dis proxima penè poteſtas.
Hæc vitæ ratio eſt, his ſe diſtinguere ſignis.
Atque notis vera qui relligione manerent,
Quique piè colerent cœleſtia numina Diuûm.
O male ſignatas pecudes, & ouile probroſis
Diſtinctum maculis! non hic non, ô bone paſtor.
Grex tuus at ſoboles potius monſtroſa luporum.
Albi ſunt niueique greges quos paſcis; at illis
Cor nigrum interius, nigra lingua, nigrumque palatum:
Nigri ſunt animis, nigri ſunt corpore toto.
Vt rectè verò ſtatuas, quid me inter & illos
Interſit; certis poteris cognoſcere ſignis.
Pacem iſti metuunt plus hoſtibus, & data cœlo
Otia: percuſſumque velint confundere fœdus.
Iudicia è mundo cupiant, & tollere leges.
Prorſus nulla rei communis cura. iacentem
Si patriam videant, ipſumque in puluere regem,
Erigere haud conentur humo: ſua denique tantùm;
Non ſacra ſunt illis, non ſunt & publica curæ.
Nos pacem colimus, nos pernicioſa ſaluti
Principis & patriæ ciuilia bella timemus.
Nos leges patrias, regumq; edicta tuemur,
Odimus armatos non lege aut more tyrannos:
Nec ſaluis accisa tueri publica noſtris
Poſſumus, aut patriæ cupimus ſupereſſe cadenti.
Et mirare animis tantum differre vel imis
Senſibus, inter quos tanta eſt diſtantia morum?

Tum

Tum mirere magis, ſi quid commune fuiſſe
Nobis adſpicias, præterquam hunc aëris vſum.
Non illi me ferre, neque illos ferre ego poſſum,
Quamuis nulla mihi ſpecies oblata pericli
Obſtiterit, nullumque recuſem ferre laborem,
Dum patriæ prodeſſe ſciam. reſpublica teſtis,
Teſtis & exactus bellis ciuilibus annus,
Quæ vetui prouiſa diu, iam tempore longo;
Inuitis eadem poſtquam venere repreſſi
Hoſtibus antiquis: pro quo tamen horrida nobis
Prœlia commorunt, ſeſe non poſſe putantes,
Me niſi ſublato patriæ delere parentem,
Et magno ſobolem deductam rege Capeto.
Cum genere hoc hominum contendimus, ánne ferarum?
Non ratione, vel iis ſapiens quibus adſolet armis:
Sed quibus inter ſe tigres toruæque leænæ.
Nec ſtatione tamen noſtra decedimus vnquam,
Tantum animi nobis cœlo datur. at tibi virtus
Iſta quid attulerit patriæ, niſi profit & vrbi?
Quin tu, quando illi monitis parere recuſant,
Perpetuas leges, & formidabile nomen
Imperii, cippos, & tetri carceris vmbram
Horridus intentas? pœnamque à gente repoſcis
Immani & ſcelerum plena? mihi deeſſe monenti
Verba putas: animumque, ita ſi feret vſus, agendi
Legibus: at per ſe ipſarum vis irrita legum:
Nil opis, auxilii, nil ſuppetit, à quibus eſſe
Debeat: aut metuunt aut non aliena dolentes
Adſpiciunt: & quæ poterant ſuccurrere tantis
Sola malis, ea muta iacent oppreſſa timore
Iudicia *

Ad Vidum Fabrum.

Si quis felicem, ſi quis me fortè beatum
Quàm mihi vana diu riſit Fortuna, putauit,
Et regis lateri dum proximus ante ſolebam

Nunc

Nunc miſerum, poſtquam hæc ſpecioſa aut ſpōte reliqui,
Aut mihi more malo, per vimque erepta tenere
Non potui; mendax longè illum & neſcius error
Fallit inexpertum Fortunæ vtriuſque, meique
Ignarum, qui ſi me, vel mea tempora noſſet,
Quos tuleram motus, mihi quas reſpublica turbas
Concierit, quibus arma viris contraria geſſi;
Miretur potius me tanta in fæce tot annos
Verſatum iacuiſſe, nec iis emergere tantis
Conatum prius eſſe malis; niſi fortè iacentem
Stare putat, ſtantemque iacere, & diſſidet à me
Deceptus ſplendore loci. Themiſtius olim
Doctrinæ clarus ſtudiis notusque Valenti
Dicitur oblatum libris cepiſſe relictis
Imperium: Prætorque loco ſublimis ab alto
Ius dixiſſe ſuis popularibus, hæc fuit illi
Iucunda & facilis primis prætura diebus:
Pòſt paulò inuiſæ premerent cùm iurgia plebis
Aſſiduusque labor, deſideriumque ſubiret
Imprimis ſtudiorum, & libertatis, & oti,
Illum aiunt media in turba, ſummoque ſedentem
Exclamaſſe foro; Themiſti aſcendito ſurſum
Ex hoc inferiore loco, repete ardua tecta
Excelſumque larem, ſummiſſum quem antè putaſti.
Hic prorſus nulla expertus certamina, nullis
Inuidiæ telis, quæ plurima regnat in aula
Percuſſus, tamen antè ipſum quàm pene tribunal
Conſpiceret, preſſo fugit velut angue viator.
Illa diu iuuenes aurata compede vinctos
Nos ratio tenuit: tandem caligine ſerò
Cœpimus excuſſa ſapere, ac meliora viarum
Velle ſequi, & diris animum ſubducere curis,
Nunc iter inſuetum contendimus & noua vitæ
Principia ordimur, tamen apta ſenilibus annis
Antè mihi duris dominis ſeruire videbar.

Vix equidem ſatis ingenuis, Pallantibus atq;
Narciſſis. faciles rex & regina fuere.
Impero nunc dominorq; meis, & deniq; regno.
Antè vagum ſemper vel caupo, vel hoſpes habebat
Aſper, difficiliſq; exactor & improbus: ædes
Nunc habito proprias, nunc rura perambulo noſtra
Quandocunq; libet, nullius iuſſa capeſſens.
Sepoſitum tempus nullum fuit antè colendi
Numinis, & nullum ſtudiorum; atq; omnia raptim
Libabam & leuiter, quantum vis regia demi
Communiſq; ſuo de tempore cura ſinebat:
At nunc pro noſtro libito, momenta dierum
Singula partimur. manè hæc orienteq; Sole,
Illa cadente, alia atq; aliis voluentibus horis:
Perq; vices nobis certas opus omne recurrit.
Nemo adeò mihi manè moleſtus, veſpere nemo eſt.
Scilicet illa nitens vrbana vel aulica vita
Plus ſplendoris habet. plus hæc priuata quietis,
Terrorúmq; minus, minus ipſo in fine pericli.
Nam quæ poſt homines natos, reſpublica ciuem
Vnum ingrata ſuum, aut plures non expulit vrbe,
Præcipuæ virtutis, eos cum ferre nequiret?
Cui tandem Regum veri & conſtantis amici
Non os erectum & rigidum, non libera virtus
Diſplicuit? quam ſi pudor & reuerentia, paucos
Incolumem præſtare dies potuere, malorum
Vicit ad extremum corrupta licentia morum;
Et nunquam duris monitoribus æqua poteſtas
Regia ſeruitio gaudens, comitúmq; ſuperba
Obſequiis. vetus eſt ouiúmque, ac nota luporum
Fabula cùm certam vellent componere pacem;
Hoc primùm petiiſſe lupos in fœdere ſcribi,
Ne poſthac rabidos pecori ius eſſet ouillo
Aſſociare canes, & ouilia ducere circum.
Latronum ſic blanda ſuo cum rege paciſci

Digitized by Google

Turba ſolet, quò nempe licentius & ſine rixâ
Inuidiáq; vllâ, ſolum, nudum atque relictum
Exſpolient dominum, cuſtodibus antè remotis.
Quorum alii æternum exilium patienter & æquo
Ad mortem vſque animo ſupremaque fata tulere,
Atque ſua in patriam vetuerunt óſſa referri.
Innocuos cineres. eſt qui damnatus iniquis
Iudiciis, Romæ cùm poſſet viuere, Smyrnæ
Maluit, obſcurâ clariſſimus hoſpes in vrbe.
In patriam adque ſuos alii rediere penates
Decretis populi, & regum meliora ſequentum
Conſilia. his ſatius multò pleriſque fuiſſet
Perpetuâ patriæ fortaſſis luce carere:
Quèis mens fracta priore malo, metuensque futuri
Concidit, & ſolitum deceſſit pectore robur.
Prima quidem fortes inierunt prœlia multi,
Nec verò expauere minas bellique furorem:
Iidem illi grauiore accepta in corpore plaga
Cùm male pugnaſſent, pòſt nunquam ad caſtra reduci,
Armatique hoſtis vultum potuere tueri.
Partem adeò nullam eſt virtus habitura prioris,
Quanuis egregii, niſi par conſtantia, facti
Subſequitur. nec enim caſu mutabilis vllo
Vis animi eſt imbuta ſemel virtutis amore.
Trinacrio poſſet cùm liber abire poëta
Carcere, ſi verſus regis laudaret ineptos;
Maluit ille tamen dura intra ſepta reponi,
Quàm mutare animum, & ſæuo parere tyranno.
Ille quidem in nugis conſtans, grauis atque ſeuerus:
Quò magis immotas adhibere ad ſeria mentes
Conuenit, & nullis concedere caſibus, vt ne
Dedecorent culpæ benefacta priora ſequentes.
Nolo tamen ſtudio patriæq; auertere cura
Teq; domi clauſum, aut Epicuri in mollibus hortis
Deliciis rerum circùm omni ex parte fluentem,

Car-

Carpere priuatæ ſecurum commoda vitæ.
Nil vbi peruideas oculis, nihil auribus vſquam
Accipias, tua quòd peruertere gaudia poſſit.
Nullum non vitium producit inertia, ſiue
Ingenio es celeri, ſeu tardo: plurima paſſim
Naſcitur incultos non vtilis herba per agros.
Maiorum ſi fortè capax & idonea rerum
Adſurgit tibi mens, nec erit iam iamque tuo par
Res animo priuata, capeſſe puer, vel adultus
Publica, morigerans naturæ, prima ſecundum
Namque Deos patriæ pietas eſt debita noſtræ:
Cui te cùm dederis, perdura & perfer ad vſque
Extremum vitæ ſpatium limenque ſepulchri,
Quàm volet illa diu. ſin te reiecerit vltrò,
Siue tui pertæſa nouos accerſet amores:
Lætus abi atque reuiſe tuos cum coniuge natos,
Incolumi famaque & nomine, plenus honorum,
Et tibi (quod ſummum eſt) vitæ bene conſcius actæ
Bellum eſt namque domi requieſcere re bene geſta
Communi: bellum magnis & honoribus olim
Perfunctum ſpectare ſenem, nunc ruſtica in agris
Munera tractantem, nunc & pomaria certis
Ponentem ordinibus; nunc multum & multa legentem
Scribentemque legenda nepotibus vſque futuris.
Id verò imprimis ſupremâ optabile fini,
Exacto vitæ ſpatio deponere corpus
Atque animam dulces natorum & coniugis inter
Amplexus: condique paterno deinde ſepulchro.
Forſitan at dubites, poſitis & nudus inopsque
Faſcibus incedas, ſummis deſpectus & imis,
Et tua ſit variis obnoxia vita periclis.
Sæpe magiſtratus auguſta potentia cultu
Indignè ficto colitur: ſimul illa receſſit,
Dilabi cunctos videas. ſed gloria veræ
Virtutis ſolida eſt, poſitoque manebit honore;

Nec ſolus,ſapiens aut incomitatus abibit:
Et cùm ſolus erit,ſecum tamen ipſe loquetur,
Nec valde ſocios,alienaque verba requiret.
Cur verò metuat,qui nullum intenderit vlli
Antè metum, nullos hominúmve offenderit vnquam?
Præterea clarum factis & nomine notum,
Relligio eſt pulſare virum,licet exulet vrbe,
Et dulci patriâ.damnati os ferre ſuperbum
Non potuit Mariique micantia lumina Cimber.
Sulla tot occiſis in bello ciuibus ibat
Securus,medioque foro,mediamque per vrbem.
Poſſum multa referre bonorum,etiamque malorum
Nomina; quos alio maieſtas ſola ſine vllo eſt
Præſidio tutata ſenes.at ſanguine ſi quis
Abſtinet ipſe manus, & nulli vnquam fuit auctor,
Cauſaque lugubris ſumendæ in funere veſtis;
Ille poteſt vacuo & deſerto ſolus in agro
Ire viam,placidos vel in vmbrâ carpere ſomnos
Abducti nemoris.multos ego ſtrenuus annos
Multa tuli belloque & pace: nec vllius vnquam
Arma,ſimultates,inimicitiasque refugi,
Dum genti prodeſſe meæ,regìque putarem.
Iudicia & veteres regni defendere leges
Auſus ſum pro iure meo: quos ipſe tuebar,
Ii ſeſe oppoſuere mihi. deceſſerat omnis
Laudis amor timidis,nec libertatis honeſtæ
Seruitio adſuetis erat vlla in pectore cura.
Sic inter rixasque togæ,luctatus & inter
Arma viroſque,grauique propinquus ſæpe periclo,
Compoſitâ,tandem ſecurus pace quieui.
Poſt aliquot menſes cùm priſtina deinde poteſtas,
Et vis imperii mihi reddita,vt antè,fuiſſet,
Quando vlli eſt à me nocitum, cuinámve relata eſt
Gratia: iure meos hoſtes cùm poſſe viderer
Vlciſci? neque mens melior tamen,aut fuit illis

Æquior

Æquior: & nunquam pòſt ceſſauere vel atris
Inſidiis mecum,aut bello contendere aperto:
Donec præcipitem ſpecula & ſtatione mouerent,
Cui me rex multis præfecerat antè diebus.
Ceſſi,& præſidia intra me priuata recepi.
Nunc me villa tenet nullo circundata muro,
Non foſſis,non aggeribus,non tuta virorum
Præſidiis. ſtat noſtra Deo ſpes omnis in vno.
Rex etiam nos ipſe iubet durare,bonoq;
Eſſe animo: veriq; haud parua oſtendit amoris
Signa mihi,præbetque cibum victumque benignè
Abſenti,& quæcunque ferebam commoda præſens.
Sic me dimiſſum non pœnitet huius ab aulâ
Exilii.quis enim locus eſt iucundior vlli,
Quàm ſua cuique domus? verum dolet illud & angit,
Abſentem non poſſe meis hoc tempore fungi
Officiis; regique operam præbere fidelem:
Non poſſe ardentis patriæ reſtinguere flammas.
Ergo nemo meam ſortem miſerabitur vllo
Priuato proprioque malo; noſtramque dolebit
Nemo vicem,tanquam ſolio prolapſus ab alto
Deciderim.miſerum ærumnis communibus eſſe
Me fateor: nec poſſe ſuis confidere rebus
Quenquam hominũ patriæ cupidum vel regis amantem,
Euersâ patriâ.ſed quando occurrere tantis
Ipſe malis nequeo,tentauique omnia fruſtra
Auxilia: vt quondam medicus reiectus ab ægro,
Non clauſis foribus,non circunſtantibus illum,
Vim faciet,ſed multa Deos teſtatus abibit.
Vtque gubernator cœlique mariſque peritus,
Stultus & imprudens manibus cui nauita clauum
Eripuit,cœciſque vadis illidere pergit;
Poſtquam multa nihil profecerit antè monendo,
Cedet,vtramque tamen fortunam ferre paratus.
Sic ego conſiliis deiectus ſede malignis,

Quam tenui rexique diu cum laude bonorum,
Latronumque odio,non diris atque nefandis
Proſequar omnibus patriam,potiusque precabor
Omnia fauſta nouis rectoribus atque magiſtris.
Hic tamen interea euentus caſusque futuros
Opperiar,lætus mala tanta quòd æger & abſens
Non videam.at noſtras ſi quis Deus obſeret aures,
Hoc quoque me vitio miſerum minus eſſe putarim.

Ad Barth. Faium Inquiſitionum fori Præſidem.

Sperabam,dilecte mihi,Septembribus horis
Hic aliquot te poſſe dies traducere mecum,
Officiis,operisque ſolutum : at triſtia bella
Inuidere tibi requiem,mihi gaudia,læto
Iam præcepta animo.nec dum tamen excidit omnis
Spes,ſeu vitiferi colles,& prata Giuiſi,
Seu riguum veniam paſſim manantibus vndis
Vallegradum : breuis eſt vtroque excurſus ab vrbe.
Me grauidæ nimium tardantia tempora natæ
His tenuere locis,cùm iam diſcedere vellem.
Cætera ſi videas,nihil vnâ vite mouere
Excepta.quid enim poſt tonſa noualia latè
Belſia nudus ager,ſine ſilua,fontibus,herbis,
Ferre poteſt oculis gratum & ſpectabile noſtris?
Inuitus fateor tot noſtri incommoda fundi.
Quid faciam? Spartam legi,mihi Sparta colenda eſt.
Haud multò melior Curiorum,& Fabriciorum
Villa fuit.nec non eius Carthagine capta
Degere Linterni qui maluit : hanc tamen omnis
Poſteritas mirata ſequentum eſt deinde nepotum,
Erubuitq; ſuas illi componere villas.
Vt quondam in magno frugique & ſobria cœtu
Suſpicitur matrona probo venerabilis ore,
Obiurgans tacitè luxum,moresque ſolutos :
Atque aliæ tantam non ferre valentia lucem

Ora ſua obuertunt nimio confuſa pudore.
Quantò parcius eſt quantò prudentius olim,
Mœſa tibi conſtructa ſolo meliore,ſituque,
Ædibus & villâ modicis & non procul vrbe
Atque foro: media ipſa duos interiacet amneis,
Quà ſe Lingonicis delapſus leniter oris
Matrona committit potiori fluminis alueo.
Huc laſſus ſtudiorum operumque excurris ab vrbe
Quandocunque libet,mox inde recurris ad vrbem:
Sic nunquam ſatias animum ſubit. at mihi laſſo
Ruris,ad vrbem aditus non eſt patriosque penates:
Quin me ſemper habent & habebunt ſordida rura.
Hanc mihi fata fugam ſupremâ ætate dedere,
Exiliique locum; tamen at cum coniuge carâ
Cum genero,& natâ,paruisque nepotibus. ô tu
Accedas ſi fortè mihi nil deeſſe putarim
Ad cumulum: veteris tam gloria pollet amici.

Ad eundem.

Non quo more ſolent alii gaudere beatos,
A quibus exſpectant quamplurima commoda amicos;
Hoc ego docte Fai te lætor honoribus auctum
Eſſe nouis (quanquam nos vtilis inter & vſus)
Verùm me magis ipſa mouet reſpublica claris
Orba viris: quæ iam ſperat,te vindice,primo
Reſtitui ſe poſſe loco,te iudice,ſanctum
Virginis Aſtrææ cœlo deducere Numen
Sedibus inuiſum noſtris dum bella fuere.
Non ea vis nobis,dices: non arduus Atlas
Tantam humeris poſſit latis fulcire ruinam.
Nolo tibi grauis eſſe,onus aut imponere,quantum
Ferre,Fai,nequeas: ſatis eſt,pro parte virili
Si ſtudium conferre voles,operamque potentem.
Sunt alii (quorum melius mihi parcere viſum
Nominibus) pulchro huic operi qui protinus addent
Se ſocios: nec ſi in paucis antiqua reſedit

XX 4 Virtus

Digitized by Google

Virtus conſpiciturque viris, ideo minus illis
Audendumque tibi: nulla vnquam tam fuit ætas,
Felix atque beata bonorum vt largius vber
Funderet: illa tibi pridem iam debita natoque
Ornamenta tuo, Deus hæc in tempore pacis
Diſtulit haud temerè, vt pacem cuius fuit auctor
Ille, colas, & quæ nobis Rex otia fecit.
Namque tuis nullus bello locus artibus: omnes
Vi repetunt ſua, vi rapiunt aliena, ſoluti
Diuûm hominumque metu, & vana formidine legum.
Tum fora cluſa ſilent, tunc & præconia ceſſant:
Exertâ miles dextrâ, ſtrictumque ſuperbè
Intentans gladium, Hic faciet; niſi feceris, inquit:
Aut ſtatuit quicquid libitum eſt ex commodo, & vſu
Ipſe ſuo, ſeſeq; gerit pro iudice victor.
Coràm vrbana metu pubes, & ruſtica muſſat.
Tum ſtabulantur equi tectis, quibus antè ſolebant
Inſtitui iuuenes, pulſis ex vrbe magiſtris.
Non præfecturæ meritis, non dantur honores.
Omnia ſunt pretio venalia: rarus in aula,
Rarus in vrbe aditus virtuti: nec tamen auſim
Affinem huic culpæ Regem, vel Regis amicos
Dicere, non alios quibus eſt Reſpublica curæ,
Quorum iampridem ſtudium & mihi nota voluntas.
Armorum hæc ſunt, non hominum, queis nullius obſtet
Vis vlla ingenii, robur neque pectoris vllum:
Tantum ægris addunt mortalibus arma timorem.
Ipſe ego, dum clauum tenui, me fluctibus atris
Iactatum ferri maria in diuerſa videbam.
Quid facerem? ſemel vt prouecta eſt nauis in altum,
Difficile eſt regere, & quouis intendere curſum,
Non magis in medio quàm ſi conſiſtere lapſu,
Aut regredi coneris. inexaturabile bellum eſt,
Faucibus horrendis latisque, voracius omni
Gurgite, tam fœdam non Craſſi diuitis aurum

Expleat

Expleat ingluuiem, non Perſica gaza, nec omnes
Quas Tagus auriſluas vehit aut Pactolus arenas,
Effoſſis, quicquid legitur vel vbique metallis.
Atque illi in tanto grata eſt laſciuia luxu:
Gaudet enim potius malè partis, ſemper honeſta
Militiæ vetitis poſtponens commoda lucris.
Nam manibus quæcunque ſuis pedibusque ſuperbis
Contigit aut ventri non ſuppeditauit auaro,
Polluit, effundit, vel proterit omnia; tanquam
Nil reliquum prorſus miſeris velit eſſe colonis.
Tale domus Ditis, tamque exitiabile monſtrum
Regibus & populis aliud non extulit vllum,
Quanuis multa lues hominum det corpora letho,
Multa fames, aliæque malorum mille figuræ:
Omnia quæ collata vni leuia eſſe videntur.
Hæc tibi pars minima eſt belli deſcripta laborum,
Cuius inhumano quiſquis capietur amore,
Idem erit & patriæ & diuini Numinis hoſtis:
Nec multum amiſſo aut ſpoliato rege dolebit,
Nec feret indignè violari templa Deorum.
Multò plura oculis atque auribus hauſimus ipſi,
Cultores agri longè lateque patentis:
Quæ mihi, quæque tibi renouent memorata dolorem,
Omnibus & pacis cupidis, & amantibus oti.
Bellum ergo ſapientis erit vitare, nec vnquam
Sanguinea capere arma manu, niſi fortè neceſſe eſt.
Capta modum nec habent, nec maieſtate reguntur
Principis, imperiove Ducum: parere recuſant
Legibus, & placidæ ſeſe ſubmittere paci.
Quæ cùm tot ſoleant plagas imponere regnis,
Nec ratione vlla poſſint, nec lege domari,
Et neque iudiciis (quorum laus maxima veſtra eſt).
Oremus Superos quam mentem, quemque dedere
Regi animum nuper faciendæ pacis, eundem
Eſſe velint longos ſeruanda in pace per annos:

Vt sit iudiciis & legibus æqua potestas,
Vt sit cultus honosque Deo suus, omnis & vni
Seruiat æternùm conspirans Gallia Regi.

De obitu Iac. Fabri.

Ergo tam prope me & sine me, decessit amicus
Æqualisque meus, mihi primis notus ab annis,
Ille Faber? qui me penitus meaque intima norat
Consilia, illius noram omnia & ipse vicissim:
Qui tanquam fratres gemini duo viximus vnà
Ætatem iunctis animis paribusque, nec vllâ
Re nobis vnquam, nullo vnquam gratia dicto
Dissiluit concussa, bonisque malisque fideles
Temporibus socii, fortunam duximus vnam
Communemque, mihi quæcunque vel obtigit illi.
Tempus erat vetulis summè quo suauis amicis
Fructus amicitiæ solet esse; tenebat in aulâ
Regis vterque gradum atque locum securus honestum
Hic reliquum exigere & spatium traducere vitæ
Iam certos, patriæ tempestas horrida longè
Dispulit: atque aliò diuersos ire subegit.
Naufragium patriæ mœsti conspeximus ambo,
Cùm nostrum armorum cupidis non antè placeret
Consilium, tristique arderent omnia bello.
Ille quidem infestis à ciuibus & malè gratis
Multa senex indigna tulit: me sors quoque nostra,
Aut fatum patriæ solum hos eiecit in agros.
Est tandem Superûm dono pax reddita terris,
Sera licet. nec verò illi posuere feroces
Infensosq; animos: quin bella extincta nouare
Criminibus cepere nouis. non defuit illi
Integra, nulliusque mali mens conscia facti.
Ipse egit causamque suam, causamque suorum
Vidus: namque domus facta est rea tota Fabrorum:
Vidus prima togæ sublimis gloria, Vidus
Cui patruus naturâ, animo pater vsque fuisti

Digitized by Google

Mi Faber, hunc ſpera veſtræ columem fore gentis.
Coram rege ipſo res acta eſt: iudice vicit
Cauſa bono melior. requies tum denique Fabris
Parta videbatur (requies mortalibus vlla
Si qua foret:) ſed enim rebus Fortuna ſecundis
Inuida te longi adfectum diſcrimine morbi,
Auſumque hiberno nimium te credere cœlo,
Perculit. ô cur non aderam, memetque ferebam
Obuium & aduerſum! tenuiſſem vel prece multa,
Vel per amicitiam noſtram canosque rogaſſem.
Sed quid ego hæc ſtultus memoro, quaſi cura ſalutis
Nulla minorve tuæ præſentibus eſſet amicis,
Quorum aderat melior tibi pars vel maxima, frater,
Quem tu dilexti meritò plus omnibus vnum,
Et Vidus tua cura, & fratris filius alter,
Complures & amicitia vel ſanguine iuncti?
Nos culpam & cauſas moriendi adſcribimus ægris,
Aut medicis famulisque aut ipſis ſæpe propinquis:
Obliti quòd certus & immutabilis ordo eſt
Rerum; quòd præſcripta homini ſunt tempora vitæ
Quæ fas corripere eſt fas eſt producere nulli,
Seu iuuenis moritur ſeu magno vir pius æuo.
Nec properè extinctus, nec ſerius ille videtur,
Sed iuſtis metam ſpatiis tetigiſſe ſupremam:
Solibus æſtatem autumnumque vt ſæpe videmus
Maturare ſuos aut tardius edere fructus.
Ille quidem moriens ſuperauerat omnia tela
Fortunæ, inuidiam confictaque crimina tantùm
Me ſecum non eſſe moleſtè ægreq; ferebat:
Incauto funeſta ſuperuenit interea mors,
Luctum mi lachrymasq; ferens. ego fata ſuperſtes
Expecto mea, tam caro priuatus amico
Tu mihi nunc felix demumque videre beatus,
Quòd prius optatam requiem portumq; ſubiſti,
Quàm mala conſpiceres, nobis quæ maxima reſtant:

Quæ

Quæ vereor ne ſint grauiora prioribus illis,
Antè nihil cernens profectum in corpore noſtro
Verberibus plagisque,& nondum irata Deorum
Numina vindictæ finem feciſſe modumque.
I præ anima,i præ ſancta,ſequar te protinus ipſe,
Vna vtinam regio capiat locus vnus & ambos:
Defunctis eadem maneat,quæ gratia viuis
Ambobus fuerat,nullo mutabilis æuo;
Si quis præteriti modò ſenſus amoris in vmbris.

Ad Annam Eſtenſem.

Anna,mihi natis hæc de tribus vna ſuperſtes
Viuit adhuc,viuitque tuo ſeruata recenti
Munere,dum tota cædes flagraret in vrbe:
Præterea nec ſpes occurreret vlla ſalutis.
Hanc natam,patri quæ ſemper & omnibus horis
Adſidet,infirmamq; regit cum matre ſenectam,
Adſpicio nunquam,adſpicio ſine pectore grato
Et memori laudisq; tuæ,laudisq; tuorum,
Tu plures animas ſeruaſti nuper in vna:
Illam ipſam,atq; nouem pueros,& vtrumq; parentem.
Vnius in vita,vitam debere fatemur
Omnes: credimus eſſe tuum quòd viuimus omnes.
Illa mihi curam ſtudiumq; iacentis & ægræ
(Multos namq; dies ægram iacuiſſe ferebant)
Narrauit,ne quis percuſſor fortè ſubiret
Interiora domus,ne quis ſe fortè latentem
Extraheret (nec enim rabies tum ſæua pepercit
Matribus: infantes etiam dicuntur in amnem
Præcipitem merſi.) dein cùm furor ille quieuit,
Paulatim & rabies vulgi temeraria ceſſit,
Præſidiis media poſitis regione viarum,
Ipſa vt vicinæ narrauit limine portæ
Mille manus emiſſa inter gladioſq; virorum,
Cognita cùm nulli rheda veheretur operta,
Vna tuæ comitum vulgò tum credita matris.

Sic rediens patremq; metu curaq; leuauit.
Quis Deus hunc animũ tibi virgo, quis hanc tibi mentem
Spiritus immiſit? Deus eſt Deus, Anna maritæ
Qui tibi cor pupugit. quod fecerat antè puellæ:
Quis Deus; etſi hodie vobis eſt fabula: ne tu
Neue alii pergant aliam confingere cauſam.
Nam memini, dum te Ferraria dulcis alebat,
Non ſolùm de formâ alias anteire puellas:
Verùm etiam matres ipſas pietate viroſq;
Omneis, ex illo eſt tua tempore maxima nobis
Gloria, cuius vix vmbram Ferraria vidit.
Nos illâ fruimur ſolidâ, longumq; fruemur,
Diis ita ſi viſum eſt ſuperis, ſi vota preceſq;
Noſtras accipient æquâ pia Numina mente.
Scilicet illius eſt merces hæc ampla laboris,
Quem ſumptum antè mihi viginti & quattuor annos
Ipſa ſoles iactare, nimis nulla aut tenui in re
Grata, abſenti eſſes cùm virgo ſponſa marito,
Ipſe tui curam gererem, rerumq; tuarum,
Adſcitus pactis dotalibus auctor & auſpex.
Quanquam nec labor ille fuit, ſed primus honoris
Tum gradus à te, poſtq; tuis mihi ſtratus ad illa
Quæ deinceps nobis rex & regina dedere
Maxima, dum nos vulgò homines florere putabant.
Nullum adeò magno & regali in pectore fruſtra
Semen amicitiæ iacitur: cum fœnore iacta
Summa redit. redeunt generoſo ex ſemine fructus
Multiplices variiq;. ò, ſi tua libera quondam
Quæ fuerat tibi mens intactæ integra puellæ,
Nullâ re, nullâ vi aliò detorta fuiſſet,
Quàm minus aut hodie reſpublica noſtra laboret,
Aut ego; quàm ſint noſtræ hodie meliore loco res!
Plurima diſſimulanda tibi, ſimulanda fuere
Plurima tam variis in vultibus ingeniiſq;
Conuenientum hominum ex omni regione locorum.

Digitized by Google

Quæ nunquam patiare, tuæ ſi ſpontis in aulâ
Viuas, nulli addicta viro, nulliſq; potentum
Imperiis, ſed quæ in mediis conſiſtere nauis
Fluctibus vlla poteſt, rapidiſque obſiſtere ventis?
Atque ego cùm premerer ſtimulis, iraque tuorum
Immeritâ, quos tum colui, tum ſemper amaui;
Te nunquam iratam, conſanguineique doloris
Participem ſenſi. quid ſi tua regia virtus
Illorum potuit ſenſus & flectere corda,
Immò & placatos & reddidit (vt prius) æquos?
Cuius multa rei videor cognoſcere ſigna.
Nunc expertus opem (fore quod vix ipſe putaui)
Auxiliumque tuum triſti hoc in tempore noſtro,
Expertus vitâ in generi, natæq; ſalutem:
Agnoſco veræ te relligionis alumnam:
Agnoſco magni prognatam ſtirpe Loiſi
Regis cui ſe auſit componere nemo priorum
Iuſtitiâ, probitate, fide, pietate vel armis.
A quo progenies regum pulcherrima nobis,
Perpetuos regno, terriſque datura nepotes:
Mi pacem, veniamq; meis, dum vita manebit.

Ad Margaritam Sabaudiæ Ducem.

Oblectare meis te verſibus antè ſolebas,
Quàm forti deſponſa viro Regina fuiſſes:
Nuptæ alii placuere ioci: mox filius omnis
Maternas ſeſe curas conuertit ad vnum.
O, mihi ſi liceat feſtiui ſcribere formam
Et vultum pueri: quot baſia vtrique parentum
Complexuſq; dedit, quot rettulit ille viciſſim.
Tum ſeptem poſtquam iam grandior attigit annos,
Qui decor enituit pueri maternus in ore,
Quique vigor patrius diffuſus corpore toto,
Inſtar iamq; viri proauos referentis imago.
O mihi ſi liceat iuuenis res condere geſtas,
Virtutem liceat bellique domique futuram,

Serua-

Seruatos ciues, partoſq; ex hoſte triumphos:
Quæque alia haud falſus præſenti ex indole vates
Conijcio totum famâ celebranda per orbem.
Sed labor egregios exerceat iſte poetas,
Nobis eſt vetitum tantam contingere laudem,
Et tantum, Regina, decus. nam cætera abunde
Vt mihi ſuppeterent, animum tamen abſtulit ætas
Qui fuerat, cœpi iam cùm tibi cognitus eſſe.
Te quoque poſt nobis ereptâ amiſimus omnem
Lætitiam, & ſtudium ſcribendi abiecimus omne,
Impia dum miſeros agitat diſcordia ciues
Mutuum in exitium & patriæ miſerabile funus.
Triſtior inde fuit noſter diſceſſus ab aulâ,
Triſtis ob antiquum reginæ & regis amorem:
Cætera penè etiam lætabilis & ſine curâ
Aut deſiderio. quid enim ploremue relictum,
Aut cur non placeat laſſo mage ruſtica vita
Decrepitoq; ſeni? non tu poſt mille labores,
Aut poſt iurgia mille labantem quæ recreares
Firmareſq; animum præſens regina fuiſti.
Scis, & te meminiſſe puto, me publica ſemper
Omnia conſueuiſſe tuo deponere ſemper
In gremio atque ſinu. dubiiſq; expoſcere rebus
Conſilium: priuata etiam collapſa manu ſunt
Sæpe tuâ meliore repoſta ſtatuq; locoque:
Et mea ſæpe domus ſine te labefacta fuiſſet.
Quæ mihi cùm deſint hodie ſolatia, non eſt
Cur in cœtu hominum cupiam cur viuere in aulâ.
Nunc adeò ſummis defunctus honoribus ipſa
In patriâ, mox inuidiæ corroſus amaris
Morſibus, atq; odio procerum vexatus acerbo,
Qui me ſtante, ipſi nec ſeſe ſtare putarunt
Poſſe, nec antiquum hoc patriumque euertere regnum;
Viuo tamen ſolo vitam Laertis in agro,
Delicias animo contemnens vrbis & aulæ,

Ambi-

Ambitione procul, quæ me rapere antè ſolebat:
Exul, at exilio non turpi, non inhoneſto:
Sed quali populus quondam memoratur Athenis
Vſus in egregios, & claro nomine ciues.
Quorum virtutem eximiam cùm ferre tuendo
Non poſſet, vel opes nimias, aut deniq; quidquam
Rarum atq; excellens, & non æquabile plebi,
Commigrare aliò, & diſcedere ab vrbe iubebat:
Non illos pœnæ cauſa culpæue luendæ,
Verùm vt virtutis comitem hac ratione leuaret
Inuidiam, & nemo vel in vrbe excelleret vnus.
Talis Ariſtides, & qui non mœnibus vrbem
Ac patriam, ſed ſtare viris armiſq; putauit.
Nam quid Smyrnæumq; ſenem, referamq; Metellum,
Innumeroſq; alios, virtus quos ſola coegit
Exilio mutare ſolum, patriaq; relictâ
Externis ſedes alias ſibi quærere terris?
Nolo me inſerere his: euentus cui tamen idem,
Aut par penè fuit: niſi quod tolerabilior ſors
Eſt mea, qui patriâ non ſum diſcedere iuſſus,
Tantùm me adſpectu atq; oculis remouere potentum;
Cuiq; domi licitumq; meis eſt degere villis.
Ipſe mihi rex æquus erat, iam tum licet æui
Immaturus: & ipſe hodie nos tempore ab illo
Rex alit abſentes: nos paſcit & vbere largo.
Vt dominus præbet ſeruis alimenta benignè,
Emeritis canibus vel equis operumq; ſolutis,
Gratus & officii atq; operæ memor ille prioris:
Quanuis nulla ſibi ferè commoda ſperet ab illis.
Quæ res, exemplo eſt miſeræ tamen atq; repulſæ
Virtuti, nec parua bonis à regibus eſſe
Præmia nec reges ſimulatis ſemper amicis
Credere, quædam ipſos melius decernere ſecum.
Hæc mea ſors aliis miſerabilis eſſe videtur,
Inuidioſa aliis, etiam mihi penè beata,

(Si

(Si quicquam hic diciue potest, aut esse beatum)
Namq; mea in tanto quando vel inutilis æuo
Est opera, & patriam non re, possumue iuuare
Consilio, siue illa mei pertæsa, nouorum
Gaudet amicitiâ iuuenum: quis honestior istis
Optari potuit secessus & aptior annis?
Incolumi famâ & censu, non & procul aulâ,
Non procul vrbe; meis bellè satis ædificatis
In villis habito carâ cum coniuge cumq;
Et natâ & genero, & numerosa prole nepotum.
Est bona librorum mihi copia, scribo legoq;,
Aut aliquid semper meditor: ludiq; ioci q;
Stat ratio: nullusq; dies mihi transit inanis.
Sed tantis mala me vicinia non sinit vti
Illa bonis: vitamq; meam, meaq; otia turbat.
Aut quæ sors hominum in terris non plena laborum,
Inuidiæq;? etiam misero miser inuidet, exul
Exulibusq; profugisq;: nec vlli hominum Deus vnquam
Gaudia pura dedit non mixta doloribus vllis.
Haud facilè interea, multis licet vndiq; septus
Præsidiis, motus potui vitare furentis,
Horrendum, populi, vel agrestis tela iuuentæ.
Filia Parrisiam casu quæ venerat vrbem,
Imprudens subitis oppressa tumultibus, Annæ est
Æstensis seruata fide. nam sexus & ætas
Nulli præsidio fuit in discrimine tanto.
Longum sit memorare quibus me ignobile vulgus
Contudit afflixitq; malis, vt prædia nostra
Diripuit, captosq; abduxit rure colonos.
Quidam etiam longo desertas tempore lites,
Rettulit ad sedem & solium Prætoris iniqui.
Tum verò nec erat, magno quod sæpe tumultu,
Iustitium; sed qui Prætor tum debuit esse
Vindex flagitii & sceleris, scelus ipse iuuabat:
Et nisi præsidium, nisi regis & arma timerent,

Digitized by Google

Forſitan illa dies nobis ſuprema fuiſſet.
Ipſa meæ curam cepit Regina ſalutis,
Sponte ſuâ lectos equitum Regina ſuorum
Præſidio nobis noſtra vſque ad prædia miſit.
Quos tu non reges, quos & tum regis amicos
Supplicibus verbis non tunc Regina, rogaſti?
Quanquam aberas longo ſpatio diuiſa locorum,
Nulla mihi tua defuit vnquam gratia, nullum
Auxilium, ſine te fractuſq; humiliſq; iacerem,
Aut me pallida mors habeat tellure repoſtum.
Hactenus hæc, quando melius tu ſingula noſti
Scriptis, aut ſermone aliorum, aut denique famâ.
Nunc eſt agricolis, nunc eſt habitantibus vrbes
Plena quies. fruimur ſecuri vxoribus omnes
Et natis, fruimurq; bonorum fructibus, alta in
Pace velut: ſi quid ſecurum perpetuumque
In terris, & ſi qua fides mortalibus vlla eſt.
Ne tamen iccircò nos otia carpere læta
Ignauamq; puta, vel inertem degere vitam:
Nunc cœlos rapio, non quo tentaſſe gigantes
More ferunt, ſed quâ docuit ratione viaque
Chriſtus, dum vitam in terris ageret: ſequor ille
Serò mihi calcata Dei veſtigia ſegnis
Diſcipuluſque ſenex. ſed qui venere ſupremâ
Sæpe die, nihilo tamen ii cepere minora
Præmia; diſſimiliſq; labos æquatus vtriſque eſt.
Nec ratio quærenda tibi, cùm iniuria fiat
Nulla, feras certo mercedem fœdere pactam,
Si plus ille tulit, vel parteis venit ad æquas
Qui ſeruiſſe minus, minus aut meruiſſe videtur.
Nemo ſuis meritis aditum ſibi fecit Olympo,
Quanuis ille pius, quanuis ſine crimine vixit:
Nemo ſibi dux ipſe viæ ſuper aſtra ferentis:
Ipſa regitq; trahitq; Dei nos gratia cœlo.
Donum hoc omne Dei eſt, qui pridem ante omnia legẽ

Sac...

ſæcula, quos regni ſocios cœleſtis haberet.
Atque vtinam mundo ſim tamquam mortuus, vni
Viuam, reſpiremque Deo: mediterque futuram
In cœlis vitam, vitæ præſentis in vmbrâ,
Oblitus veterum ſtudiorum, & totus in vnâ
Verſer lege Dei, Muſas citharamque ſonantem
Abiiciam, & triſti commutem gaudia luctu.
Hic mihi certus erat, noſtriſq; aptiſſimus annis
Temporibuſq; animus: cum Albena tui gregis vnus
Antiquo incenſam ſtudio te noſtra legendi
Narrauit, valde cupere & quid nunc ego poſſem,
Noſſe etiam, quantum de nobis hauſerit ætas:
Num canis aliquid, geſtis & honoribus antè
Dignum aliquid ſcribam, an mores animumque priorem
Mutarim cum pelle, pilis, triſtiq; ſenectâ.
Me Regina tibi fateor nil poſſe negare:
Quid poſſim aut valeam melius me nemo putabit.
Dicam quod Lycios grauius poſcente tributum
Bruto reſpondiſſe ferunt: fac, Brute, quotannis
Bis ſegetes fructum referant, bis floreat æſtas;
Tum verò duplices decumas nos pendere coge,
Et duplex numerare tuis quæſtoribus aurum.
Sic tu redde mihi mea gaudia, redde iuuentam,
Præteritas animi vires calidumque vigorem
Redde; mora in nobis erit vſquam nulla, libenter
Quin tibi & exoluam pleno quod poſcis aceruo.
Verùm id ſi præſtare negas & reddere poſſe,
Quis dabit exſutâ ſerpentum vt more ſenectâ
Eniteam, folia aut amiſſaque poma reſumam
Arboribus ſimilis, medicâue recoctus vt arte
Infelix ſenium iuuenili corpore mutem?
Hoc ſi nulla poteſt dare vis humana petenti,
Ecquid erit quonam pactoue hoc liberer ære?
Verſuram faciam? ſed te neque furta latere
Noſtra diu poterunt [illegible] noſtra requiris.

Namq; domi tibi nec vates nec carmina desunt,
Inq; tuas laudes Europa effunditur omnis.
Restat vt ære meo, quamuis ego pauper inopsq;,
Immensum atq, ingens dissoluam hoc æs alienum.
Durum opus atq; nouum nobis, plenumq; periclis;
Ne mihi fama prior iuuenili parta labore
Concidat ambitione nouâ, laudemq; peracti
Temporibus extremo deformem turpiter actu.
Dicitur à natis in ius venisse vocatus
(Indignum dictu) magnâ iam ætate Sophocles,
Vt tandem rebus discederet ille gerendis,
Cederet integro pueris florentibus æuo.
Crimen erat nullum: ficta est amentia patris,
Cuius longa nimis premeret custodia natos.
At non ille senex certos producere testes,
Et causam ancipitem consueto iure tueri,
Ipse potens animi: tantùm mirabile carmen
Antè recens à se scriptum spectante coronâ
Protulit, hoc ne rogans factum à demente putarent;
Adstantum magno recitata tragœdia plausu est:
Missus iudicioq; reus, liberque recessit.
Hoc documento erit egregios confidere vates
Versibus obscuros contrà sua prodere cautè:
Speratâ ne ignominiam pro laude reportent.
Hei mihi quàm vereor ne sors contraria cedat,
Iudicioq; meo peream, & ne pœniteat me
Exseruisse caput, cochleæ aut testudinis instar.
Agnosco nihil in genere hoc me posse, nec vnquam
Vel minimum potuisse, etiam tum cùm fuit ætas,
Ingenio facilesq; meo fauere Camœnæ:
Tu quodcunq; fuit, nobis, Regina, dedisti.
Nam bona pars hominum cernens tibi nostra probari,
Iudicium est amplexa tuum nec carmine lecto.
Ecquis enim virtuti ausit se opponere tantæ?
Cherilus vt, magni staret nisi nomine regis,

Nun-

Nunquam oculos hominũ, nunquam audeat ora ſubire.
Fac nos fac potuiſſe aliquid, tamen abſtulit ætas
Quod fuit, ærumnæ morbi, variiq; labores,
Et tua, quæ peior nobis abſentia morte.
Ergo perpetui ſatius nos ferre ſilenti
Legem, ne tibi ſim Regina, tuiſq; moleſtus
Auribus: ipſe meæ retegam ne damna ſenectæ.
Forſan & vt plenâ ſi quis guſtauerit vrnâ
Vinum acidum aut male olens, de teſtâ ſumere eadem
Nunquam animum inducat: ſic tu cùm legeris iſta,
Reſtingues deſiderium pòſt noſtra legendi,
Moq; onere hoc magno ſcribendi plura leuabis.

Ad Barth. Faium.

Nolim me pigrum, aut fugientem fortè laboris
Scribendi officium prætermiſiſſe putari:
Sed comes aſſiduus, grauis extremæq; ſenectæ
Morbus, ab omni aliâ cogit me abſiſtere curâ.
Vt valeat vates, hilari tamen & niſi læto
Ingenio fuerit, nec reſpondere priori,
Nec poterit ſcribens prior ipſe laceſſere quenquam.
Hæc tamen increpitans, tardam nimiumq; morantem
Fallere ſi poſſim pituitam, carmina ſcripſi
Qualiacunq; tibi, noſtris ignoſcere nugis
Qui potes, & ſtomachi iuſtos compeſcere motus.
Nunc ad te venio, quem durumne & ſine ſenſu,
An potius dicam ſapientem? Hortenſius olim
Eſt habitus ſapiens qui nulli interfuit vnquam
Ciuili bello: longè ſapientior es tu
Quem non ipſa mouent ciuilis tempora belli:
Nec quæris ſtudiò concurſans compita circum,
Ecquis Aquitanis venit modò nuntius oris?
Et de Germanis quæ fama? Dupontius hæſit
Ad ripas Araris, ſuperato an tranſiit amne?
Hæc prætervecheris Regum deliria forti
Erectoque animo, conſuetaque munera ſemper

Matutinus obis vespertinusq; ; nec vnquam
Officio prior vlla tuo potiorue tibi res.
Stultum est alterius mandata capessere curæ,
Fastidire suæ fidei concredita ; quæque
Antè recepisset Themidis iuratus ad aram.
Hæc tu namq;, Fai, sapienter, vt omnia : non quo
More alii vestrâ multi iactantur in vrbe,
Quos videas magis atque magis noua munera semper
Adpetere : atq; animum circum omnes ferre per artes
Incertum ignarumq; sui. Spartæ satis æquus
Nemo suæ oblatum retinet constanter amorem :
Quin simul optatam potuit contingere sedem,
Continuò cupit alterius succedere sorti.
Ast alii, magnas quæ maxima turba per vrbes,
Tanquam in concilio regum fuerintque Deorum,
Ridicula & summis de rebus inania quædam
Effari in mediis hominum conuentibus audent
Ore superciliоque graui. rediisse Catones,
Fabriciosque putes, tantâ grauitate queruntur
Communem arbitrio & nutu non ire suo rem :
Non belli, non se pacis præscribere leges :
Tum claros homines acri proscindere linguâ,
Arbitriumque sibi maiorum poscere rerum,
Parcere non Regum famulis, non Regibus ipsis.
Quinetiam laqueos. & falsam relligionem
Iniiciunt animis, vt qui responsa petebant
Ementita, prius corruptæ vatis ab ore.
Est qui non veritus Superos asciscere testes.
Quorum sacra gerit : mutatâ in veste sacerdos
Sæuus ad arma vocat populum. mox nomina profert
Designatorum ad cædem perscripta libello :
Et nisi vis plebem diuina coerceat, omni
In regione fluant humano sanguine riui.
Tantus amor cædis, vindictæ tanta cupido.
Scilicet illa Dei vobis præcepta reliquit
Filius ?

Filius: hæc ſuprema ſuos ſcandentis Olympum
Vox fuit ad comites, vt non credentibus, vltro
Vim facerent armiſq; ſibi ferroq; pararent
Imperium, non ſic Paullus. & omne profectum
A Chriſto tercentum annis voluentibus agmen:
Perſuadere fuit proprium, non cogere noſtris
Semper, & oblatum conſtanter adire periclum.
At vim propulſare manu non vſque licebat,
Vix etiam vitare fugâ. quid? inulta piorum
Mors erit: aut impunè ferent tot denſa tyranni
Funera? quinimò grauior mox pœna ſequetur.
Adſpicit omnipotens cælo Deus, & ſedet vltor
Tantorum ſcelerum: Noſtra eſt iniuria, dixit,
Et dolor hic meus eſt, vindictam hanc ipſe recepi.
Nequicquam pacem nobis præceperit ille,
Acceptiſq; vicem benefacta rependere damnis,
Diligere infenſos, & qui nos oderit, illum
Non odiſſe, ſed incolumem ſaluumq; tueri.
At nos auctores vitiorum adiungere Diuos,
Et propriæ cupimus pietatem obtendere culpæ.
Nos regis, patriæ, atq; Dei ſimulamus amorem,
Iniuſſiq; operas domino damus: vt patris olim
Irati ſeruus properet ſi occidere natos,
Eripiat veniæque locum tempuſq; parenti,
Spem natis adimat vitæ melioris ad hoſtem
Currimus infeſti, atque omnis mora longa videtur.
Multa prius peccet natus mihi, peccet amicus
Quàm gladium ſtringam, niſi ſim furioſus vt Aiax.
Hæc me dulcis amor patriæ plorare coegit,
Regis amor dulcis, quem nunc (miſerabile viſu)
Paucorum ambitio regnis expellit auitis
Immeritum. cadit infelix ciuilibus armis
Gallia victa ſuis, quam nulli exſcindere reges
Vicini, quondam nulli potuere coloni.
Tu clarus ſtudiis, tu magnâ notus in vrbe

Officiis potes has animo depellere curas
Congreſſu aſſiduo, & leni ſermone clientum,
Qui te circumſtant, deducunt atque reducunt,
Damnaque priuatis ſolari publica rebus.

Ad eundem.

Nec victus iaceo, quanuis erepta malorum eſt
Vi nobis hominum reſpublica: nec quod inertes
Ignauique ſolent, prima antè pericula ceſſi,
Conſiliumque fugæ dubio in diſcrimine cepi:
Suſtinui quantos noſtri perferre labores
Vix humeri poterant, nec vitæ animæq; peperci,
Dum patriæ prodeſſe meæ, prodeſſeque regi
Spes fuit. auxiliis deſertus ab omnibus, ipſo
Rege & regina nihil auſis tendere contrà;
Diſceſſi. patriæ ſortem miſeratus iniquam.
Nunc aliud curo, ſtudia intermiſſa, ſenectæ
Subſidium, & paruos, mea dulcia pignora, natos.
Curo etiam, quas Aula negoti plena vetabat,
Ruris opes noſtri, quæ nunc mihi regna videntur
Maxima, ſi ſtabile & proprium quid ciuibus vſquam eſt.
Spero etiam, quando locus eſt hoc tempore nullus
Conſiliis, aliquem demiſſum huc adfore cælo,
Qui validâ mala tanta manu compeſcat, & armis
Relliquias ſeruet, regemq; in ſceptra reponat.
O, mihi tunc veniat non iniucunda ſeni mors,
Regibus antiquis ſua reddita regna tuenti,
Atq; meos ciues in libertate manentes.
Quàm mallem, vireſque ſuas mortalibus ægris,
Et ſanctum Numen ſine vi monſtraret & armis,
Hunc Deus & rerum placidè conuerteret orbem,
Pacatis animis ſua quique in tecta redirent,
Nos ſinerent noſtris regnare in finibus, ipſi
Contenti regnare ſuis: ſed dira cupido
Regnorum antiquos fines confundit, & vltrâ
Progreditur. nullus fidei, nulluſque pudori

Eſt

Eſt locus: vtilitas ſæuos agit vna tyrannos.
Magna quidem multis præclarè gloria factis
Venerat huic noſtro regi, meritiſque ſuorum.
Sol etenim reliquis præfulget vt aureus aſtris,
Sic alios reges præceſſit Francus honore.
Fecere ambiguum, nemo quod fecerat antè,
Hoc puero. nam viſa dolis & fraudibus ætas
Opportuna; etiam corrupti regis amici.
Audax tum Romana cohors collecta Tridenti,
Exemplo ſancire nouo ius cœpit iniquum:
Parte alia Belgas Romanus Epiſcopus antè
Adſcriptos ſacris Remorum cœtibus vrbis
Abſtulit, atq; ſuo conceſſit viuere iure:
Par & Aquitanæ eſt iniuria facta Baionæ.
Sed quid ego hæc paucis conſector ſingula verbis,
Cùm regnum leges, & iura vir opprimat vnus
Imperio, regemq; ſibi ſubiecerit vnus?
Interea fines, alienaq́ regna paternis
Artibus vſurpata, iugum intolerabile ſeruis,
Ferre docet. nam quâ freti ſpe ferre recuſent
Imperium, amiſſo communi gentis & orbis
Præſidio? non tu hæc ducas, Franciſce, ferenda,
Romanæ atque Italæ gentis fortiſſime vindex?
Non tu, dum tua regna bonis erecta vigebant
Conſiliis, nec belli ingens mutauerat æſtus.
Sic agitans mecum ſedata mente futuri
Neſcius, hæc ne velint æterna & fixa manere
Di ſuperi, an mutare velint quoq; cætera rerum.
Me tamen ipſe bonis ſolor præſentibus, ac qui
Longa maris ſpatia emenſus, iam iamq; propinquat
Littoribus patriis, proramque aduertit arenæ.
Sic ego biſſeni transgreſſus tempora luſtri,
Nunc alias ſedes, aliam iam cogito vitam,
Inque domus ſuperas terris migrare relictis.

Digitized by Google

In reditum Franciſci Lothareni Guiſiorum ducis.

Ite coronati, feſtiuoque agmine ciues:
  Ite, nouis quam mos Regibus ire viam.
Ite Magiſtratus cum faſcibus: ite miniſtri
  Sacrorum: ite minor turba, Senator, Eques.
Omne forum ſileat: clauſæ ſint vrbe tabernæ
  Artificum: locus hoc nullus honore vacet.
En vobis erit ad primum, lapidemve ſecundum,
  Obuius in niueo dux Guiſianus equo:
Victor ab indomitis qui nunc redit vſque Britannis,
  Quà maris anguſto cogitur vnda freto.
Multos ille armis populos, multa oppida cepit:
  Gallorum fines protulit Oceano.
Quis Guinam potuiſſe capi, potuiſſe Caletum
  Credat, vt aduerſus ſtet genus omne virûm?
Ipſa ſuis opibus fidens, & Rege marito,
  Hoc longè veniens ſpreuerat ante malum,
Arguerat vaniq; ſuos Regina timoris:
  Nulla ſed inuitis ſat loca tuta Deis.
Aſpice, nec gemmis volitat, nec ſplendidus auro
  Captiuos hominum nec trahit ille greges.
E tantis ſpoliis, prædæque ingentis aceruo,
  Nil tulit, hunc albo corpore præter equum.
Hunc tamen: vt quoties gradietur nobilis huius
  In patriam toties ſit memor officii.
Cætera pro meritis ſocios diuiſit in omnes;
  Contentus laudis præmia ferre domum.
Ergo prætereunte viro bona dicite verba,
  Et manibus plauſum congeminate piis:
Atq; Deos orate, ſinant hunc, Principe noſtro
  Incolumi longos vt ſupereſſe dies.
Hoc ego nec flauos metuam rectore Britannos,
  Nec Batauæ gentis Vangionumq; minas:
Sperem etiam magni ſuperato flumine Rheni,

Lilia

Digitized by Google

Lilia Pannonico fixa videre ſolo.
Talibus incœptis moliri, Errice, decebat
Regna tibi fatis debita,ſpemq; nurus:
Imperiumque tuum mediâ regione ſubactâ,
Extremis hominum continuare Scotis.

De ponte Gardonis.

Admirandi antiqua operis monimenta, viator
Suſpicis? auctorem preſſit iniqua dies:
At tu dignis eras vltrà producere famam,
Dignus eras operi vel ſupereſſe tuo.

Petri Caſtellani Aureliorum Epiſcopi, qui inter concionandum deficit ac obiit Tumulus.

Si pulchrum eſt ducibus pugnando occúmbere mortem:
Pontifici pulchrum debet ſanctumq; videri,
Sic laterum nixuq; omni contendere vocis,
Vt vires mediâ facientem verba coronâ
Deficiant ſudoq; fatiſcat lingua palato.
Ac quondam fortis qui vicit Olympia miles,
Rettulit & multas victor certamine palmas:
Et quem nulla viri virtus perfregerat ante;
Sternitur ille ſiti tandem confectus & æſtu,
Diſcite Paſtores,ô, veſtro munere fungi,
Commiſſos curare greges,& deniq; nullum
Seruandi cauſa pecoris vitare dolorem:
Nec dubitare animam multis pro millibus vnam
Conſecrare Deo, ac meliori reddere vitæ.

Horatii Farneſii.

Et Venus, & Mauors Romani ſcilicet ambo
Auctores generis, diuiſam tempore longo
Hectoris Æneæque domum coniungere rurſus
Aggreſſi poſſent decori ſi reddere primo
Vrbis relliquias antiquæ rudera Romæ,
Hæc non inuita Iunone in fœdera iurant:
Vt Francis Itali permiſti ſanguine,eoſdem
Perpetuò reges habeant, eadem arma ſequantur.

Nu-

Digitized by

Nubit formoſo Veneris Diana nepoti,
Non dea venatrix, at magni filia Regis
Errici. ſed non ea gaudia longa fuere.
Mulciber inuidit: puerumq; vt cæde recenti
Gaudentem, pulſoq; ſuperbum viderat hoſte,
Mortali Deus ipſe pedem conferre nec auſus:
Fulmineam, cæcæ tectus caligine nubis,
Torquet agens pariter cum nitro & ſulphure glandem:
Qua puer, & miſeræ cecidit ſpes maxima Romæ.

Fr. Lotharingi ducis Guiſii.

Hunc belli rabies, ciuilis & abſtulit æſtus,
Dignum poſt tantos, fato meliore, triumphos,
Dignum qui nobis venturis eſſet in annis
Præſidio contra Francorum nominis hoſtes
Perpetuos. At tu mea dormis Gallia, nec tot
Orba viris ducibuſq; domeſtica vulnera ſentis,
Æmula nec regum circumſpicis arma potentum

Iac Burdini Regis Secretarii.

Hic turbas inter medias, aulæq; tumultus
Poſſe homines mortem meditari, & viuere rectè,
Rectè poſſe mori docuit: plus deniq; nobis
Profuit exemplo: quàm ſi vixiſſet in vmbrâ
Deſertiſque locis, Cilicum contentus amictu,
Vtilis ipſe ſibi fortaſſis, inutilis orbi.

Eiuſdem.

Hunc Deus ætatis medio ſuper æthera curſu
Abſtulit, exitium nobis ne fortè propinquum
Adſpiceret, quo nil patriæ potuiſſet amanti
Durius eſſe viro: ſed te Burdine beatum,
Qui modicis opibus ſumma probitate, fideq;
Vixiſti, pro quo merces nunc maxima cœlo eſt.
Nos miſeri, quibus hoc reliquum mors triſtis ademit.
Principis ardentes animos, facilemq; iuuentam;
Multaq; ciuilis tollebat ſemina belli
Vir pius, & pacis populis ac regibus auctor.

Haud

Haud dubia hæc nos ſigna monent. irata Deorum
Numina curam omnem noſtræ poſuiſſe ſalutis,
Et procul hinc nobis aliò migraſſe relictis.

Io Capellani & Hon. Caſtellani Medic. Regior Tumulus.

Diuiſi patriâ longâ regione locorum,
Præclari artifices eiuſdem muneris ambo,
Diſſimiles morum, diſcordi Regis in aulâ,
Exegere tamen (dictu mirabile) vitam
Litibus, inuidiæq; malo, rixaque carentem:
Communi tecto, & menſa propè ſemper eadem
Quo duo more ſolent germani vincere fratres.
Magnus vterq;, rei medicæq; peritus vterque
Suprà omnes: antiquæ operæque artiſq; magiſtri
Primum adeò tenuere locum, Regiſq; iuuentam,
Reginæque, Erebi reuocarunt limine portæ
Sæpius; ipſi non potuere obſiſtere morti.
Quinimò paucis ambo occubuere diebus,
Ambo vnoque iacent tumulo. prius occidit alter
Lethifera turpique lue: huic mox deinde ſuperſtes
Morte ſua extincti cumulauit funus amici,
Mandauitq; vno condi ſimul oſſa ſepulcro,
Vt neque mors illos ſeiungeret vltima rerum.
O diuinus amor, perituraque tempore nullo
Gratia. quantum animis poſſunt contendere amantes!
Sed fati vis maior erat. Sic omnia tandem
Tempore quæque ſuo in cineres mortalia verti
Nec medicas artes prodeſſe auctoribus ipſis.

T. Montaurei Aurelii Tumulus.

Muſæ, veſter honos, & gentis gloria noſtræ,
Conceſſit fatis, patriâ Montaureus exul.
O ingrata domus, tantum quæ perdere ciuem
Optaſti. non ille ſuperbum hoc nomen ab auro
Nequicquam tulerat. totus fuit aureus intus,
Aureus ingenio, doctrinâ, & moribus aureis.

Omneis

Omneis præterea linguas, & nouerat artes,
Scribebat dignos vobis & Apolline verſus:
Tantum illum talemq́; virum ſi Roma tuliſſet;
Aureus in ſumma ſtaret Montaureus arce,
Aureus inq; foro & roſtris, tota aureus vrbe:
Nos verò terras vrbeſque negauimus illi,
Qui fuerat regere & terras & idoneus vrbes.
At Deus ereptum nobis ſuper alta locauit
Sidera, perpetuas ſedes, patriamque bonorum.
Hic gladios non ille timet, non impia auari
Iudicis arbitria, & Francorum nominis hoſtes.
Ergo illum Muſæ defunctum ornate poetam,
Et dignum tumulo defuncti inſcribite carmen,
Qui veſtras viuens coluit plus omnibus artes.
Conditus hoc terræ tumulo Montaureus, vrbe
Aureliâ, clariſque parentibus ortus honores
Præcipuos viuens, & principem adeptus in omni
Laude locum: patria miſere ciuilibus armis
Oppreſſa, profugus Sancerras venerat alto
Colle ſitas: ibi dum paucis comitatus amicis
Expectat qui finis erit quæ meta laborum:
Antè diem clauſit (ſic Dii voluere) ſupremum,
Quàm daret vxori, quâm dulcibus oſcula natis,
Compoſitaſque domi placida res pace videret.

IOANNIS IACOMOTII
BARRENSIS.

Materfamilias, ex Prouerbiis Salamonis.

FElix cui placido Numine contigit
Conſortem thalami ducere fœminam;
Certo cuius amat fœdere caſtitas
Seruare incolumem coniugii fidem.
Et quam ſollicitis cura laboribus

Exer-

Exercere ſolet ſtrenua prouidam:
  Et quæ fida virum, fida domum iuuat,
  Diſpenſare ſagax res ſibi creditas.
Quid tali melius? quid pretioſius
  Quiſquam prætulerit coniuge; quæ decus
  Gemmarum ſuperat clarior, atque opes
  Immenſas Arabum & diuitis Indiæ?
Huius nectareis fidis amoribus
  Vir, certo & placitam pectore diligit,
  Moroſiſque procul ſuſpicionibus
  Concordes thalamos, nil metuens, colit.
Quantis illa domum diuitiis replet,
  Ignavæ fugiens tædia inertiæ?
  Non plures tumidis hoſtibus inclito
  Victis Marte Duces exuuias ferunt.
Hæc dulci ſatagit quæ placeant viro,
  Iuſſiſq; obſequitur legitimis lubens.
  Solers, cuncta fugit noxia quæ putet,
  Et quærit vigili commoda pectore,
Lanas vſque domum, linaq; conuehit,
  Exercetq; colos, filaque diuidens
  Pannos docta manu texere conficit
  Telarumq; parat ſedula copiam.
Non quæ littus arat ſæpius exterum
  Et fluctus volitat per maris hoſpiti.
  Nauis plura refert commoda nauitis
  Multo farre grauis merceq; barbarâ.
Somnos illa oculis excutiens prius
  Surgit, purpureum quàm iubar exerat
  Aurora, & nitidis aurea ſyderum
  Collucere polis agmina deſinant.
Prouiſumq; ſuis temporibus penu
  Prudens diſtribuit: penſaq; protinus
  Partitur famulis iuſſa fidelibus;
  I[illegible] nec tolerat moras.

A[illegible]

Agros cauta notat queis ſoboleſcere
Frugum ſemper amat fertilior ſeges:
Venaleſq; ſibi diuite comparat
Auro, continuus quod peperit labor.
Fœcundaſq; ſimul collibus erigit
Vites pampineis: & grauidas premens
Vuas, vina liquat ſuaue rubentia,
Synceriſque ſolet condere in amphoris.
Damnoſam refugit deſidiem impigra,
Ignauamq; procul pellit inertiam,
Nec languere ſui robora brachii
Probroſo patitur mollior ocio.
Atq; experta domum quàm faciles labor
Importet reditus. & fuga inertiæ,
Accendi tacitâ nocte iubet faces;
Et cœptum peragit cum famulis opus.
Illi nulla quies: femineas mage
Tunc feruente manu prima colos capit,
Et torquet digitis vſque micantibus
Fuſos, & tenui ſtamine contegit.
Si quos eſuries pallida torqueat
Illis prompta cibum porrigit: indigos
Palanteſque iuuas, dulcibus & fouet
Tectis, & miſeram pauperiem leuat.
Non illam gelidis temporibus niues
Terrent horrificæ, nec violentia
Brumæ terribilis, vel rigidum gelu,
Vel flatu Boreas Sarmaticus truci.
Illi nam duplici conſuta pallia
Panno, & craſſa domum penula protegit:
Illi perpetuis ignibus atria
Propellunt hyemes lucidas frigidas.
Illi puniceo purpura murice
Ardet tincta: micat veſtibus illitum
Aurum corcineis; atq; tapetibus

Cla-

Claros nobilibus condecorat thoros.
Illi inter proceres conspicuos sedet
Coniux purpureâ splendidior togâ:
Quum lites remorent Abramidum & simul
Portis turba frequens conuenit vrbium.
Quantas perpetuis cogit opes lucris,
Quum telas Tyriis sindonibus pares,
Et, quæ pinxit acu mollia nobili,
Diuendit pretiis carbasa grandibus.
Hinc mentem trepidis intrepidam gerit
Rebus: non dubii temporis exitum,
Casusve ancipites, aut pauet anxia
Quæ ventura dies durior apparat.
Illi verba fluunt pectore candido,
Semper mellifluis picta leporibus:
Et puram loquitur quæ sapientiam
Spirent, quæq; nitens gratia temperet.
Ædes manè suas sollicitis vigil
Lustrat luminibus; singula dispicit,
Vt se quisque gerat; sordibus & procul
Vt cunctis niteat munda domus cauet.
Nusquam cessat iners: pane laboribus
Quæsito variis vescitur impigra.
Prudens nil sterili pigritiâ putat
Peius, nilve gulâ deside turpius.
Talem magnificis certat honoribus
Matrem progenies splendida tollere:
Et dignum meritis cogitat illius
Tantis obsequium reddere protinus.
Talem vir placido pectore diligit
Consortem thalami; moribus & colit
Insignem placitis: ornat & illius
Virtutes variis laudibus inclytas.
Inter femineos fulgidior micat
Cætus, queis pietas, sanctaq; castitas,

Queis ſeruata ſuis coniugibus fides,
Et queis grata domus cura placet ſuæ.
Vultus conſpicui forma breuis perit:
Siccis rara genis gratia defluit:
Cuncto clara viget tempore femina
Quæ puero Superum corde timet Patrem.
Talem fama vehat lucida, & vrbium
Magnis egregiam cœtibus indicet,
Vt virtus meritis nobilibus nitens
Laudem, & digna ferat præmia gloriæ.

De Prouidentia Dei rerum omnium Gubernatrice.

Odi prophanos. hinc procul impiæ
Gentes, Olympo quæ ſuperum negant
Regnare Numen; quæque cæcas
Cuncta putant agitare ſortes.
Et fortuitis ductibus obſequi
Terras, & altos ætheris ardui
Tractus, & ignes, atque fluctus
Nauifragos maris æſtuoſi.
Fruſtrà lauantur fluminibus ſues;
Semper ſalebras, ſemper amant lutum:
Diteſq; gemmas, atque plena
Deſpiciunt alabaſtra nardo.
Nec fas proteruis res canibus ſacras
Offerre. caſſis lumine quid iuuat
Monſtrare Soles atque ſurdo
Mellifluum recitare carmen?
Vos pura teſtor pectora: vos, quibus
Cæleſtis almas Lux Sapientiæ
Mentes ſerenat; quos benignus
Seruat amor Superûm parentis:
Fauete linguis: diſcite ceu polo
Mens cuncta cernit prouida Cælitum:
Et ſola ceu totum potente

Arbi-

Arbitrio moderatur orbem.
Hoc æthera fulgens monſtrat,& aureus
Titan, decorum ſeu reuehens diem
Caliginoſas pellit vmbras,
Et vegeto recreat virentes
Calore campos: tempora ſeu citis
Annoſque ſignat curſibus impiger:
Candentis aut Lunæ propinquans
Noctiuagum minuit nitorem.
Non aſtra caſas inſtabiles rotant,
Brutæque ſortis turbidus impetus:
Aſt illa iugi Lege fixus
Ordo rapit, ſerieſq; certa,
Et dextra ſummi Numinis aërem,
Motuſq; cunctos temperat: hinc vice
Venti ſtupendâ,per linquentes
Horriſoni variantur auras.
Nec caſus imbrem format,& vberes
Fœcundat agros. Non tonat Impotens
Fortuna: nec fulgur coruſcum
Nec rutilâ iaculatur arce
Quos horret ignes impietas ferox,
Parcuſq; Diuûm cultor,& infrequens:
Quum pallet incertus, nigriſq;
Sub ſpecubus latitare quærit,
Audire triſtes non patiens ſonos
Cæli ruentis, fulminis & feri
Diros fragores, ſiue turres,
Siue quatit crepitante flammâ
Sublimiorum culmina montium.
Vt quum Sodomæ ſubruit impias
Cæleſte gentes ſulphur, atque
Turpe ſimul ſcelus expiauit.
Et, quæ feraci cuncta fouet ſinu,
Tellus potentes pendula ſuſpicit

Nutus parentis, qui supremâ
Perpetuus, sedet arce Rector.
Non replet illam Fors animantium
Tot vana formis, aut species parit
Tot manca diuisas, suisq;
Cuncta cibis animata nutrit.
Quæ rura messes lætificas ferunt,
Et picta vernis prata coloribus,
Hortiq; diuersis comantes
Arboribus, viridesq; syluæ:
Feruente pigrum quæ fugit otium
Æstate, magnis atq; laboribus
Formica solers ore paruo
Grana vehit tenuemq; victum:
Quæ mella condunt dulcia cellulis,
Mitesq; succos floribus auferunt
Apes odoratis. suique
Iussa Ducis faciles sequuntur:
Hæc cuncta clamant verticibus polĩ
Sedere celsis Cælituum patrem:
Terrasque cunctas atque gentes
Mente regi Superumq; curâ,
Idemq; clamant flumina, quæ rigant
Distincta terras, regnaq; diuidunt,
Vrbesq; circumdant, & agros
Flexiuago sinuosa cursu,
Sic curua clamant littora; quæ ferox
Æquor coercent, quum tumet horridis
Auctum procellis, nauibusq;
Perniciem properare tendit.
Ad astra raucos Oceanus ferat
Fluctus, & orbi diluuiem furens
Minetur: obiectus repellet
Limes aquas, rabidosq; motus.
Insana tandem desine gens Dei

Nu-

Nudare curâ Numen,& improbæ
 Compeſce vocis murmur: atq;
 Æ.therios venerare nutus.
Humana ſi mens vile regit lutum,
Ventura cernens, præteriti memor,
 Tantum gubernari quis orbem
 Imperiis Superûm negarit?
Hæc cura ſemper prouida Cælitum
Solatur arctis temporibus bonos;
 Rebuſq; turbatis habere
 Intrepidum iubet vſq; pectus.
Quicunq; ductus, ſumme Parens, tuos
Prudens veretur, fulminis haud pauet
 Iras rubentis: non cruenta
 Bella timet, trepidatq; vultu
Sæuo Tyranni territus & minis:
Non ille morbos,non metuit famis
 Tormenta diræ,nec ſilentes
 Tartarei Phlegetontis oras.

De Inconſtantiſsima mundi vanitate. Ex Gallicis Sadeelis.

Mundi nitentes delicias voca
Multis refertum floribus hortulum
 Pulchris, amœnis; ſeu colores,
 Seu varii placeant odores.
Hîc alba florent Lilia cum roſa.
Hîc ſuauitates cernis amaraci,
 Thimiq;,Narciſſique iunctas
 Purpureo violæ decori.
Sed quum rigentis frigora ſæuiunt
Brumæ, caduci tum vigor occidit
 Floris, iucundi tunc colores.
 Tunc varii fugiunt odores.

FERVENTE torrens fugerit impetu.

Flumen, pererrant ocyus æthera
Magnum ſagittæ, quin ſagittæ
Præcipiti ſuperantur Auſtro:
Sed tam rapaci prætereunt fugâ
Humana vani ſomnia gaudii;
Currant vt ala tardiore
Flumina, tela, Leues & Auſtri,

Quæ pulchra cælum pulchrius aſpicit
Tellure totâ quàm pereunt cito!
Velociores non per auras
Æthereas rapiuntur Euri:
Floris caduci non citius decor
Torrente Phœbi lampade concidit:
Non monte quæ decurrit vndas
Ocyor vnda fugit ſequentes.

Æui fugacis gratia ſic viget,
Vndæ gelatæ vitreus vt decor.
Si quis gelatæ fidit vndæ;
Ecce gelu obruitur refuſo.
Æui fugacis perbreue gaudium
Non finiendis vſque doloribus
Mutatur. At mundi placentis
Tantula quum mora ſit geluq;,
Mundus patenti quæ tenet in ſinu
Ceu ſomniantum gaudia concidunt
Efflata in auras. ſed ſolutò
Nonne gelu remanebit vnda?

Quicunque gaudes carpere munera
Præſentis horæ, fáſne retexere
Nil eſſe mundum, nilve habere
Laude, ſacro vel amore dignum?
Quum tot malorum formet imagines,
Audebit illum dicere quis bonum?

Quâ fronte quod prauum videbit
Quis ſtudio petet impotente?
Quæ cauſa melle vt dulcius id putet
Quod felle quouis ſentit amarius?
Cenſetne amicum quod necabit?
Quæque videt nocitura quærit?

Antiqua priſcæ monſtra ſuperbiæ
Gentis Quiritum quum videt inſolens
Hoſpes, Coloſſos, porticus, &
Marmora cum Theatris, ſtupendos
Arcus, ſequentum quæ fuga temporum,
Imbres edaces, atq; Aquilo impotens
Deiecit & muſcus, teguntque
Nunc hederæ ſimul obſoleta;
Miratur immortalia ſi bona
Hic eſſe credant tempore qui breui
Cernunt triumphatas opes, &
Tot veteris monumenta ſæcli.

Gentes coegit Gens Babylonia
Victrix duello ſub iuga maximas.
Hanc mox triumphauit pharetrâ, &
Perſa graui metuendus haſtâ.
Perſas rebellis Græcia contudit.
Sed iura cunctis Roma potentior
Orbi ſubacto cùm dediſſet;
Viribus ipſa ſuis ſubacta eſt.
Si fixa clauis regna adamantinis
Currente rerum ſic pereunt vice.
Sperare quis vitam hîc in horas
Perpetuam moribundus auſit?

Præſentis æui quæris imaginem?
Pictor rotundum pinge, precor, globumq;
Intus cauatum, quem furentes
Vſque ferant rapiantque venti;

Fronti venuſtæ cui decus addito
Quantum arte poſſis eximia memor:
Hunc ornet omnis fuſa circum
Copia frugum, & opes benignæ.
Inſculpe tales dehinc titulos globo.
Fallacis æui conſpicitu fucam;
Pictaſque fruges nec manere
Qua variis rapit aura venti.

PRÆSENTES æui diuitias, bonum
Haud negligendum cur veteres vocant,
Si poſſidenti, ſique amanti
Tot mala, tot pariunt labores?
Sed cur vocarent diuitias malum:
Virtutis ardens quæ ſtudium iuuant?
Vſum nocebunt neſcienti;
Quæ bona ſunt, bene qui ſcit vti.

MISCERI amico fœdere ſit ſimul
Noctis tenebras videris, aurea
Cum luce Solis; ſi fluentes
Ignibus hîc ſocientur vndæ:
Virtus relictis, credite, iurgiis
Tunc blandienti cum vitio manus
Pacata iunget fœderatas;
Nec veteres memorabit iras.

CVI tot multiplici tument
Monſtro colla truci? Quæ fera vertices
Tot ceruice ferox gerit:
Cui centum radiat luminibus caput
Quodq; : & cui variant ſonos
Linguæ diſſimiles: ſemper & aurium
Cui diuerſa patet cohors?
Cur veſtit viridi pectora pallio?
Cur nubes pice nigrior.
Hydræ terga ſequens triſtia contegit?

Cur

Digitized by Google

Cur tam ſtulta volubili
Feſtinat geminos nixa pedes globo:
Velox quem ſubiti rotat
Curſu præſrapido temporis impetus?
Cui mors tela ferociter
Intentata manu lethifera iacit?
O, Mundi licet impares
Formas, & fluidam hîc cernere imaginem.

SECVRA ſi quis, ſpe vagus, ocia
Fallacis æui carpere cogitat;
Si rebus illis nititur, quas
Sorte videt variare cæca:
Nixus vagantis remigio globi,
Quem fluctus vndæ, quem rotat impetus
Venti furentis: ſe per omne
Incolumem fore credit æquor.

QVEMCVNQVE Mundi cæcus amor rapit,
Illum cupido torquet inefficax.
Si dentur ingentes auaro
Diuitiæ, ſit ampliores:
Et qui cupitis gaudet honoribus,
Maioris optat præmia gloriæ:
Si non iuuabit res parata,
Suſpiciens aliena poſcet.
Nil eſt habenti cuncta cupidine,
Cui ſemper ardet pectus, auarius;
Quemq; orbe terret ſubiugato
Pauperies miſeranda ſemper.

QVEM cura triſtis, quem labor improbus
Per ſaxa, & ignes ſollicitum rapit:
Quem non morantur ſæua brumæ
Frigora, nec maris inquieti
Fluctus, vt addat gaudia gaudiis;

Vtque auctioris ſumma pecuniæ
  Accreſcant, vt votis potitus
  Vitam agat vſque beatiorem:
Quem non fatigant pondera grandia:
Qui pertinaci diffugientia
  Mercatur inuiſæ quietis
  Commoda, non ſapiens, labore:
Vt plena tandem diuitiis domus
Amplis niteſcat: quid facere hunc putas?
  Inſanus, in ſe tollit ipſum
  Tecta graui ruitura lapſu.

  Quo te, ſtulte, rapit fuga.
Velox præcipitem? Siſte, precor, gradum:
  Et virtutis Olympiacæ
Tandem verba pio pectore connota.
  Ah! non audit; & impotens
Virtutem reicit, ſurdior Adria,
  Illum quum Nothus excitat;
Aut rauca Æoliis murmura flatibus
  Nubes tollit ad arduas.
Ah! vitæ propero perſequitur breuis
  Curſu gaudia feruidus,
Ceu quum monte ferox vnda ruit: ſimul
  Ingens imber ab æthere
Nimboſo cecidit. Quid? Sapientiæ
  Spernit conſilium ſacræ.
Sic ripas fluuius diluuie tumens
  Vaſta negligit, & vago
Moles oppoſitas diruit impetu.

Mundum venuſtæ dic ſimilem arbori
Ramoſa cuius Tartareas petit
  Radix paludes; cuique denſa
  Fronde viror foliiſque ſurſum
Vernat refuſus. quæ variis placet

Diſtin-

Diſtincta paſſim floribus; aſt parit
 Fructus acerbos, atque poma
 Tabificis metuenda ſuccis.

O, qui ſalebris tingere turpibus
Fugacis æui pectus amas tuum
 Quàm blanda te fallit voluptas!
 Quo domitum violenta torquet.
Namque illa tetris vt ſemel, heu! tibi
Mentem tenebris obruit, inquies
 Te verſat æſtus, teque nigro
 Perdit atrox Phlegethonte merſum.
Sic dira nauem quum violentia
Stridentis Euri, vel Boreæ impetus,
 Iactat procelloſum per æquor,
 (Ludibrium reſonantis vndæ)
Alliſa tandem rupibus aſperis,
Ruptiſque velis remigio & latus
 Nudata quaſſatum fatiſcit,
 Atque petit maris ima ſæui.

Quum ſol fugatis exoriens diem
Reddit tenebris, quum iubar aureum
 Diffundit, obiectique montis
 Verticibus rutilum renidet:
Non finiendæ lucis amœnitas
Sperata mentem recreat; horridas
 Præſentis æui nam tenebras
 Perpetuum iubar inſequetur.

De clade claſſu Iberica.

Dura ferox Anglis quum vincla pararet Iberus,
 Indomitoſque truci claſſe domare viros:
Miſit tartarei ſcitatum oracula Ditis.
 (Sic Magica bellum tutior arte gerit.)
Huic Dæmon; *Aio te vincere poſſe Britannos*
 Et premere immani colla ſuperba iugo.

Aio

Arripit has ſordes, & ſic exponit Iberus,
Hiſpano ſubdes colla Britanne iugo.
Aſt Iber ambigua deceptus ſorte, ſecures
Anglorum metuit vincula dura ferens.
Sic regnum Croeſi & magnam peruertit opum vim
Dæmon, & Pyrrhum perdidit Æacidem.

In Tumultus Gallicos.

PHOEBVS iocoſæ carminibus Lyræ
Veris volentem munera me loqui,
Vmbraſque Syluarum virentes
Increpuit grauiore plectro.
Ne læta, dixit, rura Fauonio,
Ne blandientis delitias Roſæ,
Pronoſq; per riuos placenti
Cum ſtrepitu, ſalientis vndæ
Iucunditatem, nunc cytharæ modis
Aptare tentes, membra ſub arbuto
Florente ſtratus recreanda,
Gramineove latens in antro.
Tam luctuoſo gaudia tempore
Curis ſolutum carpere fas vetat;
Non vſitati cùm dolores
Perniciem minitentur orbi:
Qualem prioris tempora ſeculi
Senſere quondam: cum ſcelere impio
Polluta gens humana grandem
Diluuiem peritura vidit.
Tunc omne terris omnibus, heu, genus
Mortale tantis imbribus obrutum
Vnâ periiſſet ſorte, paſſim
Victima nil miſerantis vndæ.
Sed vir relictus coniuge cum pia eſt,
Cultor ſupremi Numinis integer.
Arcæ capaci clauſus aluo
Cum genitis nuribuſq; charis.

Suc-

Digitized by Google

Succeſſit iſtis orta parentibus
Terras per omnes gens habitabiles
Diffuſa, Sol quacumque Mundum
Limpidus irradiat patentem.
Lugenda chordis flebilibus mala,
Irata ſummi dextera Iudicis
Quæ mittit, vt pœnas nefandis
Criminibus meritas rependat.
Concuſſa motu Gallia ciuico
Paces quietas odit. & ocia
Vicina turbat: quin ruinam
Dum ruit ipſa aliis minatur.
Sic tecta tectis finitimis metus
Incenſa magnos protinus afferunt:
Caſura ſic damnum propinquis
Arboribus meditatur arbos.
Nec ſola bello Gallia concidit,
Sed dira cunctos cladibus horridis
Bellona mortales fatigat,
Funeribusque cruentat orbem.
Non ante ſeclis viſa prioribus,
Et Marte quouis horridior fames
Graſſata iamdudum, luesque
Innumeras vacuauit vrbes.
Præſentis æui dicere quæ Lyra,
Quæ lingua poſſit funera triſtia?
Nam quiſque menſis, nam lapillo eſt
Quæque dies memoranda nigro.
Videre triſtes Bullonium ducem
Iani Calendæ frigore pallidum
Lethæo. & extinctum dolore
Perpetuo iuuenem requirent.
Illum iuuentas. & patrius vigor,
Et vera virtus impulerat pio
Cum fratre, non ſuetos labores

Pro patria,& pietate ferre.
Sed ſupplicanti neſcia mors manu
Votis ve flecti membra doloribus
Defeſſa longis vtriuſque
Cruda rapit properante fato.
Vix vix Calendis finierat dies
Sacrata Ioui,nuntius attulit
Heroa Cleruanum fidelem
Lethifero periiſſe morbo :
Cuius modeſtis pectoribus fides
Antiqua ſedit,rebus & aſperis
Spectata ſemper,clariorque
Ambiguis nituit periclis.
Hic dum ſagaces prouidus explicat
Curas,amicis dum timet anxius
Hoſtisque dum fraudes recludit,
Quæ mala,quosve tulit labores!
Nullæ rigenti frigore territum
Videre Brumæ aut Andromedes Pater,
Et ſtella veſani Leonis,
Cùm ſegetes coquit æſtus almas.
Tantisque tamdem mortibus additæ,
Condæe Princeps,quo tua carmine
Dicenda,quo fletu riganda
Fata truci properata fraude?
Non prœliantem perdidit hoſticus
Enſis duello,claſſica cum ſonant
Armata quando militantes
Per medias rapit ira cædes,
Sed tu occidiſti,progenies bona
Magni parentis,Borbonicæ altera
Spes gentis occultis veneni
Inſidiis ſuperatus atri,
Quo delibutis muneribus ferox
Medea quondam Colchica pellicem

Eſt

Eſt vlta quo parens ſuperbis
Sæuiit imperiis Locuſta.
Has priſca fraudes Gallia neſciens
Virtute ſola & Marte potentior,
Late per obſtantes cateruas
Explicuit ſua ſigna victrix
Hinc ſordidatis veſtibus horridæ
Lugent Camœnæ, flent Charitum chori
Et cæde tamta triſtiores
Pierio latitant in antro,
Luctusque creſcit cum lachrymas ſui
Bezæ rigantes funera coniugis.
Vidére Lauru cui decorum
Aonia caput vſque ſudat.
Phœbus ſonoro dicere carmine
Cùm plura vellet conticuit Lyra,
Atque ipſe fleuit meque viſis
Talibus attonitum reliquit.

In Galliam bellu ciuilibus vexatam.

Beata quondam Gallia,
Miſella nunc, in quam ruunt
Noui malorum Turbines.
Videto, quid ſis! Non potes:
Cùm cœca ſis vt cœcitas.
Audito quid ſis! Non potes:
Cum ſurda ſis, vt ſurditas.
Semper Tyrannis ſeruies,
Nec te videbis liberam,
Iugo ſubactam Cæſarum:
Nam neminem Brutum patis.
Et quos putas ciues tuos,
Tam ſe ſimul brutos amant,
Tam ſe ſimul brutos volunt,
Quàm bruta, quæ ſenſu carent.
Quod ſi forent bruti minus,

Brutos

Brutos haberes plurimos,
Nullos haberes Cæſares.

Eadem die Dux Guiſius interfectus, quâ Rex Nauarræ natus.

Quæ te naſcentem, Rex, magni conſcia partus
Oſtendit terris, prima, Nauarre dies.
Guiſiadem ad Stygias iuſſit penetrare paludes,
Auctior vt duplici luceat vſque nota.
Nam te præſidium patriæ dedit illa ruenti
Hic ſemper cuius peſtis acerba fuit.

Aliud.

Illa dies terris quæ te tulit ante, Nauarre,
Vt columen patriæ conſpiceretve patrem.
Indignata tibi crudelia fata parare
Guiſiadem, hunc ſubito frigore iuſta ferit.
Vnius ardentes reſtinguens ſanguine flammas,
Gallorumque vna plurima bella nece.
Clara dies tanti regis natalibus, Euge
Clarior adſcito funere Guiſiadæ.

Aliud.

Quæ te (Rex) terris oſtendit prima, Nauarre
Signetur creta nobiliore dies.
Naſcentis nam fauſta prius cunabula vitæ
Quum dedit, hoc dixit non ſatis eſſe tibi.
Ne te perpetuo comitetur amica fauore,
Atque hoſtes cunctos perdat acerba tuos.
Hoc facit, vnius Lethæo flumine merſum
Guiſiadis tamdem quum rapit illa caput.

Guiſiani ſupplicij effecta.

Quum potior nuper luctantem Parca peremit.
Guiſiadem, & Stygios iuſſit adire lacus:
Illius letho ſperauit Gallia pacem
Author qui miſeræ ſeditionis erat.
Spes breuis illa fuit. Ciuis nam pallidus Orci
Cum Furiis totum nunc Acheronta mouet.

Aliud.

Aliud.

Guiſiade extincto cur Gallia tota tumultus
Maiores renouat ſæuius atque furit?
O demum infelix nunc Gallia terque quaterque!
Hac tibi debuerat morte redire quies.

Laus Specillorum.

Hic laudis meruit decus perenne,
Qui vitri geminos nitentes orbes
Primus, eximiæ Magiſter artis,
Naſis turgidulis micare iuſſit
Pendentes, vitreis nouisque ocellis,
Ceu bina face ſolibusque binis,
Vel ceu ſplendidulis iuuare flammis
Languentes oculos tenebricoſos,
Annoſos ſimul atque lippientes,
Doctus: quum ſenio retuſus hæret
Viſus, pupula quum ſtupet tenella
Morbo debilitata ſæuiore.
Artis qui Medicæ peritiores
Machaon, Podalyriusque frater,
Illorumque parens vel ipſe Chiron,
Auſi temporibus prioris æui
Herbarum varias docere vires,
Et collyria Lumini tuendo,
Neſciuere vitri micantis vſus.
Hic ſparſos oculi coërcet ignes,
Extinctos reuocat, nouo & latenti
Sopitos vegetans vigore ſenſus,
Et longo recreat labore feſſos.
Vitreis oculis nouis gemellis
Gemelli iuuenum vigent ocelli,
Gemellique ſenum vident ocelli.
Nunc vos luminibus meis miſellis
Certam fertis opem benigniora
Veſtris lucidulis ſpecilla flammis.

Sic Phœbi, Charitum, & nouem ſororum
Intereſſe mihi licet choreis.
Sic clarâ licet eruditione
Semper voluere nobilis libellos.

De Culice Globulo ſuccino ſiue Electro incluſo.
Ad I. Baptiſtam Rothanum.

Si tecum mihi nunc licet iocari,
Et nugas dare nobiles amico,
Salesque innocuos facetiasque:
Defuncti Culicis, Rothane, Manes
Mitto pallidulos minutulosque.
Rides? Limpidula videre fas eſt
Iamiam (ni tibi lippiant ocelli)
Illos molliter vrnula iacentes:
Annoſam nec opus tibi Sibyllam
Aureos prius indicare ramos:
Nec tentare Magi furentes artes,
Vt cernas Erebi latentis antro
Vmbras lucidulis volare pennis.
Hic non Phidiaca manu toreuma
Cælatum nitet, aut imago ludit,
Qualem vel ſpeculi remittit æquor,
Vel fingit placida quiete ſomnus,
Vel pictor varia figurat arte.
Hic non illicitis manere iuſſus
Pithon carminibus ſtruit doloſas
Sortes, Tartareove fallit aſtu.
Hic veri Culicis nitente gemma
Veras relliquias vides ſepultas,
Qui quondam Heliadum fluente rore
Vnaque implicitus repente gutta,
Viſcoſo riguit gelu peremptus.
Huius magna Themis necem cruentam
Et caſus ſubitos miſerta iuſſit
Vt quæ lachryma ſæuior necarat

Illi

Illi perpetuum foret ſepulchrum:
Quale non Phariis vetuſta fecit
Ægyptius Ducibus: vel ipſa Caris
Artemiſia manibus mariti:
Cedat Pyramidum labor ſuperbus,
Et quæ ſplendida nunc premunt ſepultos
Reges marmora: quos nefas videre,
Quos tempus, caries, ſitusque perdit:
Quos nec balſama vindicant odora,
Nec ſeruant Alabaſtra fœta Nardo,
Nec quod mittit Arabs & Indus vnguen.
Sed totus patet hoc Culex ſepulchro
Auri ſplendidius micante lamna:
Cui nec dente poteſt nocere triſti
Tempus, nec caries, ſitusve turpis.
Tam belle Culici queunt ſepulto
Reges, ſi licet inuidere tantum.

Nouao, Reduci.

Quis clauſtra tetri carceris abdita,
Quis vincla tandem rupit ahenea,
  Plures quis amiſſum per annos
  Reſtituit reducem Nouæum?
Nam te cauernis luce carentibus
Vinctum ſeueris excubiis Iber
  Horrens tenebat, ne ſolutus
  Damna ſuis metuenda ferres.
Non tutiori carcere Virginem
Seruaſſe prudens Acriſius pater
  Fertur, nec audacem catena
  Pirithoum grauior repreſſit.
Sed qui ſupremo Numine temperat
Orbem, timores riſit Ibericos:
  Cuſtode quum iuſſit remoto
  Clauſtra patere tibi recluſa.
Sic liberatum nunc precibus piæ

Gentis Nouæum reddit amabilem:
　Vxoris & charum redonat
　Fletibus egregiæ maritum:
Qui magna ferret commoda patriæ,
Qui damna pulſis adderet hoſtibus
　Dicenda, bellorum peritus
　Milite ſeu duce vellet vti.
Qui ſceptra Princeps Gallica ſuſtinet.
Fœcunda culpæ ſecula nobiles
　Odere veros, atque honore
　Non merito decorant inertes.
Te cura Chriſti prouida recreet
Reddens ſolutis compedibus, noua
　Virtuteque auctum nunc amatis
　Auxilium gregibus futurum,
Ardens recentis quos rabies Lupi
Terret pauentes, quum ſtabulis malum
　Quæ diſſipatos nunc receptant
　Sæuior exitium minatur.
Tu qui potenti Numine ſupplices,
Iniuſta rumpens vincula, liberas,
　Serua benignus reſtitutum
　Poſcimus incolumem Nouæum.

Threnus in eundem mortuum.

Si, Muſa, longos Treicio licet
Sonare planctus pectine, ſi lyrâ
　Mœrente concedis decoras
　Nobilium lachrymare mortes:
Nunc linque Pindi culmina: nunc leues
Omitte riſus, & Charitum iocos.
　Lugubre carmen, næniasque
　Funereas, memoresque triſtis
Effunde fletus. Occidit, occidit,
Heu! gentis ingens Francigenæ decus
　Noæus Heros. Hunc cruenti

Vic

Vis rapuit truculenta Martis.
Hunc luctuoſo perdidit impotens
Bellôna tandem funere patriam
Seruare dum tendit ruentem :
Dum validis metuendus hoſtes
Propulſat armis : & Lotharingicos
Faſtus retundit fortis,& impias
Rebelliones,& ſceleſtis
Fœderibus ſociata tela :
Aut ſemimauræ ſigna Tyrannidis
Infeſta frangens,non ſinit impiger
Ignota crudeles Iberos
Indomitis dare iura Gallis :
Nec ſceptra Francis Principibus rapi,
Vt turpe regis Barbarici iugum,
Duras-ve formident ſecures,
Et rabidas violata leges.
O tanta longis funera fletibus
Rigaret omnis Francia mœſtior,
Tantosque lugêret reponens
Marmoreis cineres ſepulchris.
Fatalis atque,heu ! perfidiam domus,
Auroque bellum concitum Americo
Vitaret execrata ciues
Fœdifragos,rigidumque plebis
Stultæ furorem,riteque Principes
Datos benigno munere Cœlitum
Timeret,optandas duellis
Anteferens bene cauta paces.
Sed faſcinata mente ſuas ferox
Ridet ruinas : atque oculis ſuum
Siccis cruorem per relictos
Læta videt fluitare campos,
Ruptas & vrbes. Sic Telamonius
Furebat Aiax, quum proprios greges

Digitized by Google

Mactauit inſanus ſuoque
Se miſerum iugulauit enſe.
Talis reuerſum Tartareo ſpecu,
Monſtriſque cæſis pluribus Herculem
Vexabat error ſæuientem,
Quum ſcelerum domitrice clauâ
Natos placentes, & ſociam tori
Gauderet olim perdere, ſe ratus
Ferocis inuiſam Tyranni
Marte domum violare iuſto.
At quum ſepulcri Gallia nunc bonis
Dignos honores ciuibus abnuat,
Clarumque virtutis nitorem
Dente premat furibunda nigro:
Muſæ Noæum carminis alite
Vectum canoro pòſt venientibus
Monſtrate ſeclis: nec ſileri
Ferte virum, memoranda belli
Quem facta clarant, Regibus & fides
Seruata Francis, candor & integræ
Mentis modeſtus, quæque dulci
Pro patria, & pietate vera
Inuictus acri pectore pertulit:
Quum miles illum carcere Bæticus
Arcti fatigauit retentum
Compedibus, validiſque vinclis.
Illi ſuperbum ponite cæſpitem,
Buſtumque picto marmore clarius:
Feracis Ægypti quod alta
Pyramidum monumenta vincat.
Quod nullus imber non Aquilo impotens,
Celſoque miſſum fulmen ab æthere:
Aut flamma diſperdat vel hoſtes
Sanguinei rapidúmve tempus.
Virtus ſuauis murmure Barbiti

Lauda-

Laudata viuit, factaque poſteri
Liuore mirantur perempto
Pieriis celebrata chordis.

Ad Paullum.

Quod tibi non ſapiunt aliena poemata, Paulle,
Non mirum eſt, aliis nam tua nil ſapiunt,

In Coniugium impar.

Plaudite, nam vetulæ iuuenem ſors æqua maritat:
Ille etenim vetula eſt dignus, vt hæc vitulo.

In Gallum, ſubinde rationem ornandi capitis mutantem.

Quum toties barbam atque comam, mutetque Galeros,
Vnum quis Gallo dixerit eſſe caput?

In quemdam Maledicum.

Qui meos blateras nitere verſus
Magni verſibus aureis Horatî,
Sic poſſis mihi ſemper inuidere.

Ad Rixoſos coniuges, & pari nequitia præditos.

Perditus es, coniux tua perdita: moribus ambo,
Nequitia, vitiis, improbitate pares.
Quum ſit idem ingenium vobis, mirabile dictu eſt
Tanta quod in veſtro iurgia coniugio.

Vox Cratetis Mileſii.

Quæris, inuenire difficile quid ſit?
O quam difficile eſt, ſenem tyrannum!

Sat cito, ſi ſat benè.

Hoc ſatis eſt, metam maturo attingere curſu.
Quæ ſatis acta bene eſt res ſatis acta cito eſt.

Iphicratis dictum.

Vallaret vigil hoſte non propinquo
Cur caſtra, Iphicrates rogatus, inquit:
Non eſt vox digna, Non putaram.

Senectus.

Dulcia præteritæ ſenium ſic gaudia vitæ
Penſat, vt aprici commoda veris hyems.

STEPHANI IODELLII PARISIENSIS.

In obitum Bordini, procurat Regii.

QVi patriæ vigil vſque fuit, dormiuit & vſque;
Nunc obitu verè dormiit ecce ſuo.
Vix differt à morte ſopor. nam viſus vbique
Hic dormire, ferè viſus vbique mori eſt.
Quin ſubitò ſomnoque cadens fatoque, ſoporem
Eſſe putet potius, quam putet eſſe necem.
Quæſitumque ſuis (nec enim tunc æger habetur)
Dormiat, an vigilet; viuat an ille cadat.
At longum nobis vigilat per ſcripta, per acta;
Supremus nequiit quæ ſepelire ſopor.
Semper & exſtinctus credetur viuere, viuus
Qui falſo nobis creditus vſque mori.

In vmbram Simonis Arcurii.

Tu quoque digna polo, cœleſtibus, vmbra, colonis
Addita, quo ſtudium ſtudio, quibus ipſa rependi
Votis vota queant? ecquid tibi grata iuuenta,
Ecquid cum gratâ tibi virque ſenexque iuuentâ,
Verſibus his iam rite paret, det, conſecret, audis?
Arte lyræ, validiq; Senex qui fingitur arcus
Arte potens, patre Saturno qui natus (in acrem
Dum Saturnus Equum ſe vertit) quadrupes imis
Partibus, at ſummis vir erat; cui mater alendum
Silueſtri Thetis Æacidem commiſit in antro:
Hic, duodena ſuos per quæ Sol aureus annos
Obliquâ rotat vſque viâ, inter ſigna receptus
Fertur, Orionius caudam quà vibrat aduncam
Scorpius, & Phrygiâ Capricornus adultus in Idâ
Cornua protendit, mediumque Chirona patenti
Hunc ambo cepere loco. micat ille minutis

Ignibus,

Ignibus & iam iamque ferè fugiente ſagittâ,
Et tenſo, rigidis quem curuat viribus, arcu
Armatur; facit vnde nouum ſibi nomen ab arcu.
Aſt ea quâ quondam puer eſt formatus Achilles,
Cura vigil, ſi ſemiferum inter ſumma locauit
Aſtra ſenem; quanto fueras magis ipſe, peractæ
Poſt vitæ ſpatium, nitidi ſuprema locandus
Inter ſigna poli, ſtellis ſignandus & aureis,
O tu docte ſagaxq; ſenex, cui fecerat Arcus
Nomen, vt æthereis poſſes quoque lapſus ab aſtris
Arcitenens credi? verum maiore vel arte,
Vel curâ ſolerte magis, veroque labore,
Non vnum, ſed & innumeros Heroas alendos
Suſcipiens, pueri longè ſuperare magiſtrum
Viſus es Æacidæ. Noſtræ ſed vana Camœnæ
Hæc vatum fugiant veterum figmenta: relictis
Mortales nulli fiunt noua ſidera terris.
Humanas æterna manet poſt funera mentes
Vita, nec exanimis noſtris torpeſcit imago
Sidereis adfixa polis. Expertia vitæ
Sidera ſunt, orbis vel ab huius origine ſummi
Imperio formata Iouis, diſperſaque cœlo.
Aſt animæ cœleſte genus, iam mole ſolutæ
Corporeâ, primos pennis citioribus ortus
Auctoremque Iouem repetunt; cœloque Deoque,
Ac ſenſu vitaque ſimul potiore fruuntur:
Pernices ni forte grauent teterrima pennas
Crimina, lethifero queis demergantur Auerno.
Ergo poſt actum terris tibi rectius æuum,
Iam ſenſu meliore, Deo, placitoque potire,
Vſque polo; teneræque lubens gratare iuuentæ,
Hoſpitibuſque leueis opta procul omnibus alas,
Terra quibus tam cæca, quibus fugiatur Auernus.

Manes Iacobi Balleguerii.

Innumeros inter, tulerat quos Martia quondam

Roma, Daces natos fera prorſus ad arma ſuoque
Marte velut genitore ſatos, victricibus omneis
Frondibus implicitos caput, haud minus attamen almæ,
Vt decuit genus Æneæ, pietatis amantes?
Hi laudemque decuſque ſibi nomenque perenne
Præcipuè fecere ſuâ qui ſponte, vocati
Reſponſis ſigniſue Deûm, patriæque ſalutem
Vel pretio vitæ, ſe vltrò damnantis, ementes,
Deuouere pias animas, ſoboliſque, torique,
Oblitaſque domus, angore metuque vacantes,
Contentas, pietate ſuâ, famaque ſequenti,
Ac vitam vitæ damno breuis inſtaurantes.
Sic Decii, pater, & ſoboles patre digna, ſupremi
Hoc fati ſubire genus; ſic acer & heros
Quem non aſpectu horribilis terrebat hiatus,
Deuotum ſimul abſumpturus equumq; virumq;.
At vitam lethumque meum qui norit, eorum
Cur me non ſimilem putet, heu, ciuilia gentis
Bella diu noſtræ nimis impia bella ſecutum?
Qui noſtrum patriæ voui quocumque cruorem
Occurſu, totieſque mihi necis obuia vidi
Fata meæ, nec viſa tamen diſcrimina ſenſi;
Lumine pectoribus penitus cedente, ſimulque
Spe vitæ mortiſque metu cedente valori.
Heic non Romuleis committitur inclita pilis
Pugna, virûm quæ corda, manus & robur & artem
Arguat; at breuibus (diri proh temporis artes!)
Tormentis, quæ lethiferos reuomentia plumbi
Flammiferi globulos, crebris loca grandinis inſtar
Ictibus, ac fumo tetrum tunc ſulphur olenti,
Atque inter fumos rutilâ ceu fulgure, flammâ,
Horrificiſque leueis implent ſtridoribus auras;
Implent corda metu, multoq; cadauere læſi
Arua ſoli, plectente nimis Ioue vindice duros
Terrigenas, non iamque ſuo, ſed fulmine noſtro,

Nam

Nam quid longa magis, patulis quid hiantia dicam
Orbibus hæc tormenta? Iouis dum fulmina ceſſant,
Nec terris etiam poſſunt ſatis eſſe piandis,
Hæc in nos nobis Superi fabricanda dederunt.
Talibus ergo feris (quæ tot modò fulmina torquent)
In pugnis, rigidumque virum, fortemque, trementem
Nil penitus, mors certa, manet: præſenſque videri
Parca queat vbicumque ferox; validiſque lacertis
Intrepide quoque vana manet fiducia menti.
Sic ego continuis caput obiectare periclis,
Ac nullam effugere oblati certaminis anſam
Dum volui; ſemperque meæ dum prodiga vitæ
Corda gerens, riſi cæcæ tot fulmina pugnæ.
His tamen haud dubiè pretium adiecére decuſq;
Artifices Phidiæ Praxiteliſq; manus.
Et vos noſter item, veſtris qui talia Manes
Debuimus meritis, ante colebat amor.
At tam laudato nunc laudatore beatos,
Credite, duplus amor, duplus & auget honos.

Cyriaco Herdeſiano, Iuriſperiti lauream apud Rauracos adepturo.

Præmia quod Themidos ſpondent ſolennia Myſtæ,
Et ſchola quæ à Regnis nobile nomen habet:
Tenue bonum, meritiſq; tuis minus eſſe putamus,
Et gentile domus Herdeſiane tuæ.
Sed quoniam virtute artes atque artibus ornas
Virtutem, & verè, quod petis, intus habes;
Hoc tibi grande bonum grator magis: id licet ipſum
Sit gentile domus Herdeſiane tuæ.
Ergo parata bonæ cape lætus præmia laudis,
Lætior at laudem, quam petis, intus habe.

Franciſci Lanoi fortiſſ. Ducis epicedium.

Nempe cani virtus pietaſq; Æneïa verſu
Meruit Maronis vnico.
Euge aliquem, veri afflatum ſed Numinis aurâ,
Reddat Maronem Mantua:
Quem laudes, Lanôe, tuas, tua dicere facta
Fas gloriæ ſinat tuæ.
Quid tamen inſano iuuat indulgere labori,
Immanibusque iurgiis?
Quid laudes, Lanôe, tuas, tua dicere facta
Certamus, ô Vatum chori.
Carmina quid proſint? Promittunt carmina famam,
Æternitatem carmina:
Ipſa canit populos Lanoum fama per omnes,

Parentat ipſa Æternitas.

Gul. Salluſtio Bartaſio, poeta Gallo incomparabili. epicedium

His, fateor, nemo exſuuiis inſcribere honorem,
Aut pater Aonii debuit ipſe chori.
Gratia ſed quoniam taciti prope nulla doloris;
Neu videar mœſtus non maduiſſe genas,
Audiat ecce gemens etiam me turba gementem,
Eccce meus vano munere peccet amor:
Et titulus ſaltem eſto, Bona ſuper æthera fama
Notus eget nullo, qui iacet hic, titulo.

Gulielmi Miloardi tumulo.

Quid virtus quid cana fides, quæ proxima cœlo
Sit Pietas, Veri genius quid poſcat & Æqui,
Noxia quo noſcenda modo, quo recta Voluptas,
Quæ ratio aduerſis & quæ ſeruanda ſecundis,
Quid patriæ telluris amor, quod deniq; ſancti
Iudicis officium, quis opum quiſve vſus honorum,
Quæritis æterno nimirum ſecla labore:
Et magnam vanumque ſophos iuueneſque ſeneſque
Pulpita conferti circum argutiſſima iactant.
At ventura mihi & præſentia credite ſecla,
Credite, (nulla mihi ſimulatæ præmia laudis)
Id docet omne ſuæ Miloardus imagine vitæ.

Franciſco Hotomanno I. C.

Huiccine vos tumulum molirier? huiccine famam
Viro apparare, Rauraci?
Irritus, ô, propriæ accendunt niſi præmia laudis,
Amor laborque, Rauraci.
Prona fides dicto: nam cui Virtuſque Pudorque
Vaſtum reclusit æthera,
Qui Themidos pius Antiſtes, qui grande togato
Exemplar extat ordini,
Qui fera diſſidiis, longoſque experta tumultus,
Silentio plectit fora,

Qui

Qui carie & fœdis expurgat ſordibus artes,
Reparatque priſtinum decus;
Cui recti verique tenax facundia ſæuis
Stetit periclis fortior;
Qui iura aſſeruit patriæ,ſacroq;profanum
Fulmen reuicit fulmine;
Credite,qui tumulum memorisque encomia famæ
Viro apparatis,Rauraci.
Huic tumulum Tellus famâ auſpice tota miniſtrat,
Tethys miniſtrat vtraque.

Nicolai Pithæi memoriæ.

Vnam animam,vnum animum viſus Deus,osq́, dediſſe.
Vnum gemellis fratribus:
Et lare conſortes vno; ſine felle,ſine irâ
Vixêre luſtris quindecim.
Sæpe ſalutantes potuit pius error amicos,
Sæpe audientes ludere:
Denique fraternum corpusve animumve doloris
Vis fortè ſi qua perculit,
Haud mora fraterni (dictu mirabile) fratrem
Senſus doloris perculit.
Penè etiam ſuperaret vter,ſuper æthera ſanctum
Vter auolaſſet,hæſimus.
At rapuêre tamen fata vnum,myſtica fata
Variaſſe conſtat hactenus.
An fratris magna in magno patientia luctu
Exemplar vt ſit nobile?
Miremurque ſui mediâ quòd parte reuulsâ
Viuit ſuperſtes hic ſibi?
Nempe iſtas cœleſtis alit fiducia vires,
Et ille dat vitam dies;
Ille dies,penitus qui mutua vincula nectet
Germanitatis intimæ:
Ille dies,ſperat quem perdius affore frater:
Maiore quum miraculo

Idem vnas ſuperis Deus olim in ſedibus ædes,
Non vna ſed per ſecula,
Vnas ſpondet opes, decus vnum, vnamque gemellis
Beatitatem fratribus.

Anton. Saraceno epicedium.

Hoſpes, inexpletis ſquallentia luctibus ora
Qui Ciuitatis adſpicis,
Atque alios olim imminuat cùm longa dolores,
Vt aſperat noſtrum dies;
Fortè viri non fata, magis ſua damna videri
Putes gemenda ciuibus.
Non ita, ſed veri genius quod ſuadet amoris,
Quod priſca luctus indoles,
Crede hoſpes meritum ſic nos ſacramus honorem,
Sic fungimur munus pium.
Res quoque noſtra tamen (nam quid manifeſta fateri
Ceſſamus ô diſpendia ?)
Res quoque noſtra agitur, ciuiſque in funere funus
Heu Ciuitatis adſpicis.
Sed nimis edocto bellis feralibus æuo
Mos prœliorum cognitus,
Idq; opus in magnos quàm magnum eſt Martis & artis
Molirier ferrum duces.
Denique quem ingenerat Natura parentibus orbis,
Superſtitibusque liberis,
Quem pius amiſſa longum haurit coniuge coniunx,
Charave turtur compare;
Idem defixos Saraceni in funere ciues
Purus putus tenet dolor.

CL. Puteani epiced. ad Chriſtophorum F.

Ergo ſacrum, Puteane, patri meditaris honorem,
Debitaque in numeros cogere verba iubes.
Obſequor; At pietas (tædet niſi vera fateri)
Impia penè tua eſt, impia penè mea eſt.
Ipſi namque ſuis titulum incidêre ſepulcris,

Qui

Qui ſophia, & veris qui meruêre bonis.
Nec dum vita manet, nec poſtquam vita receſſit,
Neſciri Heroas fama fideſque ſinunt.
Denique pauca parens, pauca omnis neſcia pompæ,
Verba ferat, *Situs eſt hac Puteanus humo.*
Nomen vbi nouit, ſi quis non cætera nouit,
Hoc quoque quod nouit noſcere ineptus erat.

Gul. Ranchini memoria.

Et vetus extinctos & noſter poſtulat vſus
Lugere natos Principum:
Natos, qui populis iuſtam horrorisq; metusq;
Cauſam miniſtrant ô nimis;
Et quos extingui, ſcelerum dum meſſis in herba eſt,
Res ſæpe poſcit publica.
Mos prohibere choros, luſus, conuiuia, ſolæ
Impunè ſint vt lacrymæ.
Iuſtior ille meus vah! quantò iuſtior ille eſt,
Ranchine, te ſuper dolor.
Te Ranchine ſuper nullo denaſcier æuo
Quem res volebat publica.
Quid mage Erectheidum tellus doctumve probumve,
Aut Roma vidit vtraque?
Quid ſcriptis, Ranchine, tuis, quid gratius oris
Erit, fuit, facundia?
Et potuiſſe oculis bona tot (miſerabile dictu)
Repente noſtris eripi?
Ipſum auget culpam lethi genus: hinc quoque dici
Ambiuit atrox Atropos.
Opprimitur trabis exiguæ ſub pondere, cuius
Fert trabea pondus maximum,
Tot curam populis promiſſam iuris & æqui,
Et ſi quid vſquam celſius.
Eheu quid tutum mortalibus? anne virum vi
Tantum interire tantula?
Ite Sophi, cunctosq; viro à ſapiente doloris

Auferte ſenſus, ſi lubet.
I Themis, & ſpatiis ipſarum denique certis
Conclude luctus coniugum.
Hæc tamen æternis nimirum æterna querelis
Fas damna noſtra plangere.
Nil iam verba iuuant: tantum lenire dolorem
Idoneus tantùm dolor.

Nic. Delarchi epiced.

Ante patrem natos quis credat viuere? viuit
Ante patrem ſoboles Derlachiana tamen.
Quàm bene, quod luctus minuis ſic, puppe paternos
Magnus tam ſubitò qui modò paruus eras.

Gul. Stuckii memoria.

Vera, ſeuera, loquor: commendant oppida ciues
Sæpe ſui; ciues oppida ſæpe ſuos.
Quàm bene certaſtis, Stuki, quòd laudibus æquis,
Patria teque beans, tu patriamque beans.
Quantum adeò quãtum gemmæ aurum, gemma vel auro,
Tantum vrbi fueras tu decus; illa tibi.
Nunc quoque ſidereis adſcitus ſedibus hoſpes
Sideribus magnum tu decus; illa tibi.
Cauſſa parentantem talis ſolatur amicum,
Et potis eſt fletus ſiſtere ſola meos.

Episced. Vrbani Pagnini.

Qui temerè aggreſſus magnam tranare paludem,
Pars etiam magnæ parua paludis ego.
Pars tamen ad Superos vehimur non vltima portus,
Fitque polus nobis, quæ fuit antè palus.

Philiberto Sarraceno.

Nomine auum, Philiberte refers, ſic ſueta vetuſtas:
Quod facis, ingenii laude referre, nouum eſt.

COR-

CORDERII LEPIDI LINGONENSIS.

Pacata quamuis reip. ſe immiſcere periculoſum.

PAcato facile eſt cuiuis ſe immittere ponto,
Quem tamen inuitum ſæpius vnda tenet:
Arbitrii fortaſſe tui ſic publica primò
Res fuerit, nullo quam prohibente petis.
Sed reuocare gradum, heic labor eſt. quis te ſemel actum
Hoc pelago iuris ſpondeat eſſe tui?

Fortuna Virtutem ſequitur.

Vt nunquam à recto Fortunæ tramite aberres;
Virtutis mediâ te decet ire viâ.

In degeneres.

Heic vbi ſiderei radiantia lumina Solis
Aurorâ primos dant veniente dies;
Eſt hominum genus obſcœna cute, corporis atri;
Nigrantes alios dixeris Æthiopas.
Tales ſunt claris orti natalibus, atra
Qui patrium obſcurant proditione decus.

Coacta libertas.

Ante arces ſtructas, & mœnia turribus aucta,
Liber erat populus, liberum & imperium.
Principis incauti poſtquam præſaga mali mens
Commenta eſt populi ſubdere colla ſui;
Diuiſis animis, & rupto fœdere pacis,
Diuiſa eſt toto funditus orbe quies.
Fortunati ambo! cùm plebs nulla æmula pœna,
Sponte colit Superos, & colitur Superis.

Non ſemper erit.

Inuidet ipſa ſuis vaga Sors conatibus, & quos
Erexit, propria deſtruit aucta manu.
Tu qui ſceptra tenens ſolio dominaris ab alto,
Et timidis populis iura verenda facis.

Ipſam

Ipſam crede Deam verbis tibi dicere noſtris;
  Non ſemper ſolido ſtabis in imperio.

Auritus iudex.

Cœca, ſed auditu præpollens Talpa ſagaci,
  Iudicis eſſe tibi vera tabella poteſt:
Iudicis eſſe, inquam: iuſti auſcultator & æqui
  Si quis amicitiæ haud reſpicit, aut opibus.

Æquitas iuſtitiæ moderatrix.

Quam gerit ex plumbo confectam Lesbia normam,
  Eſt Æquitatis regula.
Vtque æquat paria imparibus, quadrata rotundis,
  Se corpori vſque accommodans:
Sic moderata loci, perſonæ, temporis vſus,
  Eſt Æquitas iuſtiſſima.

Oculus Iuſtitiæ

Quod ſolus peccas, quod dono noctis opacæ
  Contegeris, facti conſcius ipſe tui;
Non curas homines? tecum eſt qui ſemper vbique eſt:
  Te videt, in tenebris qui videt, atque notat.

Plus in receſſu quàm in fronte.

Stat domus hæc paruo tenuis neglecta paratu,
Obtutu primo. poſt tectis tota ſuperbis,
Ad cœlum attollit magno ſi regia faſtu.
Talem ſe Virtus primo ſpectantibus offert:
Ante inculta iacet: quod ſi, quos alta receſſus,
Et quas condit opes. hominum mens cœca videret;
Quantos illa ſui ſibi conciliaret amores!

Concordia.

Diuerſis fluuii manantes partibus, vno
  Diſſimiles ſeſe flumine conciliant.
Diſſimiles vno ſic coniunguntur in alueo,
  Vt ſeruent proprias alter & alter aquas.
Fluctibus inter ſe nec agunt, nec murmura miſcent:
  Diſtinctis placidè nec gradiuntur aquis.
Diſcite, ni pudor eſt, exemplo hoc diſcite fratres,

Con-

Concordes vnâ poſſe manere domo.

Symbolum Mortis & Amoris.

Incedunt celerique gradu, & fallacibus armis,
Ambo venenatâ cuſpide Mors & Amor.
Ambo pharetrato fallaci cuſpide tergo:
Mors nulli parcit; nec quoque parcit Amor.
Mors nuda eſt; eſt nudus Amor. quis vicit Amorem,
Aut Mortem? hæc cœca eſt: eſt quoque cœcus Amor.
Si bene vim Mortis, ſi vim bene cernis Amoris,
Verus Amor dices, eſt quoque Mortis Amor.

Innutritus armis, bellator.

Herculis in duro iacuerunt membra cubili:
Infanti clypeus nempe cubile fuit.
Si quem forte paras bello componere, in armis
Accipiat vitæ prima elementa ſuæ.

Tyrannus.

Dum ſuperimpoſito librat ſua pondera ſaxo,
Totum aſinum miſeris torquet agaſo modis.
Cur potius, demens aliquid de parte ſiniſtrâ,
Æquato lateri non leue ſtrinxit onus?
Omnibus in damnum æquatis, praui quoque reges
Vrgent perpetuo colla premenda iugo.

Damnum vnius, alteri commodum.

Vnius proram Boreas remoratur in alto,
Alterius puppim dirigit, atque iuuat.
Hæ ſunt humani leges moderaminis, vni
Quod nocet, alterius commoda proſequitur.

Modeſtorum ira feruentior.

Ponto triſtius eſt nihil,
Cùm venti quatiunt aëra turbidum.
Atqui mollius eſt nihil,
Cùm torpet, mediis & ſine fluctibus,
Æquat planiciem ſuam.
Pacatos animos ne temerè excites,
Quorum eſt ira potentior.

Scele-

Scelerum inueſtigator ac vindex.

Cæruleos auidè ceruus depaſcitur angues,
  Vlla nec eſt illi præda petita magis.
Vipereum ante alios genus inſectatur, & ipſum
  Olfactu è latebris commodiore trahit.
Principis officium eſt vitiorum indagine recta,
  In prauos, populi vertere damna, reos.

Sodalitatis auxilia.

Ceruo debilis eſt ceruix: hinc quando neceſſe eſt,
  Coniuncti tranant ſalſa fluenta greges.
Alter enim alterius ceruicem clunibus infert;
  Vt ſimul alterna quiſque iuuetur ope.
Omnibus in rebus fido ſocieris amico:
  Conſiliis etiam ſit comes ille tuis.

Diuitiæ Philoſophantis graues.

Luxuriat paſſa volucris Iunonia cauda,
Pennarum ſtudio & pulcræ ſibi conſcia formæ.
Tam ſpecioſa tamen nulli cauda apta labori.
Remigio alarum grauis eſt, & inutile pondus.
Diuitiæ ingentes obſtant animique volatum
Impediunt celeri ne ſe ſuper æthera penna
Tollat humo, & ſuperas latè ſpacietur in auras.

Ad Carolum Gonzagam.

Ancipitem traheret cùm me beneſuada Thalia,
  Gonzagæ ad nitidos officioſa lares;
Attonitum hærentemque diu ſic Muſa refecit,
  Languentesque animos auxit amica comes.
Non te multorum conturbet nomen auorum,
  Non generis ſplendor, nobilitasque domus.
Phœbi nulla magis facies ſe blanda ſerenat,
  Quàm cum Phœbæis ille ſerenus agit,
Nulla magis totas pandunt palatia portas,
  Nulla magis totis poſtibus aula patet.
Ergo Palladios intrabis quando penates,
  Dic quibus auſpiciis, quo duce iuſſus eas.

Quan-

Quantum dat Phœbo, tantum dabit ille Mineruæ,
Phœbææ princeps, Palladiæque togæ.

Ad lectorem.

In noſtros Venerem volui concurrere verſus,
Ne meliore ſui parte careret opus.
Ergo vocata, Deas vt reſpicit illa decentes,
Quæ ſua nudato corpore membra ferunt;
Venit, ſed Phrygio qualis cum præſide palmam
Optaret formæ conſpicienda ſuæ;
Nuda proterua, procax, petulans; vt proderet omnes,
Quotquot ſunt Veneres in Venere, ipſa Venus.
Si tamen eſt Venerem qui non probet adfore nudam.
Cum Gratiis Venerem qui probet, alter erit.

De vicinæ puellæ.

Iulia me vellet. vellem te, Paulla. quid obſtat?
Par mihi neutra. nimis hæc habet; illa parum.

Ad lectorem nimis candidum.

Mellitas rerum facies, & dulcia verba,
Carminaque Alpina candidiora niue;
Et cæruſatos populari fæce libellos,
Hæc ſunt quæ ſolidè, candide lector, amas.
Si quos ridiculè nigro ſale Momus amores
Condierit torua reſpuis aure ſimul.
Sed tamen iſta nimis iam candida carmina candent.
Sæpius etiam nimius, candide, candor obeſt.
Diſparibus collata ſuis contraria gaudent:
Si nil fellis habes, nil quoque mellis habes.

Diuerſa amatorum ingenia.

Vult heic formoſam, vult alter diuitem habere.
Luxuriæ ille magis, plus habet iſte gulæ.

Hydropici uxor impragnata a medico.

Venerat ad medici famoſi pharmaca quidam,
Cui formoſa tamen femina pauper hydrops.
Vir (quod mireris) demiſſo ventre receſſit
Sanus, proque viro femina manſit hydrops.

Ad

Ad Lucretiam.

Laudari debes Lucretia ſi qua ſit vnquam
Inter honoratas laudibus acta nurus:
Alterius quod paſſa viri veſtigia per vim,
Mens ſceleris vindex manſit,& vlta virum eſt.
Viuet enim obſcuris ereptum nomen ab annis,
Et,quantum in terris Roma,perennis eris.
Sed quid & infandum miſiſſe in viſcera ferrum
Iuuit,& immeritas cæde luiſſe manus?
Scilicet illa fuit ſtupro mors ſera peracto:
Aut non debueras,aut prius ipſa,mori.

De ſe.

Cùm Muſis operam do,cùm Puellæ:
Libris incubo nonne,liberiſque?

Amatorium.

Non deſperet Amor,ſi quæ gerit arma pharetras;
Numinis effundat ſpemque metumque ſui.
Arma alia,infixas cordi gero namque pharetras:
Non minus illa ſui,quam ſua,fellis habent.

Tuque per æquoreas præſes Neptunus arenas,
Quid tibi ſi pereant,quas regis vnus aquas?
Namq; nouum Oceanum atq; alias dare poſſumus vndas:
Mille oculi lacrimas,flumina mille dabunt.

Quid facies,Vulcane,tuis fornacibus ignes
Si deſint ſoliti? túue manebis iners?
Eſt quoque quod ſperes,noſtrum nam concute pectus:
Ardet in aſſiduo,quem dabit,igne,tibi.

Æole,da veniam ventis; tua damna leuabo:
Quid niſi ſunt nebulæ,quid niſi & aura leuis?
Quos gemitus,quæ longa trahens ſuſpiria mitto,
O quàm ſunt ventis aſperiora tuis!

In maledicum cæcutientem.

Peſſimus iſte quàm malè videt!

At peius habet, quod maledicit.
Tertium eſt illi, malè vt audiat.

Ad Siluiam.

Triſtis agens medios iam Siluia laberis annos,
Intacta, & Cyprii neſcia mellis adhuc:
Quâ tamen in tota fuerat veneratior vrbe
Nulla ſuas cùm ver explicuiſſet opes.
Non plures habuit coniux Laërtia quondam,
Quàm tu primitiis inuidioſa procos.
Spreuiſti turbamque omnem, populosque, nec vnus
Ad Venerem fecit luxurioſa ſuam.
Longa tui iam iam ſentis faſtidia faſtus,
Cui matutinum non ferat vnus aue.
Si miſeranda tuæ ſors eſt ventura ſenectæ,
Non certè cauſſa ſit miſeranda tua:
Sed patriæ (neque enim leuis eſt iniuria) noſtræ;
Cui denos poteras iam numerare viros.

De Cupidine.

Mentitur cœcum quiſquis depinxit Amorem.
Debuerat ſurdum pingere, ſi poterat.
Vror enim quoties. & vocem ſpernit, & æſtus:
Sed licet abſcondar, me ferit: ergo videt.

Iocus.

Vxori coniux aliquando iocatus, amicè,
Vel citò cœnemus, vel faciamus, ait.
Elige vir: ſic cara ſuò blandita marito eſt.
Non tamen eſſe citò cœna parata poteſt.

Ad Chlorem.

Quæris tam faciles cur dictet pagina verſus:
Commentum noſtris nolumus eſſe libris.

De ſe.

Illa Dioneæ quæ certat imagine formæ;
Tres æquans Charitum Pancharis vna Deas;
A populo conſors thalami famaque dabatur:
Nec fama ex triuio vana locuta ſuo.

Quanta fuit noſtris ſpes & concordia dextris?
Quantus erat proni pronus amoris amor!
Non hederis hederæ melius ſe in brachia tollunt,
Miſcentur nardo cinnama rara ſuo.
Non pendens alto ſinuoſa cucurbita ramo.
Denique non vlmis vitis amica ſuis.
Omnia in amplexus ibant animo æmula toto.
Mutua erant votis vndique vota meis.
Garrulus infauſto venit cum murmure, *Debet*:
Mutauitque animos in noua conſilia.
Væ miſero! quia iuncta mihi mea cura fuiſſes,
Si, lapſus verbo, diſſeruiſſet, *Hab.t.*

De Mareliano.

Nil debet; ſed nil Marelianus habet.

Pauper repulſam paſſus.

Luget præteritos Torquatus noſter amores:
Da veniam, in paucos ſi latet vſque dies.
Nimirum heſternæ pœnam luit ille repulſæ:
Hanc miſer indigno durius ore coquit.
Neſcio quis, ſolâ clarus noua aduena famâ
Nummorum, innumeras qui numerauit opes;
Gaudet formoſæ complexu & amore puellæ.
O turpis nimium ſcena, & auarus amor!
Sic ſua Vulcano Venus eſt connexa marito;
Mercurii lepidis non ſocianda toris.

De Claudio Imp.

Claudius ex latebris Romana ad ſceptra vocatus,
Se dignum oſtendit perpetuis latebris.

De Nerone.

Te celebrare poteſt, ô Cæſaris vltima proles,
Et ſcelus, & vitium qui celebrare poteſt.

De Vitellio.

Aulus fortunam Caii, moreſque ſecutus;
Conſimili dignus morte perire fuit.

De Tito.

Inſtar

Inſtar cunctarum laudum, Tite, patris imago,
Diceris humani deliciæ generis.

De Domitiano.

Commendat fratrem pietas, res bellica patrem:
Illis diſpar eram. ſcis modò qualis eram.

De Hadriano.

Qui prauos inter præclarus iure fuiſſet;
Inter præclaros creditur eſſe malus.

De Antonino Philoſopho.

Eſſe Antoninus felicia regna probauit,
Quorum tutantur ſceptra decora Sophi.

De Commodo.

Natos Heroum noxas, tibi dicere poſſum,
Commode, qui nullâ commoditate vales.

Momus.

Vult noſter Momus Iuriſconſultus haberi;
Et meritò: nam ſcit reddere cuique ſuum.

Venus marmorea.

Neſcio cur Venerem meretricem carmina dicant:
Hoc ſcio, quod nihil hac caſtius eſſe poteſt.

Laocoon.

Laocoon, patriam dum ſeruat, ab angue necatur.
Si ſubuertiſſet, nullâne pœna foret?

Eius filius.

Iura vetant natum pro patris crimine plecti:
Innocuus patrem plector ob innocuum.

Degener.

Scilicet Æneâ nihil eſt, vel ab Hectore naſci;
Ni patrium nati ſplendeat ore decus.

Ad Puellam.

Cara puella veni, noſtri ſolamen amoris,
Deliciæque meæ, cara puella veni.
Da mihi te placidam totos porrecta per armos;
Inque ſinus noſtros, in faciemque veni.
Da mihi te amplecti, nitido accumbere collo;

Tu collo accumbas,cara puella,meo.
Os ori ludat.ſint labra micantia labris
Obuia dens denti,lumina luminibus.
Laſciuas tremulæ pugnas per inania linguæ
Ora gerant tacitos inueniantque iocos.
Omnia ſic coëant longas teſtantia flammas,
Vt nulla non ſit parte probatus amor;
Qualis caſta ſuo ludit cum turture turtur,
Qualis cumque ſuo paſſere paſſer amans.
His pandus labiis,hoc pandus in ore quieſcam;
Hærebo his totus,totus in illa ruam.
O fortunatas ſedes,placidamque quietem!
O fortunatos cara puella,iocos!
Hoc ſi concedes,hoc ſi dabis aſpera nobis,
Securus fruar his luxuriemque labris.
Dii ſeruate altas veſtro pro numine ſedes,
Et ſortem imperii celſaque regna Iouis.
Non has exoptem vobiſcum habitare tabernas,
Æternas domos,æthereasque domos.
Malo latere meæ gremioque ſinuque puellæ,
Malo meæ caſto Cypridis ore frui.

Ad Io. Angelum,ob adeptam iuris lauream.

Sunt quos illuſtrent clarorum ſtemmata patrum,
Et grauis antiquæ nobilitatis honos.
Sunt & quos,humili tractos de ſanguine,virtus
Efferat,& claros ad loca ſumma vehat.
Quæ maiora putas? noſtra hæc ſunt; illa, parentum.
Summa tenet,quem par laudat vtrumque decus.
Angele,ſtemma tuum laudat genus: at genus ipſum
Nobilitas alia nobiliore via.
Vtraq; palma tua eſt; quem non modò ſplendor auorum,
Sed celebrat propria laurea parta manu.
Vota tibi nunquam plus quàm tua fata dediſſent:
Nobilem enim mentem nobile corpus habet.

Ad eundem.

Non

Non omnis qui cæruleo vult credere ponto,
Quæſitas certo fœnore tollit opes.
Ambigua eſt maris vnda,& habent diſcrimine magno,
Fœnoris alter opes,funeris alter opes.
Illum bellantem,poſt duri præmia Martis,
Decipiunt ſubitâ tela retorta manu.
Quis tam perpetuæ eſt artis venator,vt illi
Omnia ſint vno ſpicula miſſa modo?
Quin etiam in cœlis error; nec,conſcia fati
Sidera, perpetuas dant ſine fraude vices.
Hinc luget teretem mentitis meſſibus annum,
Qui læſos miſsâ grandine perdit agros.
Nos ſtudia,& placidæ qui quærimus otia Muſæ,
Spem noſtris omnem fingimus arbitriis:
Seu placet ad Phœbi citharam,& pia plectra Sororum,
Seu placet ad tetricæ currere templa Deæ.
Iudicium ex aliis,fac de te.ſcilicet omnis
Spes noſtra in noſtro ſita labore manet.
Sic,per acerba animi tormenta,graduſque laborum,
Tentaſti ſtudiis ardua quæque tuis.
Dignus ob hoc,vultu quem nunc Aſtræa ſecundo
Dignetur propriis annumerare choris.
Ergo quod alta tibi fuerit ſapientia cordi,
Annuat ô votis nunc Themis alma tuis!
Annuit; atque,tuum ſanctè miſerata laborem,
Largitur meritum Iuris vtrumque decus.
Sed tamen æqua minus,minus hoc largita decenter,
Quod,quæ dona petis; paſſa ſit illa peti.

GABRIELIS LERMEI VOLCÆ.

In Apes innoxias, quæ Bartaſsij in ipſis domus penetralibus conſederunt, ibiq; quotannis mellificant, dialogiſmus Viatoris & Apum.

V. QVod monſtrum his oculis video? quibus aduena turba
Auſpiciis curſus huc nec opima tulit?
Non etenim ſine mente Deûm, ſine Numine quodam
Huc veſtrum, aligeræ, caſus adegit iter.
Dicite progenies ſemper florentis Hymetti,
Quid cauſſæ inſolitis ponere tecta locis?
A. Muſarum ſocias, magni nos aura Saluſti
Ingenii teſtes huc operumque vocat.
Sic Xenophontæis labris inſedimus olim,
Melleus vndauit cuius ab ore fluor.
V. Hîc ſtipare domos; huic ergo hærere tigillo,
Hæc placet aſſiduo melle linenda trabes?
A. Dum vitæ ſuperabit amor, dum notus amabit
Arbiter, hîc ſtudium nectere nectar erit.
Nam geminus nos ardor agit, nos æmula virtus;
Cogimus arte ſacros cogit vt ille fauos.
Diuerſum hoc, tenui nam quæ properamus opella
Linguæ vni, inque breues ſunt ſapitura moras.
Mulcentem ille rigans aures & corda liquorem,
Sæcula quod relegant poſtera pangit opus.
V. Aſt indulgentes latebris, cur cella reducto
Intentas operi vos capit ima ſinu?
A. Sic puris princeps ſpatiis, quaque orbita vatum
Non iit vlla prior, dum meditatur iter;
Seceſſus coluit, ſed non ignobilis oti;
Famaque cœliuagis exiit acta notis:
Eq; lare eq; focis Regum pertraxit in aulas,
Nactus vbi præſtans Paliade vtraque decus.
V. Ingenii at cur immemores, neque figitis vllum;
Veſtra nec aſſuetum corpora virus alunt?
A. Innocuos noſtri mores imitamur alumni,
Candidior cui mens, cui niue pura magis.
Quem non effræni conuitia ad aſpera lingua
Præcipitem potuit vertere Liuor edax.

Altius inuidia quando,populiſque profanis
Elatum,pennis tum ſecat aſtra nouis.
Dira ſuſurrantis turbæ non contigit aura,
Quæ decorum tantis auctibus atra dolet.
Carpe,licet,turba æternos impune labores:
Non leo deiectas impetet vngue feras.
Nempe operæ haud pretium eſt; nec ſi te ruperis,in te
Vox acuet, magni quæ canit Orbis opes.

IOANNIS LYGÆI.

De corporis humani Harmonia, Liber I.

Corporis humani partes,potioraque membra,
Cumque vſu formas horum,numerumq; ſitumque,
Multiplices motus,concinnas denique moles,
Verſibus expedio,medicæ fautoribus artis.
Aſpirate meo vos numina ſancta labori:
Tuque adeò priſcæ medicinæ inuentor Apollo,
Carminis ac author,doctos da dicere verſus,
Et teneras hominis mecum circunſpice partes.
Principio mundi cùm bruta animantia paſſim
Arbitrio fuerint ſolo producta Deorum;
Solum hominem demum fabricatum pollice ſacro,
Atque adeò afflatum vitali cœlitùs aurâ,
Teſtantur longo diuina volumina tractu.
Naturæ omniparentis opus mirabile multùm
Inde ego perpendens,Homini inter cætera ſoli,
Quippe animal diuum & ſapiens,digitoſque manusque,
Brachiaque,inſpicio melioris tradita causâ:
A quibus ordiri libet,imprimisque fateri
Ignauum humano non eſſe in corpore quicquam:
Omnia ſed varios conſtructa decenter ad vſus.

Naturam non fuiſſe Homini nouercam.

Hic verò imprimis interpellemus eorum

Digitized by Google

Sermones, quibus ipſi homini Natura nouerca eſt
Triſtior, at brutis melior materque parenſque.
Nudus homo in lucem lugens excluditur, aiunt,
Abiectus, nec habet quo ſe defendere poſſit:
Nobilitat contrà natura rebellibus armis
Bruta: dat indomitis vltricia cornua Tauris:
Dentibus armat Apros, informes vnguibus Vrſos,
Armat & horribilem torua feritate Leonem,
Vngulâ Equum, Ceruos diſtortis cornibus omnes,
Ac Lepores leuitate pedum plumâque Volucres:
Solus Homo contrà egreditur genitricis ab aluo
Nudus, humi repens, primo gemebundus ab ortu,
Expoſitus brutis, quibus imperat inde domando.
Verum Homo, ſolum animal ſapiens. non indiget armis,
Non rigido cornu, non dente, nec vnguibus vncis,
Scilicet vt promptè his ſe poſſit vbique tueri:
Cùm ratione Manus, rerum Deus ille creator,
Apta homini inſtrumenta, dedit quibus hoſtibus impiis
Cominus abſiſtit, natura ceu ſibi ab ipſa,
Prompta arma abripiens: domuit ratione, manuque,
Vectus equo celeri, celerem rabidumque Leonem.
Quinetiam veſtes manibus contexit, & ædes
Conſtruit, ac diuis aras, ſimulachraque ſumma,
Sanctaque marmoreis fulgentia templa columnis
Erigit, & ſcribit rerum monumenta libellos.
Exceptæ manibus ſic ſunt cum legibus artes,
Vt cum Cecropio liceat tibi ſæpe Platone,
Cumque aliis, de re quauis, conferre peritis.

Manus in digitos diuiſæ vtilitas.

Ergo homini conceſſa manus ſapienter agenti,
Scinditur in digitos plures, vt corpora parua
Et varia, vt magnas poſſit comprehendere moles:
Scilicet extenſis digitis ingentia quæuis
Corpora, & adpreſſis permulta minuta duobus.
Sic partita manus ſciſſurâ tota decenti eſt,

Multi-

Multiplici pariter quò circum aliquando globoſa
Corpora, curuari ſinuoſum poſſit in orbem.
Sed quoniam permulta homini maiora videntur,
Quàm quæ ritè manu ſola comprehendere poſſit,
Prouidus ac ſapiens rerum Deus ille creator,
Conſtituit geminas, æquali mole ferentes
Mutuam opem, quæuis oblata mouere paratas.
Sedula quinetiam rerum natura creatrix
Proſpexit, ne vna ſerie, rectumque ſecundùm,
Quinque locarentur digiti: nam quattuor vnum
Oppoſuit reliquis, promptam qui tradere poſſet
Incuruatus opem, cunctis in rebus habendis.
Vt non ſpinther eos fugiat, non ſpina puſilla.
Sunt hi præterea molles & penè rotundi,
Vnguibus inſtructi rigidis in parte ſuprema,
A quibus, ob melius genitis, firmantur, & aptum
Corripiunt tegmen, non tanquam hoſtilibus armis,
Ad quæ naturâ pronum genus omne ferarum eſt,
Mitis homo, ſolusque capax rationis, & æqui.
Sunt etiam teretes digiti: nam forma rotunda,
Apta pati minùs eſt, ac vna refringitur ægrè
Rebus ab externis. Augeſcunt cæterùm & vngues
Haud ſecus atque pili, in longam tantummodò molem:
Inde adeo promptè poſſunt extrema ſecundum
Obniti rebus damnum præſtare paratis,
Dummodo ſit digitis æquata per omnia moles.
Horum ego prætereo quamplurima commoda: ſi quid
Scalpis & excorias, extirpas, radis id omne
Præſtabunt opera facili tibi vulnifici vngues.

Digitorum oſſa.

Conſtituunt digitos cauſsâ melioris & oſſa,
Citra quæ magna poſſunt ex parte moueri,
Firma tamen citra has nunquam fuit actio partes:
Oſſibus articuli careant, vix ſcindere quicquam,
Vix (præ mollitie) conſtanter pingere poſſis.

Cùm verò variis agitentur motibus omnes
Articuli manuum, ſolo non oſſe reſultant,
Sed tribus inter ſe connexis ordine pulchro,
Vt procuruari, tendique ad plurima poſſint.
Oſſibus his ex parte caro ſuperinditur omni,
Pauca quidem exteriùs, ſi preſſius omnia ſpectes,
Multa ſed interiùs latera omnia denique circum,
Vt quodcunque manũ volumus retinere ſupina,
Effluat haudquaquam rimis nec ſtillet hiulcis.
Hæc eſt in manibus natæ quàm maxima carnis
Vtilitas, hoc eſt aduerſum frigora tegmen,
Aduerſum lapſus, ardentem Solis & æſtum.

Articuli digitorum.

De tribus articulis digitorum quattuor, vno
Ordine iunctorum manibus, rectumque ſecundùm
Dicendum deinceps, quos noſtri corporis ille
Conditor inſtituit grato non abſque decôre.
Tres numero varias potuere ſubire figuras,
Tres tantùm, minùs obiectis patuere periclis,
Omne quibus patuit numeroſa parte quod extat.
Craſſitie diſtant: qui prima ſede locatur
Denſior articulus, multò maiorque ſequente eſt,
Tertius vt minor eſt ex omni parte ſecundo.
Quòd teretes, minùs hi ſentire incommoda poſſunt:
Exterius videas conuexos, non ita verò
Interius, latera vt nec circum: cur ita quæſo?
Partibus internis ſubigunt, capiuntque, teruntque
Plurima, vix faciant, ſi gibbi hac parte creentur.
Interius qua parte omnes iunguntur in vnum
Atque latus iuxta, vix rima anguſta pateſcit.
Inde laboriferi reprimunt genus omne pericli.
Ambitus exigui digiti infimus, atque ſupremus
Pollicis, obtinuit gibbam hac ratione figuram.

Oſſium in digitis articulatio.

In digitis etiam fuit articulatio mira:

Nam

Nam velut in foribus cardo, ſic fixus in illis
Articulus digitis iuſtâ compage videtur:
Si cauitas eſſet iuſto amplior, articulus tum
Laxus, & infirmus, labaſceret: arctior omnis
Difficilem, ac tardum motum faceretque, daretque.
Sed neutrum videas fieri, luxatio quo fit
Rarior, & nunquam citra vim in corpore factam.
Denique cùm dubio nondum hæc ſtructura vacaret,
Ægrè quin motus prodirent inſuper omnes,
Subſidium rurſus geminum natura parauit:
Chondrum, qui pingui perfunderet oſſa liquore,
Ac adipem, Chondrum viſcoſo humore rigantem.
Sufficiens erat artis opus, ſtructuraque multùm
Commoda, ne fragiles luxatio læderet artus:
Haud tamen huic natura rei bene prouida fidens,
Quod toties multis vehementibus atque videret.
Motibus iri homines vexatum, traxit vtroque
Vincula ab oſſe, quibus retineret vtrunque potenter:
Hæc, veluti nerui ſunt craſſa, rotundaque multùm:
Illa inſtar craſſæ membranæ maxima, vt artus
Præcipuos bene contineant, firmentque: minores
Articulos nexu natura minore ligauit.
Hæc Deus immenſa plenus ſapientia, in omni
Condidit articulo, quem nobile corpus habebat:
Præcipuè in digitis, non abſque decore creatis.
Ac licet exigua illis articulatio cedat,
Adfabrè tamen eſt quacunque à parte cauata,
Membraniſque potens ac orbibus vndique ſepta.

Digitorum ſupercilia.

Impare quinetiam circumueſtita fuerunt
Oſſa ſupercilio: nam multò maius habetur
Extrà quod poſitum: minus eſt quod viſitur intrà:
Si minus extrà eſſet iuſta ratione retrorſum
Articulos flecti tenſos permitteret: intrà
Si contra maius, curuari hac parte vetaret.

Hæc

Hæc verò molli caruerunt oſſa medulla,
Nuda quòd externis eſſent obnoxia cauſis,
Natura ex omni denſiſſima parte creauit,
Et ſolido exiguas penſauit robore partes.

A quibus hoc loco abſtinere velit.

Muſculus,& tendo,membrana & fibra,mouentes
Multiplici digitos motu ſe offerre videntur:
Quas lubet in præſens omnes omittere partes.
De neruis,veniſque obiter traduximus iſta,
Vnde ſuum noſtro ducant in corpore primum
Principium,& per quæ diffundant viſcera vires.
Hippocrati,medicisque aliis eſt trina facultas
Noſtra ſub obſcuro diſpenſans corpora tractu:
Prima animalis erit,molli quæ fixa cerebro,
Per neruos ſenſum tranſmittit corpus in omne.
Altera vitalis calido de corde ſuborta,
Vitam infert membris per vas arteria dictum:
Tertia naturalis,habens ſuam in hepate ſedem,
Corpora per venas diffuſo ſanguine nutrit.
Iſta ſed Hippocrati permittimus atque Platoni
Diſcutienda,locis quos docte Galene citaſti.

Vola manus.

Cur verò vola glabra fuit,quo concaua pacto?
Muſculus in quouis digitorum quattuor vnus,
Exiguusque fuit,duo magni in pollice,per quos
Pars carnoſa manus tumuit,vola concaua manſit:
Ac leuem glabramque cutim natura creauit,
Senſus vt interna parte hac exactior eſſet,
Certius & tactu rerum diſcrimen ab illo.

De Radio & Cubito.

Hactenus explicui fabricam digitique,manusque:
Iam cubiti,& radii cum Carpo vincula certa
Expediam breuiter,Carpi totius & oſſa.
Tenſio recta manus flexuraque prouenit omnis
A cubito: Radius pronam facit, atque ſupinam.

Arti-

Articuluſque manum : docet hoc agitatio crebra :
Iamque ſubit noſtri ſapienter facta parentis
Mirari, quo membra modo prælonga, velut crus,
Et femur, ex vno tantùm conſtruxerit oſſe :
Carpum autem oſſiculis ex tot, tantiſque puſillum ;
Id factum magno fuit vſu, quippe fatemur
Oſſibus ex multis compactum os, robur habere
Præualidum : ac rectè miles fera promptus ad arma
Ægida conficiet multis, paruiſque tabellis,
Lætifero ne tam facilè quatiatur ab hoſte.
Dic age cur Carpo bis quattuor oſſa robuſto,
Quattuor albenti ſunt tantùm tradita Palmæ ?
Quattuor ex Palma digitos emergere certum eſt,
Quippe illi Pollex non eſt inſertus vt antè
Diximus, at cubiti præduta tubercula circum,
Multiplici quæ ſunt commiſſa ligamine Carpo:
Bis duo ſi tantùm Carpo natura dediſſet
Oſſa, ſatis nunquam feciſſent ob breuitatem :
Quattuor ad totidem denuam ſuperaddidit illis,
Idque per inceſſus geminos, ſinuata decenter,
Ad valido palmæ excipienda tubercula nexu.
Sic numero Carpus bis quattuor oſſa recepit,
Gibba quidem exteriùs, ſima intrà : cur ita quæſo ?
Ne reſoluta manus labaſcat, flexa retrorſum.
Cæterum vbi magnæ molis committimus oſſa,
Quodcunque ingreditur, tuberoſum conuenit eſſe :
Quod verò recipit, quacunque à parte rotundum.
Sic caput immiſſi vix vnquam eliditur oſſis.
Iure igitur quoniam Radii, Cubitique cohæſit
Extremis Carpus, ſic oſſa fuere cauata :
Gibba quidem exteriùs, ſinuataque protinus intrà.
Quin radio obliquus ſitus eſt, directus vt ipſi
Conceſſus cubito, ob motum multum variumque:
Flexio per cubitum ſimul & diſtentio fiunt :
Ad latus à Radio conuerſio tota reſultat.

Google

Sed Cubito Radius quorſum ſupereminet ipſi?
Longior hoc cubitus: quin conuenienſque, decenſq; eſt,
Os breue geſtari debere per omnia longo.
Exiles mediæ partes vtriuſque videntur:
Verum extrema tument, ac attolluntur in altum:
Illic vt muſclis ſtatuatur debita ſedes,
Ad commiſſuras hæc ſunt fabricata decentes.
Sic cubiti exceſſus candentia brachia circum
Commiſſi, inque humeri cauitate, ſinuque locati,
Incuruant, tenduntque manum: velut vſque ſupinam,
Et pronam, faciunt fortes ad brachia nexus.
Sed cubito candens humerus cur maior habetur?
Maiores humero ceſſere per omnia muſcli:
Oſſea iure etiam moles quæ ſubditur illis
Maior erit, molli penitus reſperſa medulla.
Quin humerus ſolum, cubitus duo continet oſſa,
Nam nobis cubiti ſolet eſſe frequentior vſus.

Crura & pedes.

Hactenus Harmoniam manuum, fabricamq; venuſtam,
Qua potui medico cecini breuitate fideli:
Nunc reliquum mihi ſtructuram crurumque pedumque
Summorum, methodo deſcribere prorſus eadem.
At prius hic prona implorabo mente fauorem,
Auxiliumque Dei, ex tantis quem attollere factis,
Quem decet impoſito celebrare ex ordine membris.
Soli Homini dedit ille pedes, velut antea Palmas,
Sublimeſque oculos per ſummum attollere cœlum,
Atque ſubobſcuras luſtrare per omnia cauſas:
Prona etenim ſpectant animantia cætera terram.
Quòd ſi forſan aues ſurſum ſpectare videntur,
Piſcis vt ille alti ſemper ſpeculator olympi,
Abſque tamen ratione, Deum nec denique norunt.

Sedere Homini proprium.

Quinetiam prudens hominem natura ſedere
Solum, non aliaſque feras cœleſtium inanes

Iuſſit:

Iuſſit: vt erectus diuerſa negotia vitæ,
Aut reſidens, aliud quiduis ſapienter obiret.
Participes igitur tantarum ex ordine rerum,
Et mentem, & geminas formoſa ad ſydera palmas
Tendamus, celebrique Deum veneremur honore,
Authorem tanti mirandum operiſque, bonique.
Vt Manus ergo aliquid capiendi, Pes ita eundi
Quo tu cunque voles, factum fuit inſtrumentum.

Pedum figura & vſus.

Si iuuat hæc præter pedis inſpectare figuram,
Non ſine conſpicua ratione videbitur eſſe
Latus, & oblongus, mollis quoque multifiduſque:
Talis enim ſtructura locos ſubeamus vt omnes
Difficiles facit, altum ſeu conſcendere murum,
Seu lapidem, aut ſaxum, vel quiduis tale neceſſe eſt.
Pes cauus eſt à terra, conuexuſque supernè
Quem firmamenti natura induſtria causâ
Edidit, & tali donauit iuſta figura.
Inde fit inceſſus facilis pede ſcilicet vno,
Suppoſitam ingenita terram virtute premente,
Altero item ſeſe alternatim crure mouente.
Pes ita multifidus, pluresque expreſſus in artus,
Multifidas imitatus ob id palmaſque manuſque,
Nititur, hæreſcitque loco exquiſitius omni.
Hæc iuxta manuum ſimilis pes extat vterque,
Haud tamen oppoſitus digitis fuit ordine pollex,
Quippe fuere pedes tuti organa firmamenti.
Quinque pedum molles digitos deprehendimus eſſe,
Ac tribus articulis componi quattuor ex his
Ordine mirando, digitum magnumque duobus:
Cur ita? pars interna pedis cùm debeat eſſe
Altior, ac tanquam ſinuata, cauataque fornix,
Iure habuit ſummo ſibi ſuſtentacula tuta,
Magnaque, & oſſa duo digitus tantummodo magnus.
Hos ſequitur certo ſinuoſa ex ordine Planta

Oſſibus

Oſſibus hæreſcens digiti qui magnus habetur:
Quin oſſa excipiens digitorum quinque, ſtorum
Conſimili ſerie, tot conſtitit oſſibus vnà.
Hanc ſequitur Tarſus ſibi quatuor oſſa minuta
Adſcribens, intus molli priuata medulla.
His calx ſubiicitur cauſa quoque firmamenti
Editus, oſſa pedis reliqua omnia pondere vincens.

De Crure & eius oſſibus.

Oſſa mihi demum cruris tractanda ſuperſunt,
Cumque ſitu, moles horum, fragiliſque figura.
Omnibus ad viuum diſcuſſis, craſſa ſupernè
Tibia, & infernè tractu graciles cit aperto,
Senſificam præ ſe ſortita inter cætera Spinam:
Quæ quoque neruoſo, validoque ligamine Suræ
Proxima turgenti, talo ſociatur eburno:
Partibus at ſummis femori committitur hirto.
Sura (licet tenuis multùm) extrà tibiæ adhærens
Vtilis ad multa eſt, mollique accommoda Cruri:
Huius enim muſclos, & cætera Vaſcula, rebus
Arcet ab externis, & ab iis tutiſſima præſtat.
Quinetiam minor eſt femore ipſo Tibia, quorſum?
Si fuerit maior, celerem præ pondere motum
Impediet. contrà ſi ſit minor, omnibus horis
Firmus homo dum ſtare cupit, citò procidet: atqui
Addidit huic ſuram rerum natura creatrix
Pondus vt effugeret molis. pariterque teneret
In femore hoc validas, geſtando ſubdita, vires.
Hæc femori firmis ex omni parte ligatur
Nexibus, articulum ſimul vt tueantur adactum,
Neue ſinant tenſi, aut curuati longiùs ex hac
Elabi femur: atqui à parte Patella priori
Hanc commiſſuram totam tegit, & femur ipſum
Impedit in partes ruere, eliabique priores.
Vnum etiam id præſtat, ne noſtrum corpus apertè
Decidat, inque locis præceps decliuibus vnquam

Corruat.

Corruat in partes propenſum mole priores.
Sed femur (haud abs re) inter noſtri corporis oſſa
Grande fuit factum: nam molem ſuſtinet omnem
Corporis, inſertum cotylis, ſinibuſque profundis,
Quin caput ipſius mira compage cauata
Voluitur in coxa, valido inuiolabile nexu:
Sed neque directa protenditur ordine forma:
Internis gibbum eſt, ac poſterioribus ipſis,
Externis verò, atque prioribus, vſque reſimum:
Nam quibus eſt quàm conueniat directius iſtud,
Hi diſtorquentur, genubus pro parte reflexis.
In nobis coeunt ita Crura, Pedeſque, Manuſque,
Membra homini vitæ melioris tradita cauſa.

LIBER II.

Infimi ventris membra nutritioni ſubſeruientia deſcribuntur. Pulchra obiter de fœtus formatione, & eius temporibus.

IAm poſitum & numerum, mole, cumq; ordine, motus,
Et commiſſuras manuumque, pedumque, venuſtas,
Quà potui primo explicui breuitate libello.
Quæ quoniã (vt ſcribenda hominis reliqua omnia) mẽbra
Conuenit aſſidue nutriri, operante calore
Scilicet innato nobis: hæc vnde reſultet
Actio, vis vnde omnis nutritiua videndum.
Vtque decens cœpto ſemel accidat ordo labori,
Ipſo à ventriculo parte hac exordiar, vt quem
Prouida condiderit dapibus natura coquendis.
Ergo per œſophagum excipiens potumque, ciboſq;
Dentibus attritos auidis, transmutat in album
Succum, vi coctrice data diuinitus ipſi.
Hinc chylus effectus (ſimul vt reſerata Pylori
Porta fuit) gracili committitur inteſtino:
Atque ibi iam ſpeciem obſcuramque, rudemque, cruoris

Nactus, vt à multis, ſic venâ Caudicis ampla
Vlteriùs raptus, rubrum defertur ad hepar:
Tandem vbi perfectam rubicundi admittere fertur
Sanguinis ornatum, veramque aſſumere formam:
Inde cauæ venæ per vaſcula, corporis omnes
Particulas ſubit, & ſe mox adfigit eiſdem.
Sed primum poſitum, & tunicas, formamq; decentē
Ventriculi, infuſas ſcribamus denique vires.
Hic ſitus in medio eſt animalis corpore, quanuis
Amplior in dextram declinet portio partem:
Atque ſui œſophago commiſſus parte ſuprema,
Dulcia directis educit pabula fibris.
Quin fuit illi hac parte patens, promptuſque canalis
Oeſophagus, ſi fortè cibo, potuque grauetur:
Quippe his oppreſſus crudis, nedumque redactis
In ſuccum, expultrice ſua virtute grauantes
Extrudens, hominem ſtimulo velut excitat acri
Ad vomitum, triſti ſumptorum vt mole leuetur.
Sunt duplices illi membranæ cætera præter,
Altera tranſuerſas, nimirum extrinſeca, fibras
Interior rectas habuit, quibus inter abundè
Edendum, tanquam manibus, trahit omnia deorſum:
Tranſuerſæ impellunt concocta cibaria prorſum.
Poſtquam igitur medias humano in corpore ſedes
Occupat hic interpoſitus iecur, atque lienem,
Ventriculus, iuſta factus ratione rotundus,
Oblonguſque fuit tractim, rectumque ſecundum:
Cederet vt iecori dextrâ, leuaque lieni.
Cui quoniam munus commiſſum vt pabula grata
Pertrahat, atque coquat, ſuccumque reducat in album,
Indiget haud dubiè multo, validoque calore:
Nam neque diuerſis natiuus & inſitus ignis
Sufficit aſſumptis dapibuſque, cibiſque coquendis.
Contiguas ideo natura induſtria partes,
Ceu calidi quædam fomenta hinc, inde locauit
A dextra iecur, ampli feruentiſque lebetis In-

Inſtar, & à læua ſubnigrum parte lienem:
A tergo muſclos ob eundem præſtitit vſum
Spinales: veluti zirbum anteriora fouentem.
Ventriculus dictis amplectitur vndique noſtes
Partibus & largo perfunditur inde calore.

De omento, ſiue zirbo.

Omentum verò tunicis conſtare duabus
Neruoſis certum eſt, quarum interiora coortæ
Contexunt venæ, ac Arteria multa, frequenſque:
Atque hanc texturam pinguedo plurima veſtit
Circunfuſa, fouens concluſum in ventre calorem.
Quem tegit ad pubem tractu porrecta decenti.
Hoc quibus exciderit per martia vulnera, promptè
Conſpicias illic externo à frigore lædi:
Vnde coquunt minus: amplo tegmine ſemper egentes.

Naturales facultates quattuor ventriculo datas.

Denique ventriculo virtutes quattuor illæ,
Atque facultates, multis vt partibus, inſunt:
Quod cupiit primâ directè traxit: id antè
Diximus, vtque frui poſſit conuertere tentat
Naturam in propriam: cui tum officioſa retentrix
Præſto eſt, functa ſuo donec ſit munere coctrix,
Ingenita virtute chylum maceranſque, coquenſque,
Tantiſper donec largo maturuit æſtu.
Tandem poſt alias (vbi coctio facta) virilis
Proſilit expultrix deuoluens plurima deorſum.

Superiora clariora reddit, exemplo ab vtero & fœtu deſumpto.

Hæc in fœminea conſpexeris aptiùs aluo:
Quippe ſemel matrix ſemen complexa virile,
Hoc retinet ceu conueniens, aptatque, fouetque:
Conſtringens adeò ſeſe, ſuaque oſtia claudens,
Vix vt poſſit acus breuis vnquam irrumpere mucro.
Inter ſe poſtquam duo ſemina iunctà fuerunt,
Matricis primùm, ceu forni, ardorque, caloque,
Molliter aſſando, membranam obducere tentat,

Qua feruens intus ſemen circundare poſſit:
Hinc tres ampullæ (viſu mirabile) fiunt,
Quæ loca ſunt Cordis, velut Hepatis, atque Cerebri.
Tandem immenſa Dei ſapientia, ſemina iuncta
Effigiat, carnemque facit, conuertit eandem
In ſpeciem humanam, niueoſque reducit in artus.
Quos vbi viuaces animatus protulit infans,
Et membris viuit diſtinctis (id tibi quinque &
Quadraginta dies ſignant) circunſpice motum,
Quem quoque nonaginta dies ſignare videntur
(Si numerum duplicas primum) vel fœmina in ipſa:
Non tam prompte etenim, ſicuti mas, illa mouetur,
Humidior cùm ſit, cùm longè viribus impar.
Sic tumida creſcit paulatim fœtus in aluo,
Et per clauſtra citis ſpatiatur motibus alui,
Dum tacitè noni ſuccedunt tempora menſis:
Per quæ maior, eget multò maiore alimento,
Quàm quantum trahat ipſe ſibi per congrua vaſa:
Motu quinetiam multò maiore cietur:
Vixque poteſt matrix retinere diutius illum,
Panniculos quin tum rumpat, venaſque ligantes:
Vnde ſuo virtus contentrix munere functa,
Virtuti reliquæ expultrici cedit, vt extra
Excutiat fœtum, lucemque excludat in ipſam.
Naturæ ſunt hæc opera admiranda, Dieque
Omnia formantis, ſeſe hic ſapientia prodit.

De Inteſtinis.

Proxima ventriculo ſex inteſtina cohærent,
Tanquam vnum corpus: licet officioque, ſituque,
Et formâ varient, tortos implexa per orbes.
Sunt tria texturæ gracilis, præmiſſa ſupernæ
In quibus admiſſi celebratur coctio ſucci,
Coctio viuifico celebrari ſueta calore.
Inferiora magis craſſa inteſtina fuerunt,
Atque hæc excipiunt rerum excrementa, vehuntque.

De Duo-

De Duodeno.

Primùm igitur veteri Duodenum nomine dictum,
Parte quidem dextrâ, ſurſum verſuſque, videnti
Porrigitur tergum circa, quò firmiùs iſthic
Vinciri poſſit, quoue aptiùs in regione
Hepatis excipiat bilem, felliſque meatum,
Quo ſemel effuſo, quod habet deuoluitur infrà.

De Ieiuno.

Continuum eſt illi ieiunum, quod quoque verſus
Protenſum Iecur eſt ſinuosè: ſemper inane
Et vacuum, ob bilem quam effundit fellea cyſtis:
Et quia non longè diſcedit ab Hepatis oris,
Hinc ideo emulget primo quoque tempore ſuccum,
Scilicet innumeris lactentibus vndique venis,
Dum fluat huc plenis diues mulſura papillis.

De Ileo.

Quod ſequitur gracile inteſtinum dicitur vno
Ileos aſſenſu: gyros habet ilia circum
Multiplices, vt longiùs, atque diutius omnis
Hic quoque contentus maneat, ſuccuſque, chyluſque,
Raptus & à vaſis medianis, deruat amplas
Hepatis ad portas: aliter ſi rectius extet,
Labetur chylus omnis in inferiora repentè:
Tunc alia ex aliis poſcendi pabula, prompta
Sedulitas, homines reddet, vel prorſus ἀμύσους.

De Cæco craſſo inteſtino.

Craſſorum primum dextro ſub Rene locatur,
Ac iecore, antiquo dictum quoque nomine cæcum:
Quod ſimul in flexos latè diffunditur orbes.
Inque ſinu ſolo, tanquam recoquente ſecundo
Ventriculo, fæces confertim deſuper actas
Continet, exugens, ſuccumque, chylumque benignum,
(Si quis erat reliquus, ſua tandem munera complens.
Diſtribuit reliquis maleolentes partibus eſcas.

De Colo.

Gignendi primum inſtrumentum ſanguinis omnis,
Principium primum venarum:ſubiacet autem
Septo ipſi, dextrumque latus circumſtat apertè:
Cui ſuperaſſumptis ſi quiſquam indormiat eſcis,
Promptior (albeſcente chylo) fit coctio? nempe
Ventriculi fundus flamma propiore caleſcit.
Hepatis eſt ſubrubra caro,ſubſtantia tota,
Ac veluti trepido concretus ab aëre ſanguis:
Cuius & in corpus cum neruo Arteria viuax
Spargitur,vt multi ſubtiles vndiq; rami
Venarum Portæ, atque Cauæ,ceu retia parua:
Porta quidem ſub parte caua eſt:ſed Concaua gibbo
Proſilit à ſummo: quæ cordis in intima noſtri
Antè laboratum ducatq;, vehatq; cruorem:
Ergo per appenſum medium Diaphragma ſupernè
Concaua proſiliens, Spiræ prætenditur vſq;
Ad iugulum, in geminas vbi ſcinditur hæc quoq; partes
In Caput euadit pars altera per Ceruicem,
Per cubitum extremis extenditur altera palmis:
Truncus at infernè vergens ceu ſubſilientis
Ductus aquæ, incedit per ſpinam, ac irrigat omnes
Suppoſitas partes: venas hinc ſectus in amplas,
Illinc in tenues per corpus ſpargitur omne.

De fibris hepatis, & veſicula fellis.

Quattuor in fibras Natura induſtria ſcidit
Diuiſitq; Iecur, quibus amplexatur, & ambit
Ceu digitis,ſtomachum: media veſicula fellis
Dependet fibrâ, bilem quæ ſæparet acrem.
Quippe chylus poſtquam eſt percoctus in hepate totus,
Sanguinis atque adeò confecta eſt maſſa, repentè
More repurgatur muſti, in quo non modò vini
Donec feruet,ineſt ſubſtantia: ſed quid aquoſum,
Aëreum quiddam, quiddam terreſtre, acidumq;:
Sic feruere chylum calefacto in viſcere credas
Et defæcari, dum transformatur in vſus.

Pars

Pars leuior (bilis quæ flaua eſt (ignea,& acris,
Vicino excipitur (natura inſtante) meatu:
Et veſicæ adaperta ſubit penetralia fellis:
Atque ibi pars remanet veſicæ accommoda toti:
Quod ſupereſt alio ſubit inteſtina meatu,
Ventriculum raro, nec coctio mota fatiſcat:
Aut vomitus moueatur, eò ſi copia bilis
Influat aſſidue: Quòd ſi cui fortè canalis
Contigit iſte, miſer natura, cætera præter,
Continuos capitis ſentit, patiturque dolores,
Lentaque ventriculi incurrit faſtidia crudi?
Terrea pars verò limoſaque ſanguinis huius
Fæx veluti, trahitur per vas à Splene potenter:
Qui quoque ventriculum amplexatur parte ſiniſtra,
Mendoſis validè coſtis, dorſoque ligatus:
Poſtquam igitur craſſum ſecreuit ab Hepate ſuccum,
Alterat, atque coquit, formamq; reducit in aptam:
Inde ſui quicquid tenue eſt, conſeruat ad vſum:
Venoſum reliquum per vas expellit in ora
Ventriculi, magno ſed non ſine viſceris vſu:
Quippe retentricem vim roborat, ac facit omne vt
Promptè animans eſcas ex corporis appetat vſu.
Hepatis in ſimis ad Caudicis oſcula venæ,
Sanguine cum reliquo miſcetur & humor aquoſus,
Sanguinis ardorem partim qui mitiget omnem,
Partim etiam minus hunc denſum per viſcera reddat:
Talis enim cùm ſit (iam defæcatus abundè)
Debeat atque cauam ſubitò tranſcendere venam,
Idq; per anguſtos fiat, ſtrictoſque meatus,
Hoc vno indiguit veluti duce, poſſet vt vna
Corpore cùm tenui totum percurrere corpus.
Quà quoque poſterius ſepto caua vena ligatur,
Perque ipſam graditur Spinam, tractimq; reſultat,
Venæ emulgentes oriuntur: quæ, quod aquoſum
Sanguinea à maſſa fuit amplo in vaſe remotum,

Gignendi primum inſtrumentum ſanguinis omnis,
Principium primum venarum:ſubiacet autem
Septo ipſi, dextrumque latus circumſtat apertè:
Cui ſuperaſſumptis ſi quiſquam indormiat eſcis,
Promptior (albeſcente chylo) fit coctio? nempe
Ventriculi fundus flamma propiore caleſcit.
Hepatis eſt ſubrubra caro.ſubſtantia tota,
Ac veluti trepido concretus ab aëre ſanguis:
Cuius & in corpus cum neruo Arteria viuax
Spargitur vt multi ſubtiles vndiq; rami
Venarum Portæ, atque Cauæ, ceu retia parua:
Porta quidem ſub parte caua eſt:ſed Concaua gibbo
Proſilit à ſummo: quæ cordis in intima noſtri
Antè laboratum ducatq;, vehatq; cruorem:
Ergo per appenſum medium Diaphragma supernè
Concaua proſiliens, Spiræ prætenditur vſq;
Ad iugulum, in geminas vbi ſcinditur hæc quoq; partes
In Caput euadit pars altera per Ceruicem,
Per cubitum extremis extenditur altera palmis:
Truncus at infernè vergens ceu ſubſilientis
Ductus aquæ, incedit per ſpinam, ac irrigat omnes
Suppoſitas partes: venas hinc ſectus in amplas,
Illinc in tenues per corpus ſpargitur omne.

De fibris hepatis, & veſicula fellis.

Quattuor in fibras Natura induſtria ſcidit
Diuiſitq; Iecur, quibus amplexatur, & ambit
Ceu digitis,ſtomachum: media veſicula fellis
Dependet fibrâ, bilem quæ ſeparet acrem.
Quippe chylus poſtquam eſt percoctus in hepate totus,
Sanguinis atque adeò confecta eſt maſſa repentè
More repurgatur muſti, in quo non modò vini
Donec feruet,ineſt ſubſtantia: ſed quid aquoſum,
Aëreum quiddam, quiddam terreſtre, acidumq;:
Sic feruere chylum calefacto in viſcere credas
Et defæcari, dum transformatur in vſus.

Pars

Digitized by Google

Pars leuior (bilis quæ flaua eſt (ignea,& acris,
Vicino excipitur(natura inſtante)meatu :
Et veſicæ adaperta ſubit penetralia fellis :
Atque ibi pars remanet veſicæ accommoda toti:
Quod ſupereſt alio ſubit inteſtina meatu,
Ventriculum raro, nec coctio mota fatiſcat:
Aut vomitus moueatur, eo ſi copia bilis
Influat aſſidue: Quòd ſi cui fortè canalis
Contigit iſte miſer natura, cætera præter,
Continuos capitis ſentit, patiturque dolores,
Lentaque ventriculi incurrit faſtidia crudi?
Terrea pars vero limoſaque ſanguinis huius
Fæx veluti, trahitur per vas à Splene potenter:
Qui quoque ventriculum amplexatur parte ſiniſtra,
Mendoſis validè coſtis, dorſoque ligatus:
Poſtquam igitur craſſum ſecreuit ab Hepate ſuccum,
Alterat atque coquit,formamq; reducit in atram:
Inde ſui quicquid tenue eſt, conſeruat ad vſum:
Venoſum reliquum per vas expellit in ora
Ventriculi, magno ſed non ſine viſceris vſu:
Quippe retentricem vim roborat, ac facit omne vt
Promptè animans eſcas ex corporis appetat vſu.
Hepatis in ſimis ad Caudicis oſcula venæ,
Sanguine cum reliquo miſcetur & humor aquoſus,
Sanguinis ardorem partim qui mitiget omnem,
Partim etiam minus hunc denſum per viſcera reddat:
Talis enim cùm ſit (iam defæcatus abundè)
Debeat atque cauam ſubitò tranſcendere venam,
Idq; per anguſtos fiat, ſtrictoſque meatus,
Hoc vno indiguit veluti duce, poſſet vt vna
Corpore cùm tenui totum percurrere corpus.
Quà quoque poſterius ſepto caua vena ligatur,
Perque ipſam graditur Spinam,tractimq; reſultat,
Venæ emulgentes oriuntur: quæ,quod aquoſum
Sanguinea à maſſa fuit amplo in vaſe remotum,

Lætè ſuſcipiunt, mulgent, ſuguntque, trahuntque
In Renes, largo comitante cruore viciſſim,
Cum quo permixta eſt flauæ pars maxima bilis,
Flumina flaueſcant hac vt malcolentia Lotii.
Sic poſitu variant Renes, elatior vſque
Dexter vt emineat rubrum defixus ad hepar,
Quo poſitu humorem directè ſugit aquoſum:
Ren contra ſitus eſt laxo ſub pleue ſiniſter.
Amborum ſolida eſt ſubſtantia, denſaque multum,
Ne (quo ſunt Renes nutriendi) ſanguis & ipſe
Perfluat, ac vnà cum humore extilletaquoſo.
In media verò renum cauitate Lacuna eſt,
Exudant in quam duo: bilis aquoſus & humor.
Prodit ab hac vero quouis in rene canalis
Paruus & oblongus, veſicæ inſertus vtrinque,
Hos οὐρητῆρας Græci dixere meatus,
Veſicæ per quos vrina allabitur omnis.
Portò autem tunicis conſtat veſica duabus,
Iuxta inteſtinum rectum ſita: condita villis.
Hinc trahat vt rectis tranſuerſis deprimat inde.
Verùm habet anfractus ceruix carnoſa recuruos:
Non minus exactè claudentem denique muſclum,
Ne fluat inuitis Vrina recondita nobis:
Humor enim debet reprimi tantiſper aquoſus,
Effundi donec ſub congrua tempora poſſit.

Vaſa ſeminaria.

Vaſcula prolificum in teſtes geſtantia ſemen
Sunt duo: nempe duæ venæ, ſed ſingulæ vtraque
Parte: quibus ſaliens Arteria obhæret vtrinque.
Quæque latus gracilis perreptat venula dextrum,
Proſilit à ramo venæ, quæ concaua dicta eſt:
A grandi velut hìc Arteria prodit Aorta,
Dextrum adeò ſupra renem: Sic vaſa ſiniſtrum
Quæ tenuere latus, bina ac ſociata fuere.
Vena quidem illinc prodit ab emulgente canali,

Et

Et quoniam in nobis humorem geſtat aquoſum,
Frigidius ſemen multò eſt hac parte ſiniſtra,
Viuidius velut eſt quod dextro à vaſe reſultat.
Sic ſociata trahunt à toto corpore noſtro
Vaſcula coctura vtiliora ſuperflua ſummæ,
Paulatimque parant ad ſeminis hæc naturam:
Inde adeo multi dixere parantia vaſa.
Sicque rubens humor teſtes deſtillat in ambos,
In quibus abiiciens rubidum, mutanſque colorem,
Seminis aſſumit formas, albetque coquendo:
Hinc aliò exudat coctum, tandemque per orbes
Recta cauernoſæ deriuat in oſtia virgæ:

LIBER III.

De ventre medio, in quo Cor, Pulmo, organa reſpirationis ac vocis, horum partes & tegumenta continentur.

HActenus in partes ventrem digeſſimus imum,
Quæq; cibum excipiant ex his, mutentq; coquendo,
Et coctum veluti roſeum per membra cruorem
Tranſmittant methodo deſcripſimus antè recepta.
Iam superûm auxilio medium tranſcurrere ventrem
Nitimur, in quo ſunt molles cum Corde calenti
Pulmones, tremulæque & flatilis organa vocis,
Viuidi & imprimis ergaſtula plena caloris.
Id totum medici veteres Thoraca vocarunt,
Quod coſtæ capiunt duodenæ: elatior huius
Spectanti propius, Clauicula terminus eſto,
Inferior, ſeptem, Græcis Diaphragma vocatum.
Antè quidem Sterno, certis poſt obuallatur
Vertebris dorſi: totus ſed concauus intro eſt,
Vt tumidis ſedes Pulmonibus ampla ſuperſit.

De Panniculis, Mediaſtino, Pleura, Diaphragmate, & Pericardio.

Mem-

Membranas ventri huic medio natura parauit,
Præcipuos cordis, ſimul & Pulmonis, in vſus:
Quarum quæ dicta eſt Mediaſtinus, alligat intrò
Thoraci œſophagum, venas, neruoſq; trementes,
Per mediumque ſecat Pulmones, pectus vt ipſum:
Et velut hic geminos fabricat ventreſq;, ſinuſque,
Vt gemina ex vſu ſpirandi copia fiat.
Altera vulgari quæ dicta eſt nomine Pleura,
Succingit coſtas, & muſclos inter hiantes:
In quibus ebullit, ſi quando putridus humor
Incidit à largo Pleuritis acuta calore,
Proxima quod membro ſit pars ſuccenſa calenti.
Huic diaphragma ſubeſt tunicis membrana duabus
Prædita tenſilibus, neruoſa & carnea multum
Præ reliquis, vſus non parui condita cauſa:
Scilicet vt moueat pulmones, aera rarum
Commodè vt eliciant cordi, tractumq; repellant,
Quin premit illa os ventriculi, ne fortè vapores
Continuò repant poſt ſumpta cibaria ſurſum:
Tranſuehit & Venam quæ ſupra Concaua dicta eſt,
Atq; ſuo motu iuuat inteſtina premendo.
Altera membrana eſt generoſi capſula cordis,
Neruea cuius & eſt ſubſtantia, firmaq; multùm,
Intra ſe retinens humores ſemper aquoſos,
Cor quibus aſſiduè, ceu rore madente, rigatur,
Ne rapido ex aliqua ſiccetur parte calore:
Nam ſemel areſcens ros viuidus ille, minatur
Interitum, vt tremulos motus vbi creuit abundè.

De Corde.

Sed Cor ſcrutemur generoſum & nobile viſcus
Quaſque facultates habeat, quem præbeat vſum
Partibus humanis methodo expediamus eadem.
Illud in humano calidi vitalis origo eſt
Corpore, fons etiam fœcundus ſpiritus omnis:
Ac velut eſt toto Sol author in orbe caloris,

Omni-

Omnipoteus quo fit tellus, fœcundaq; multum:
Cor ita prædicti fons eſt,& origo caloris,
Cuius tota ſuo ſubſtantia ſpiſſa tenore
Et compacta probè eſt, diuerſis condita fibris,
Aſſiduè quibus afficitur. motuque cietur
Multiplici, hinc lætis hinc triſtibus obruta rebus,
Vnde omnis ſedes affectus iure vocatur.
Pectoris in medio poſitum Cor eſſe videtur,
Nonnihil in partem ſed vergit mucro ſiniſtram:
Effigiem Coni referens, vbi baſis apertè
Amplior & gibba eſt, thalamis ſit vt apta duobus.
De quibus, officio patefacto cordis agemus.
Cordis erunt partes craſſum purgare cruorem:
Hepatis eductum ſemel ex feruente canali:
Spiritum& ex aliqua vitalem gignere parte,
Ac reliquum ad totum tranſmittere corpus alendum.

De duobus Cordis ventriculis.

Sunt cordis thalami duo, ventriculiq; ſinuſque,
Quodam diſcreti medio, ſpatioque minuto:
Venaque ventriculum tranſcendens concaua dextrum,
Hepatis adducit largum à cauitate cruorem:
Tres vbi continuò in parteis diſpergitur omnis:
Parte aliqua Pulmo nutritur: parte ſiniſter
Et ſinus, in quo fit vitalis ſpiritus ille.
Tertia viuificum pars prorſus adepta calorem
Per varios corpus defertur in omne canales.
Altera ventriculum prædictum vena ſubintrat,
Cordis ab inſpecta ducens exordia baſi:
Quæ quia ſubtilem defert per membra cruorem,
Cætera duricie ſextupla vaſcula vincit.
Nobilior ſupereſt thalamuſque, ſinuſque ſiniſter,
Qui velut arx vitæ eſt, in quo fit ſpiritus ille
Viuus, ab aducto per debita vaſa cruore:
Hinc duo ſubrepunt præſtantia vaſcula, quorum
Maius Aorta, minus venoſa arteria dictum eſt.

Alte-

Oſſibus hæreſcens digiti qui magnus habetur:
Quin oſſa excipiens digitorum quinque, ſterum
Conſimili ſerie, tot conſtitit oſſibus vnà.
Hanc ſequitur Tarſus ſibi quattuor oſſa minuta
Adſcribens, intus molli priuata medulla.
His calx ſubiicitur cauſa quoque firmamenti
Editus, oſſa pedis reliqua omnia pondere vincens.

De Crure & eius oſſibus.

Oſſa mihi demum cruris tractanda ſuperſunt,
Cumque ſitu, moles horum, fragiliſque figura.
Omnibus ad viuum diſcuſſis, craſſa supernè
Tibia, & infernè tractu gracileſcit aperto,
Senſificam præ ſe ſortita inter cætera Spinam:
Quæ quoque neruoſo, validoque ligamine Suræ
Proxima turgenti, talo ſociatur eburno:
Partibus at ſummis femori committitur hirto.
Sura (licet tenuis multùm) extrà tibiæ adhærens
Vtilis ad multa eſt, mollique accommoda Cruri:
Huius enim muſclos, & cætera Vaſcula, rebus
Arcet ab externis, & ab iis tutiſſima præſtat.
Quinetiam minor eſt femore ipſo Tibia, quorſum?
Si fuerit maior, celerem præ pondere motum
Impediet, contrà ſi ſit minor, omnibus horis
Firmus homo dum ſtare cupit, citò procidet: atqui
Addidit huic ſuram rerum natura creatrix
Pondus vt effugeret molis, pariterque teneret
In femore hoc validas, geſtando ſubdita, vires.
Hæc femori firmis ex omni parte ligatur
Nexibus, articulum ſimul vt tueantur adactum,
Neue ſinant tenſi, aut curuati longiùs ex hac
Elabi femur: atqui à parte Patella priori
Hanc commiſſuram totam tegit, & femur ipſum
Impedit in partes ruere, elabique priores.
Vnum etiam id præſtat, ne noſtrum corpus apertè
Decidat, inque locis præceps decliuibus vnquam

Corruat in partes propenſum mole priores.
Sed femur (haud abs re) inter noſtri corporis oſſa
Grande fuit factum: nam molem ſuſtinet omnem
Corporis, inſertum cotylis, ſinibuſque profundis,
Quin caput ipſius mira compage cauata
Voluitur in coxa, valide inuiolabile nexu:
Sed neque directa protenditur ordine forma:
Internis gibbum eſt, ac poſterioribus ipſis,
Externis verò, atque prioribus, vſque reſimum:
Nam quibus eſt quàm conueniat directius iſtud,
Hi diſtorquentur, genubus pro parte reflexis.
In nobis coeunt ita Crura, Pedeſque, Manuſque,
Membra homini vitæ melioris tradita cauſa.

LIBER II.

Infimi ventris membra nutritioni ſubſeruentia deſcribuntur. Pulchra obiter de fœtus formatione, & eius temporibus.

IAm poſitum & numerum, mole, cumq; ordine, motus,
Et commiſſuras manuumque, pedumque, venuſtas,
Qua potui primo explicui breuitate libello.
Quæ quoniā (vt ſcribenda hominis reliqua omnia) mēbra
Conuenit aſſidue nutriri, operante calore
Scilicet innato nobis: hæc vnde reſultet
Actio, vis vnde omnis nutritiua videndum.
Vtque decens cœpto ſemel accidat ordo labori,
Ipſo à ventriculo parte hac exordiar, vt quem
Prouida condiderit dapibus natura coquendis.
Ergo per œſophagum excipiens potumque, ciboſq;
Dentibus attritos auidis, tranſmutat in album
Succum, vi coctrice data diuinitus ipſi.
Hinc chylus effectus (ſimul vt reſerata Pylori
Porta fuit) gracili committitur inteſtino:
Atque ibi iam ſpeciem obſcuramque, rudemque, cruoris

Nactus, vt à multis, ſic venâ Caudicis ampla
Vlteriùs raptus, rubrum defertur ad hepar:
Tandem vbi perfectam rubicundi admittere fertur
Sanguinis ornatum, veramque aſſumere formam:
Inde cauæ venæ per vaſcula, corporis omnes
Particulas ſubit, & ſe mox adfigit eiſdem.
Sed primum poſitum, & tunicas, formamq; decentē
Ventriculi, infuſas ſcribamus denique vires.
Hic ſitus in medio eſt animalis corpore, quanuis
Amplior in dextram declinet portio partem:
Atque ſui œſophago commiſſus parte ſuprema,
Dulcia directis educit pabula fibris.
Quin fuit illi hac parte patens, promptuſque canalis
Oeſophagus, ſi fortè cibo, potuque grauetur:
Quippe his oppreſſus crudis, nedumque redactis
In ſuccum, expultrice ſua virtute grauantes
Extrudens, hominem ſtimulo velut excitat acri
Ad vomitum, triſti ſumptorum vt mole leuetur.
Sunt duplices illi membranæ cætera præter,
Altera tranſuerſas, nimirum extrinſeca, fibras
Interior rectas habuit, quibus inter abundè
Edendum, tanquam manibus, trahit omnia deorſum:
Tranſuerſæ impellunt concocta cibaria prorſum.
Poſtquam igitur medias humano in corpore ſedes
Occupat hic interpoſitus iecur, atque lienem,
Ventriculus, iuſta factus ratione rotundus,
Oblonguſque fuit tractim, rectumque ſecundum:
Cederet vt iecori dextrâ, leuaque lieni.
Cui quoniam munus commiſſum vt pabula grata
Pertrahat, atque coquat, ſuccumque reducat in album,
Indiget haud dubiè multo, validoque calore:
Nam neque diuerſis natiuus & inſitus ignis
Sufficit aſſumptis dapibuſque, cibiſque coquendis.
Contiguas ideo natura induſtria partes.
Ceu calidi quædam fomenta hinc, inde locauit
In dextra iecur, ampli feruentiſque lebetis In-

Inſtar, & à læua ſubnigrum parte lienem:
A tergo muſclos ob eundem præſtitit vſum
Spinales: veluti zirbum anteriora fouentem.
Ventriculus dictis amplectitur vndique noſter
Partibus & largo perfunditur inde calore.

De omento, ſiue zirbo.

Omentum verò tunicis conſtare duabus
Neruoſis certum eſt, quarum interiora coortæ
Contexunt venæ, ac Arteria multa, frequenſque:
Atque hanc texturam pinguedo plurima veſtit
Circunfuſa, fouens concluſum in ventre calorem.
Quem tegit ad pubem tractu porrecta decenti.
Hoc quibus exciderit per martia vulnera, promptè
Conſpicias illic externo à frigore lædi:
Vnde coquunt minus: amplo tegmine ſemper egentes.

Naturales facultates quattuor ventriculo datas.

Denique ventriculo virtutes quattuor illæ,
Atque facultates, multis vt partibus, inſunt:
Quod cupiit primâ directè traxit: id antè
Diximus, vtque frui poſſit conuertere tentat
Naturam in propriam: cui tum officioſa retentrix
Præſto eſt, functa ſuo donec ſit munere coctrix,
Ingenita virtute chylum maceranſque, coquenſque,
Tantiſper donec largo maturuit æſtu.
Tandem poſt alias (vbi coctio facta) virilis
Proſilit expultrix deuoluens plurima deorſum.

Superiora clariora reddit, exemplo ab vtero & fœtu deſumpto.

Hæc in fœminea conſpexeris aptiùs aluo:
Quippe ſemel matrix ſemen complexa virile,
Hoc retinet ceu conueniens, aptatque, fouetque:
Conſtringens adeò ſeſe, ſuaque oſtia claudens,
Vix vt poſſit acus breuis vnquam irrumpere mucro.
Inter ſe poſtquam duo ſemina iuncta fuerunt,
Matricis primùm, ceu forni, ardorque, calorque,
Molliter aſſando, membranam obducere tentat,

Qua feruens intus ſemen circundare poſſit:
Hinc tres ampullæ (viſu mirabile) fiunt,
Quæ loca ſunt Cordis, velut Hepatis, atque Cerebri.
Tandem immenſa Dei ſapientia, ſemina iuncta
Effigiat, carnemque facit, conuertit eandem
In ſpeciem humanam, niueoſque reducit in artus.
Quos vbi viuaces animatus protulit infans,
Et membris viuit diſtinctis (id tibi quinque &
Quadraginta dies ſignant) circunſpice motum,
Quem quoque nonaginta dies ſignare videntur
(Si numerum duplicas primum) vel fœmina in ipſa:
Non tam promptè etenim, ſicuti mas, illa mouetur,
Humidior cùm ſit, cùm longè viribus impar.
Sic tumida creſcit paulatim fœtus in aluo,
Et per clauſtra citis ſpatiatur motibus alui,
Dum tacitè noni ſuccedunt tempora menſis:
Per quæ maior, eget multò maiore alimento,
Quàm quantum trahat ipſe ſibi per congrua vaſa:
Motu quinetiam multò maiore cietur:
Vixque poteſt matrix retinere diutius illum,
Panniculos quin tum rumpat, venaſque ligantes:
Vnde ſuo virtus contentrix munere functa,
Virtuti reliquæ expultrici cedit, vt extra
Excutiat fœtum, lucemque excludat in ipſam.
Naturæ ſunt hæc opera admiranda, Dieque
Omnia formantis, ſeſe hic ſapientia prodit.

De Inteſtinis.

Proxima ventriculo ſex inteſtina cohærent,
Tanquam vnum corpus: licet officioque, ſituque,
Et formâ varient, tortos implexa per orbes.
Sunt tria texturæ gracilis, præmiſſa supernæ
In quibus admiſſi celebratur coctio ſucci,
Coctio viuifico celebrari ſueta calore.
Inferiora magis craſſa inteſtina fuerunt,
Atque hæc excipiunt rerum excrementa, vehuntque.

De Duo-

Digitized by Google

De Duodeno.

Primùm igitur veteri Duodenum nomine dictum,
Parte quidem dextrâ, ſurſum verſuſque, videnti
Porrigitur tergum circa, quò firmiùs iſthic
Vinciri poſſit, quoque aptiùs in regione
Hepatis excipiat bilem, fellíſque meatum,
Quo ſemel effuſo, quod habet deuoluitur infrà.

De Ieiuno.

Continuum eſt illi ieiunum, quod quoque verſus
Protenſum Iecur eſt ſinuosè: ſemper inane
Et vacuum, ob bilem quam effundit fellea cyſtis:
Et quia non longè diſcedit ab Hepatis oris,
Hinc ideo emulget primo quoque tempore ſuccum,
Scilicet innumeris lactentibus vndique venis,
Dum fluat huc plenis diues mulſura papillis.

De Ileo.

Quod ſequitur gracile inteſtinum dicitur vno
Ileos aſſenſu: gyros habet ilia circum
Multiplices, vt longiùs, atque diutius omnis
Hic quoque contentus maneat, ſuccuſque, chyluſque,
Raptus & à vaſis medianis, deruat amplas
Hepatis ad portas: aliter ſi rectius extet,
Labetur chylus omnis in inferiora repentè:
Tunc alia ex aliis poſcendi pabula, prompta
Sedulitas, homines reddet, vel protſus ἀμύσους.

De Cæco craſſo inteſtino.

Craſſorum primum dextro ſub Rene locatur,
Ac iecore, antiquo dictum quoque nomine cæcum:
Quod ſimul in flexos latè diffunditur orbes.
Inque ſinu ſolo, tanquam recoquente ſecundo
Ventriculo, fæces confertim deſuper actas
Continet, exugens, ſuccumque, chylumque benignum,
(Si quis erat reliquus, ſua tandem munera complens,
Diſtribuit reliquis maleolentes partibus eſcas.

De Colo.

Continuum cæco Colon, varios quoque flexus,
Ne fluerent promptè fæces, habuiſſe videtur.
Nam latus ad læuum ſinuoſos explicat orbes,
Et peragrat nigro regiones ſanguine tinctas
Splenis, & hinc rubrum tandem concurrit ad Hepar,
Ex quo ſuſcipiat bilem, felliſque meatum,
Longius ad fæces, quâ ſemita reſtat agendas.
Hoc ſemel obſtructum, craſſoque humore refertum,
Suſcitat vſqueadeò ſæuos in ventre dolores,
Nullus vt hos poſſit vultu perferre modeſto:
Quin infert gemitus, & acerbo verba dolori.

De recto inteſtino.

Quod supereſt Rectum, rectà demittitur vſque
Ad σφιγκτῆρα, ſacro necnon annectitur oſſi.
Amplius hoc aliis quòd fæces euehat omneis,
Quæ quia duricie diſtendunt, ſæpe retentæ,
Effecit reliquis natura valentius iſtud:
Vimque pati quicquid maiorem debuit vſquam.

De tunicis, & ſubſtantiâ inteſtinorum.

Omnibus his geminas rerum natura creatrix
Ingenioſa, dedit tunicas: nam ſæpius ipſa
Inteſtina malis adeò vexantur acerbis,
Scilicet vlceribus putridis, aut vulnere fœdo,
Altera vt iſtarum immundâ putredine roſa
Excidat, his quanquam fatis affectus iniquis,
Cum reliqua longam poſſit traducere vitam,
Robuſtiſque ſuo defungi munere membris.
Inteſtinorum porrò ſubſtantia tota eſt
Neruoſa, exanguis, carni multumque propinqua,
Qualis in œſophago, duplici quoque tergore ſepto.
Quinetiam villos habuerunt omnia latos,
Quorum natura eſt prorſus detrudere cuncta:
Parciùs his recti intexuntur, quique retenta
Mox circumueniunt: recto licet inteſtino
Extrà proueniat rectorum copia larga.

Primi-

Primitus iſta Dei ſummi decreta fuere,
Sicq; hominum membris conſultum eſt omnibus æquè.

De Peritonæo.

Porro autem dictas circuntegit vndique partes,
Quæque infra ſita ſunt tranſuerſum viſcera ceptum
Subtilis quædam membrana obtenſa: vocarunt
Quam Siphar inſignes Arabes, medicique vetuſti:
Cui neque craſſities eadem conceſſa videtur
Omnibus in membris: alibi ſubtilior extat,
Vt Iecore, & Splene, & Renum regione propinqua;
Craſſior hæc alibi, vt Veſicâ, nuper aperto
Ventriculo, vulua, inteſtinis ante relatis.
Ac varii eueniunt ex hac animantibus vſus:
Quippe tegit partes infra Diaphragma locatas,
Viſcus & à muſclis ſuperincumbentibus omne
Separat: & ſepto surſum auxiliante, ciborum
Tranſabigit tenſis ſiccata ſuperflua fibris.
Neue leui venter turgens immurmuret aura
Hunc ſtringit, propria veluti quoque pelle coarctat.

De Abdominis muſculis.

Hanc ſuper impoſiti ſunt muſcli Abdominis octo.
A ſpuriis quorum par primum ſectile coſtis
Incipit, obliquè deſcendens pubis ad oſſa:
Alterum at obliquè verſus Præcordia tendens,
Pubis ab obductis manifeſtum habet oſſibus ortum:
Tertium & exiliens ab acuto Pectoris oſſe,
Per medium ventrem pubis decumbit in oſſa,
Et ſua par reliquum à lumbis exordia ducens,
Funditur in latum, quod ſectio facta probabit.
Hi valido dictas vallant munimine partes
Auxiliumque ferunt tranſuerſo haud debile Septo,
Ad vocem tenues fundendam ſæpe per auras
Atq; repellendas confertim è corpore fæces.

De Hepate.

Ad Iecur accedo generoſum, & nobile viſcus,

Gignendi primum inſtrumentum ſanguinis omnis,
Principium primum venarum:ſubiacet autem
Septo ipſi, dextrumque latus circumſtat apertè:
Cui ſuperaſſumptis ſi quiſquam indormiat eſcis,
Promptior (albeſcente chylo) fit coctio? nempe
Ventriculi fundus flamma propiore caleſcit.
Hepatis eſt ſubrubra caro.ſubſtantia tota,
Ac veluti trepido concretus ab aëre ſanguis:
Cuius & in corpus cum neruo Arteria viuax
Spargitur vt multi ſubtiles vndiq; rami
Venarum Portæ, atque Cauæ, ceu retia parua:
Porta quidem ſub parte caua eſt:ſed Concaua gibbo
Proſilit à ſummo: quæ cordis in intima noſtri
Antè laboratum ducatq;, vehatq; cruorem:
Ergo per appenſum medium Diaphragma ſupernè
Concaua proſiliens, Spiræ prætenditur vſq;
Ad iugulum, in geminas vbi ſcinditur hæc quoq; partes
In Caput euadit pars altera per Ceruicem,
Per cubitum extremis extenditur altera palmis:
Truncus at infernè vergens ceu ſubſilientis
Ductus aquæ, incedit per ſpinam, ac irrigat omnes
Suppoſitas partes: venas hinc ſectus in amplas,
Illinc in tenues per corpus ſpargitur omne.

De fibris hepatis, & veſicula fellis.

Quattuor in fibras Natura induſtria ſcidit
Diuiſitq; Iecur, quibus amplexatur, & ambit
Ceu digitis, ſtomachum: media veſicula fellis
Dependet fibrâ, bilem quæ ſeparet acrem.
Quippe chylus poſtquam eſt percoctus in hepate totus,
Sanguinis atque adeò confecta eſt maſſa, repentè
More repurgatur muſti, in quo non modò vini
Donec feruet, ineſt ſubſtantia: ſed quid aquoſum,
Aëreum quiddam, quiddam terreſtre, acidumq;:
Sic feruere chylum calefacto in viſcere credas
Et defæcari, dum transformatur in vſus.

Pars leuior (bilis quæ flaua eſt (ignea,& acris,
Vicino excipitur(natura inſtante)meatu:
Et veſicæ adaperta ſubit penetralia fellis:
Atque ibi pars remanet veſicæ accommoda toti:
Quod ſupereſt alio ſubit inteſtina meatu,
Ventriculum raro, nec coctio mota fatiſcat:
Aut vomitus moueatur, eò ſi copia bilis
Influat aſſidue: Quòd ſi cui fortè canalis
Contigit iſte,miſer natura, cætera præter,
Continuos capitis ſentit, paciturque dolores,
Lentaque ventriculi incurrit faſtidia crudi?
Terrea pars verò limoſaque ſanguinis huius
Fæx veluti, trahitur per vas à Splene potenter:
Qui quoque ventriculum amplexatur parte ſiniſtra,
Mendoſis validè coſtis, dorſoque ligatus:
Poſtquam igitur craſſum ſecreuit ab Hepate ſuccum,
Alterat atque coquit,formamq; reducit in aptam:
Inde ſui quicquid tenue eſt, conſeruat ad vſum:
Venoſum reliquum per vas expellit in ora
Ventriculi, magno ſed non ſine viſceris vſu:
Quippe retentricem vim roborat, ac facit omne vt
Promptè animans eſcas ex corporis appetat vſu.
  Hepatis in ſimis ad Caudicis oſcula venæ,
Sanguine cum reliquo miſcetur & humor aquoſus,
Sanguinis ardorem partim qui mitiget omnem,
Partim etiam minus hunc denſum per viſcera reddat:
Talis enim cùm ſit (iam defæcatus abundè)
Debeat atque cauam ſubitò tranſcendere venam,
Idq; per anguſtos fiat, ſtrictoſque meatus,
Hoc vno indiguit veluti duce, poſſet vt vna
Corpore cùm tenui totum percurrere corpus.
Quà quoque poſterius ſepto caua vena ligatur,
Perque ipſam graditur Spinam,tractimq; reſultat,
Venæ emulgentes oriuntur: quæ,quod aquoſum
Sanguinea à maſſa fuit amplo in vaſe remotum,

Lætè ſuſcipiunt, mulgent, ſuguntque, trahuntque
In Renes, largo comitante cruore viciſſim,
Cum quo permixta eſt flauæ pars maxima bilis,
Flumina flaueſcant hac vt maleolentia Lotii.
Sic poſitu variant Renes, elatior vſque
Dexter vt emineat rubrum defixus ad hepar,
Quo poſitu humorem directè ſugit aquoſum:
Ren contra ſitus eſt laxo ſub plene ſiniſter.
Amborum ſolida eſt ſubſtantia, denſaque multum,
Ne (quo ſunt Renes nutriendi) ſanguis & ipſe
Perfluat, ac vnà cum humore extilletaquoſo.
In media verò renum cauitate Lacuna eſt,
Exudant in quam duo: bilis aquoſus & humor.
Prodit ab hac vero quouis in rene canalis
Paruus & oblongus, veſicæ inſertus vtrinque,
Hos οὐρητῆρας Græci dixere meatus,
Veſicæ per quos vrina allabitur omnis.
Portò autem tunicis conſtat veſica duabus,
Iuxta inteſtinum rectum ſita: condita villis
Hinc trahat vt rectis tranſuerſis deprimat inde.
Verùm habet anfractus ceruix carnoſa recuruos:
Non minus exactè claudentem denique muſclum,
Ne fluat inuitis Vrina recondita nobis:
Humor enim debet reprimi tantiſper aquoſus,
Effundi donec ſub congrua tempora poſſit.

Vaſa ſeminaria.

Vaſcula prolificum in teſtes geſtantia ſemen
Sunt duo: nempe duæ venæ, ſed ſingulæ vtraque
Parte: quibus ſaliens Arteria obhæret vtrinque.
Quæque latus gracilis perreptat venula dextrum,
Proſilit à ramo venæ, quæ concaua dicta eſt:
A grandi velut hic Arteria prodit Aorta,
Dextrum adeò ſupra renem: Sic vaſa ſiniſtrum
Quæ tenuere latus, bina ac ſociata fuere.
Vena quidem illinc prodit ab emulgente canali,

Et

Digitized by Google

Et quoniam in nobis humorem geſtat aquoſum,
Frigidius ſemen multo eſt hac parte ſiniſtra,
Viuidius velut eſt quod dextro à vaſe reſultat.
Sic ſociata trahunt à toto corpore noſtro
Vaſcula coctura vtiliora ſuperflua ſummæ,
Paulatimque parant ad ſeminis hæc naturam:
Inde adeo multi dixere parantia vaſa.
Sicque rubens humor teſtes deſtillat in ambos,
In quibus abiiciens rubidum, mutanſque colorem,
Seminis aſſumit formas, albetque coquendo:
Hinc aliò exudat coctum, tandemque per orbes
Recta cauernoſæ deriuat in oſtia virgæ:

LIBER III.

De ventre medio, in quo Cor, Pulmo, organa reſpirationis ac vocis, horum partes & tegumenta continentur.

HActenus in partes ventrem digeſſimus imum,
Quæq; cibum excipiant ex his, mutentq; coquendo,
Et coctum veluti roſeum per membra cruorem
Tranſmittant methodo deſcripſimus antè recepta.
Iam ſuperûm auxilio medium tranſcurrere ventrem
Nitimur, in quo ſunt molles cum Corde calenti
Pulmones, tremulæque & flatilis organa vocis,
Viuidi & imprimis ergaſtula plena caloris.
Id totum medici veteres Thoraca vocarunt,
Quod coſtæ capiunt duodenæ: elatior huius
Spectanti propius, Clauicula terminus eſto,
Inferior, ſeptem, Græcis Diaphragma vocatum.
Antè quidem Sterno, certis poſt obuallatur
Vertebris dorſi: totus ſed concauus intro eſt,
Vt tumidis ſedes Pulmonibus ampla ſuperſit.

De Panniculu, Mediaſtino, Pleura, Diaphragmate, & Pericardio.

Mem-

Membranas ventri huic medio natura parauit,
Præcipuos cordis, ſimul & Pulmonis, in vſus:
Quarum quæ dicta eſt Mediaſtinus, alligat intrò
Thoraci œſophagum, venas, neruoſq; trementes,
Per mediumque ſecat Pulmones pectus vt ipſum:
Et velut hìc geminos fabricat ventreſq;, ſinuſque,
Vt gemina ex vſu ſpirandi copia fiat.
Altera vulgari quæ dicta eſt nomine Pleura,
Succingit coſtas, & muſclos interhiantes:
In quibus ebullit, ſi quando putridus humor
Incidit à largo Pleuritis acuta calore,
Proxima quod membro ſit pars ſuccenſa calenti.
Huic diaphragma ſubeſt tunicis membrana duabus
Prædita tenſilibus, neruoſa & carnea multum
Præ reliquis, vſus non parui condita cauſa:
Scilicet vt moueat pulmones, aera rarum
Commodè vt eliciant cordi, tractumq; repellant,
Quin premit illa os ventriculi, ne fortè vapores
Continuò repant poſt ſumpta cibaria ſurſum:
Tranſuehit & Venam quæ ſupra Concaua dicta eſt,
Atq; ſuo motu iuuat inteſtina premendo.
Altera membrana eſt generoſi capſula cordis,
Neruea cuius & eſt ſubſtantia, firmaq; multùm,
Intra ſe retinens humores ſemper aquoſos,
Cor quibus aſſiduè, ceu rore madente, rigatur,
Ne rapido ex aliqua ſiccetur parte calore:
Nam ſemel areſcens ros viuidus ille, minatur
Interitum, vt tremulos motus vbi creuit abundè.

De Corde.

Sed Cor ſcrutemur generoſum & nobile viſcus
Quaſque facultates habeat, quem præbeat vſum
Partibus humanis methodo expediamus eadem.
Illud in humano calidi vitalis origo eſt
Corpore, fons etiam fœcundus ſpiritus omnis:
Ac velut eſt toto Sol author in orbe caloris,

Omni-

Omnipoteus quo fit tellus, fœcundaq; multum:
Cor ita prædicti fons eſt,& origo caloris,
Cuius tota ſuo ſubſtantia ſpiſſa tenore
Et compacta probè eſt, diuerſis condita fibris,
Aſſiduè quibus afficitur. motuque cietur
Multiplici, hinc lætis hinc triſtibus obruta rebus,
Vnde omnis ſedes affectus iure vocatur.
Pectoris in medio poſitum Cor eſſe videtur,
Nonnihil in partem ſed vergit mucro ſiniſtram:
Effigiem Coni referens, vbi baſis apertè
Amplior & gibba eſt, thalamis ſit vt apta duobus.
De quibus,officio patefacto cordis agemus.
Cordis erunt partes craſſum purgare cruorem:
Hepatis eductum ſemel ex feruente canali:
Spiritum& ex aliqua vitalem gignere parte,
Ac reliquum ad totum tranſmittere corpus alendum.

De duobus Cordis ventriculis.

Sunt cordis thalami duo, ventriculiq;,ſinuſque,
Quodam diſcreti medio, ſpatioque minuto:
Venaque ventriculum tranſcendens concaua dextrum,
Hepatis adducit largum à cauitate cruorem:
Tres vbi continuò in parteis diſpergitur omnis:
Parte aliqua Pulmo nutritur: parte ſiniſter
Et ſinus, in quo fit vitalis ſpiritus ille.
Tertia viuificum pars prorſus adepta calorem
Per varios corpus defertur in omne canales.
Altera ventriculum prædictum vena ſubintrat,
Cordis ab inſpecta ducens exordia baſi:
Quæ quia ſubtilem defert per membra cruorem,
Cætera duricie ſextupla vaſcula vincit.
Nobilior ſupereſt thalamuſque, ſinuſque ſiniſter,
Qui velut arx vitæ eſt, in quo fit ſpiritus ille
Viuus, ab aduecto per debita vaſa cruore:
Hinc duo ſubrepunt præſtantia vaſcula, quorum
Maius Aorta, minus venoſa arteria dictum eſt.

Alte-

Altera vitali ſuſtentat membra calore,
Altera Pulmones prorſum traiecta per ipſos
Aëra purpurei trahit in penetralia cordis.

De Cordis auriculis & oſtiolis.

Cor habet & geminas aures, quibus antè relatis
Gnauiter inſeruit vaſis, vt copia larga
Suppetat, hinc errantis ſpiritus, inde cruoris
Quinetiam data ſunt exilis opercula formæ,
Oſcula quæ certas claudant, reſerantque ſub horas:
Ne ruat immodicè cruor intrò aut effluat extra.
Hæ ſunt egregiæ generoſi viſceris huius.
Particulæ, hi motus varii, vis illa caloris
Admiranda, leues hominis diſperſa per artus.
Hæ ſunt purpureo veſtigia candida cordi.
Sanctorum arbitrio (non caſu) impreſſa Deorum
Eſſe φιλοστόργους, quos omni ex parte videre eſt.
Pulmones tandem vaga flabra, animoſaque cordis

De Pulmonibus.

Pulmones tandem vaga flabra, animoſaque cordis
Diſcuſſio, quorum ſubſtantia rara, leuiſque eſt,
Et fungoſa caro, triplici pertexta canali.
Horum vſus varius, nam vaſa per aſpera tractum
Aëra diſponunt primum, cordique miniſtrant,
Ad rapidum ex omni frangendum parte calorem:
Quin vocis cauſa formanda preſſius inflant
Aëra Pulmones, in vaſcula dura reiectum:
De quibus hæc obiter. Trachæa arteria nobis
Fiſtula dicatur, per quam circumfluus aer
Naribus exceptus patulis, exceptus & ore,
Paulatim tumidi Pulmonis ad intima fertur:
Fumida rurſus & hinc exalant plurima cordis.
Pars ſuprema Larynx in gutture prominet vdo,
Aſper at infernè Bronchus Pulmonibus hæret
Bronchia quinetiam rerum natura creatrix
Plenius ad vocem formandam iunxit eiſdem:

Nam

Nam nisi per scabrum sparsim diffusa canalem
Aura retundatur, vox ægrè viuida fiet:
Additur his glottis sermonibus apta ciendis.

Platonis, & aliorum quorundam error.

Deuius hîc verò quorundam proditur error,
Aspera vasa cauum qui dicunt esse canalem
Irrigui potus, totosque aspergere potum
Pulmones, quibus hîc iustè medicina reclamat.
Quippe per œsophagum potus descendit in ipsum
Ventriculum, innata vt dixi, virtute coquendus,
Sanguinis vt veram conquirat in hepate formam,
Perque cauam cordis subeat penetralia venam.

Oesophagi & Tracheæ arteriæ differentia.

Oesophagi varios etsi descripsimus vsus,
Attamen hic etiam paucis meminisse licebit,
Vt videas in quo Tracheæ distet ab vsu.
Ille est angustus potusque, cibique canalis,
Panniculis constans, mollique per omnia carne,
Penè suis villis adstrictus, longior illâ,
Posteriore situs colli sub parte caloris
Quo plus nimirum possit retinere latendo.
Aeris hæc contra firmus rigidusque canalis
Sed breuior multò, colli sub parte locatus
Anteriore, leues vt promptè exhauriat auras.

De Lingua.

Commoda nunc superest linguæ memoranda disertæ
Vtilitas, quam nemo satis laudauerit vnquam,
Hæc opifex cùm sit lepidæque grauisque loquelæ.
Mens etsi reliquas hominis præcellere partes
Creditur aptè quod de rebus iudicet arduis,
Ni tamen hanc habeat, nequicquam proderit vsquam:
Hæc homines primum cœtus traduxit in amplos,
Inque domos socias, & in ardua castra coegit?
Hæc sacrosanctas leges, hæc firma gubernat
Fœdera, consilium dubiis in rebus obortum
Explicat, affectus animi moderatur & omnes,

Digitized by Google

Auocat à luctu præcordia mœſta diurno,
Nunc celerem incendit, nunc contra mitigat iram,
Alienat attonitos, ſecuros territat omnes:
Deniq; quod proprium eſt homini inter cætera præſtat,
Deq; Deo docet hæc alios & rebus honeſtis.
Linguæ igitur fungoſa caro eſt molliſque leuiſq;,
Prædita tortilibus neruis, ſalienteque vena,
Ad motus varios, & nutrimenta viciſſim.
Additus eſt illi exundans, & liquidus humor:
Ne ſemel aſſiduo queat exareſcere motu.
Et quia voce vagum ſermonem format acuta,
Vocis erit plectrum, ſermonis & inſtrumentum.
Conficit illa cibos, tandem transmittit in ipſum
Oeſophagum, & quoſuis ſentit, guſtatque ſapores.

De dentibus.

Et ſua dentibus eſt humano in corpore duris
Vtilitas, quibus atteritur violentius eſca.
Hi variant numero, ad ſummum triginta, duoſque
In naturali videas diſtinctius ore.
Quattuor vt ſuprà, ſic infrà ex ordine fixi,
Dicti incidentes, duo poſt figuntur vtrinque
Singuli, & hos iuſta dicas ratione caninos.
Vlteriùs validos fixit natura molares,
Nonnullis ſenos, & magna ex parte quaternos.
Porrò autem fixa ſupra, radicibus hærent
Ternis, vt binis infrà quicunque locantur.
Oſſa inter, ſoli dentes ſentire videntur,
Ob molles capitis neruos radicibus horum
Inſertos: ſoli ſuccreſcunt denique dentes,
Sed quantum augentur, tantùm obtunduntur ab eſcis,

LIBER IV.

Supremum ventrem deſcribimus, in quo Cerebrum collocatur.

Nunc

NVnc agè detectà Thoracis parte profundâ,
Inspectoque iugi Falmonis ab aere motu,
Cordis & emenso spatio; te lector ad altas
Deduco capitis sedes, mollisque Cerebri:
In quibus illa Dei vestigia viua videntur:
Nempe obiectarum solers apprehensio rerum,
Gratusque ab obiectis Ratio elicien'sque legensque,
Et selecta diu amplexura memoria viuax:
In nobis per quæ diuina relucet imago.
Optima forma esto capitis, quæ nacta rotundam
Exactè sphæram, paulatim vtrinq; repressa est,
Crassitie collo necnon æquata niuali:
Quippe exile caput ceruici forsitan amplo,
Grande vel ingenitum gracili, damnatur vbique,
Vt quodcunque fuit gibbosum à vertice summo
Quippe caua ostendunt mollis confusa cerebri.
Huius at externas ante omnia disseco partes.
Apparent tenues suprema in parte capilli,
Sub quibus est prædura cutis, carnosaque multùm
Crassaque, cui validis crines radicibus hærent:
Panniculus sequitur περικράνιον, ortus ab ipsa
Dura matre, statim vt venas, & cætera vasa
Sanguinea excipiat sublime alitura cerebrum.
Illi testa subest aliis caluaria dicta,
Totum amplexa caput, septemque coërcita duris
Ossibus, vnde extant serrati vtrinque meatus.

De capitibus ossibus.

Ossa duo sunt syncipitis, quæ βλέγματα Græcis,
Et lapidosa duo teneras traiecta per aures,
Frons habet anterius fulgenti insigne corona,
Posticum datur occipiti cui grande foramen,
Excidit vnde alta spinalis ab arce medulla:
Postremum retinet vertex, capitisque cacumen.
Natura hæc voluit diuumq; æterna potestas
Suturis iungi, per quas vapor humidus omnis

 (Quem

(Quem latè in gremium recipitque, fouetque cerebrum)
Diſſlari poſſet, ſecus immedicabilis omnes
Corriperet crebro aſcenſu, caſuque grauedo,
Ac caput aſſiduè præceps vertigo rotaret.

De dura & pia matre.

Craſſa ſubeſt menynx (hæc mater dura) cerebrum
Vndique circumſtans, molli cum tegmine, ne dum
Cogitur in teſtam vehementi impingere motu,
Lædatur: venas quin hæc ſuſtentat abundè,
Quotquot alunt totum, vicinaque membra, Cerebrum.
Proximè, idem tenuis membranula (quæ pia mater
Dicitur) obuoluit, ne quoquam diffluat vnquam:
Nec ſolùm inuoluit venas, aut concaua vaſa
Colligit, aſt etiam in penetralia ſacra cerebri
Tranſuehit, vt viuum diffundant illa calorem,
Toto & vitales immittant viſcere ſenſus.

De Cerebro.

Accedo tandem velut ad ſacraria templi
Intima, quæ vigili quoties ego lumine ſpecto,
Maxima me rurſus capit admiratio totum:
Quicquid id eſt vno dixere quod ore Cerebrum,
Diuinum quiddam eſt, quamuis è ſemine natum:
Nam quid erit nobis omnino hæc ardua moles
Admiranda, niſi ſedes rationis & æqui?
Deploranda mihi gemino eſt humana dolore
Conditio, quæ non ſacrum cæleſteque ſpectans
Iſtud opus, reuerenter eo vix vtitur vnquam.
Vnde Homo paruus erit mundus, niſi forte videtur,
Cum cælo huic parti cognatio ſancta, tenaxque?
Illé ne ſplendeſcens fulgor, totuſque coruſcus,
E ſummo veniens ad lumina bina cerebro,
Cum cælo capitis ſocium teſtatur amorem?
Verum operis tanti ſatis eſt deſcribere partes:
Quippe homines claros actus, ſubſtantiam & omnem,
Mirari magis aptè quàm deſcribere poſſunt.

Semi-

Seminis illa quidem syncera ex parte suborta est,
Spiritus & plenâ, egregios hinc obtinet actus.

De tribus cerebri ventriculis.

Nunc agè dum tres sint ventresque, sinusque Cerebri
In duo dissecti, geminos habet anterior pars
Ventriculum primum statuentes, organa sensus
Interioris, & ætherei, sacrique referta
Spiritus: insequitur cauitas satis ampla priorem,
(Ventriculus medius) per quam transmittitur ille
Spiritus in parui caua posteriora cerebri,
Vltimus est vbi ventriculus, specus atque profundum,
Alueus & saliens animalis spiritus omnis.
Hinc duri exiliunt nerui, spinæque medulla:
Spargitur hinc viuos motus sensusque, per artus.
Verum vbi contingit cauitates antè relatas
Impleri crassis, lentisque humoribus, alte.
Spiritus obruitur, neruorum cessat vbique
Officium, motus cum sensu amittitur omnia:
Cumque cauus nequeat thorax pro more moueri,
Cur subito amissa spiranti offunditur aura.
Hæc verò cùm sint diligentius omnia nobis
Expedienda, vbi, quoue modo, tota actio fiat
Interni sensus, dubio procul omnibus horis
Attoniti hæremus, fassi caligine quadam
Nos simul offundi, mirandos quominus omnes
Possimus motus oculo spectare fideli:
Hic ideo leuiùs de re sentimus honora:
Nec satis ô opifex nostri dignosceris hæc qui
Nobis prisca tuæ insigis vestigia mentis.
Ecquid rete illud mirabile denique laudem,
In quo animalis, & æthereus fit spiritus omnis?
Talia cùm nequeant arcana occulta videri,
Communi placuit tantum describere ritu.

De Oculis.

Nunc demum superest oculi memoranda micantis

Digitized by Google

Structura excellens, ſpecies, numeruſque ſituſque.
Ipſe rotunda oculus formâ eſt, penituſque globoſa,
Sublimi velut in ſpecula præfixus, vt aptè
Officium inde ſuum præſtet pulcherrima cæli
Ornamenta videns, varioſque per æthera motus.
Hic geminuſque fuit, naturæ munere largo,
Captus vt vno aliquis, reliquo conſtante regatur.
Vtile quin fuit hunc geminum fore: quippe priora
Cernere non tantùm, ſed in ipſa obliqua neceſſe eſt.
Quattuor ex tunicis, tribus atque humoribus, omnis
Stat ſtructura oculi, formoſa, choruſcaque multùm.
Ac prima ex tunicis capiti coniungit ocellos,
Vnde etiam à multis hæc coniunctiua vocata eſt:
Altera cornea ſit, pellucida tota colore,
Duræ proueniens abſtruſis matris ab oris.
Vuea cæruleas imitata coloribus vuas
Stat iuxta, ob varios Iris quoque dicta colores:
Luminis hæc ambit claras vtriuſque pupillas,
In quibus & planè reddi, & fulgere videntur
Conceptæ rerum ſpecies, ſub imagine viua.
Quarta ſubeſt multis (abs re nec) Aranea dicta,
In qua ſollicitè cryſtallinus abditur humor,
Senſifica vnde omnis, radiataque viſio prodit.
Hoc opus immenſum cùm ſit, radianſque, rubenſq;
Fœdera cum cælo teſtatur amica cerebri.
Quid tres commemorem humores? albumina primus
Ouorum referens, tenuis, fluiduſque videtur,
Quo cryſtallinus effuſe conſpergitur humor,
Atque per hunc penetrat ſubtilem ſpiritus omnis.
Proximus eſt vitreus, liquefacto qui quoque vitro eſt
Conſimilis: cuique eſt cryſtallinus inſitus humor,
Tanquam gemma anulo radians inſerta nitenti.
Tertius inſequitur cryſtallinus humor, in omnes
Diffundens oculi ſua viuida lumina partes:
Eſt etenim tanquam ſpeculum, lucenſque, nitenſque,

Na-

Natura lucens, non luce aliundè petita.

De Naſo & Auribus.

Hîc mihi poſtremò patulis de naribus atque
Mollibus auriculis dicendum: ne quis & iſtud
Vt mancum auerſetur opus: velut obuium vbique
Horremus naſo gemina ſimul aure carentem.
Ergo ornamenti cauſa, gratique decoris,
Naſum homini natura dedit. nareſque patenteis,
Aëra diductis commotus vt hauriat aliis,
Rurſus & expiret, madidum purgetque Cerebrum,
Senſilis & fiat ſuſcepto olfactus odore.
Sed cur non omnis Naſi fuit oſſea moles?
Scilicet externis ne quando appulſibus oſſa
Caua retundantur, valido frangantur & ictu.
Vt ſint: à ſummo ſtillantia cuncta cerebro
Viſcida, quî manibus, digitiſque emungere poſſis?
Indidit ergo opifex rerum ſapientia Naſi
Finibus extremis χόνδρον, tractabile ſeptum,
Vt queat vſque premi gelidus dum defluit humor.
Iam geminæ reſtant poſt aſpera tempora fixæ,
Externis necnon ſummiſſæ appulſibus, Aures,
A quibus auditus, neruo reſonante canoro.
Hæc ô Phœbe mei ſit meta optata laboris?
In ſanctas animæ poſthac penetrabimus arces.

SALMONII MACRINI

IVLIODVNENSIS.

Ad Gelonidem.

FOrmoſa noſtro, Virgo, medullitùs
Infixa cordi, cuius imaginem,
Lenis & affatus, quieti
Sæpe mihi referunt ſopores:
Quæ philtra, quis me gramine Theſſalo, aut

Cantu efficaci ſic Magus impulit,
Vt nulla, te præter, calore
Digna meo videatur vſquam:
Vultu decoro quamlibet eminens,
Rariſque formæ femina dotibus;
Non crine ſi culto Lacænam,
Et niueo ſuperarit ore?
Iam parce, dulcis Nympha, precor, precor
Virum his futurum ſpernere faſtibus:
En ſæuus in noſtros Cupido
Nil reliqui ſibi fecit ignes.
Intemperatis vror, iô, rogis,
Et continenti pectus in æſtuat
Ardore; nec tales Veſeuus,
Sicelis aut vomit Ætna flammas.

Eidem.

Te mihi dilectam rumor negat. intercam ſi
Vlla mihi mulier viuat amata magis.
Non ſatis expoſui quæ ſunt veriſſima: ſi ſit,
Te præter, peream femina amata mihi.
Vtque mei melius tibi vis noteſcat amoris;
Plus ego te, quàm vox dicere poſſit, amo.
Omnes ſi poſſunt perpendier omnium amores,
Vincat eos omnes vel meus vnus amor.

Ad eandem.

Quo ſuauiſſima, quo, puella philtro
Incautum haud ita pridem inebriaſti,
Vt ſic perditus atq; amore cæco
Vecors, nec moriar, nec ipſe viuam?
Sed longis cruciatibus ſuperſim
Larua pallidior, nouaque cerâ?
Cui durum fuit ante contumaxque
Has ad delicias iocosque pectus;
Ceu curas potius moleſtiasque,
Vero nomine ſi liceret vti.

An

Digitized by Google

An ceſton tibi commodauit aureum
Quæ Cypron tenet, Erioſque apertos?
An Ææa ſciens venena Circe,
Aut Colchas docuit Cytheis herbas,
Formoſum quibus hoſpitem lucrata,
Expertem domuit ſoporis anguem,
Et tauros iuga ferre panda adegit?
Quæ te neſcio vis iuuat? quis humor?
Quæ tam proſpera ſeruiunt tibi aſtra?
Hoc certè ſcio, ſcire quod moleſtum eſt;
Me ſenſim tacitis perire curis,
Ac flammâ exitiabili cremari.
Si me, qui fueram rebellis olim, &
Vitam ducere cælibem volebam,
Iam captum ac domitum vides, tuique
Heu, deſiderio atque amore nullum;
Quid differre iuuat quod inchoaſti,
Tanquam pæniteat ſtetiſſe dictis,
Lactatum quibus ipſa ſubiugaſti;
Iam tantæ precor ô medere curæ,
Atque exſtingue meas miſerta flammas,
Caris carior, ô Geloni, ocellis.

Adhuc eidem.

Si formoſior eſſet inter omnes
Diues Gallia quas habet puellas;
Si te mundior elegantiorque:
Ignoſci mihi iure poſſet illam
Sectanti, vehementiuſque amanti,
Vel te poſthabita. ſed ipſa cùm ſis
Formoſiſſima & elegantiarum
Refertiſſima, præque munda cunctis
Diues Gallia quas habet puellas;
Ignoſci mihi non deceret, vllam
Si te poſthabitâ, Geloni, amarem.

Ad eandem.

Filo corporis elegantiore
Æqualos ſuperas, Geloni, cuius
Ceruix florida, cuius ora, cuius
Occultæ in tenero ſinu mamillæ
Vincunt indicum ebur, niueſque puras,
Et marmor Parium, & liguſtra verna, &
Nondum lilia macerata Sole:
Ecquando tibi ſolus ipſe Sole
Sugam florem animæ ſuauioris?
Et quando oſcula mollicella figam
Iſtis purpureis tuis labellis,
Collum mordicùs impetenſque ludam?
Has fac delicias, Geloni, mecum:
Redde & ſuauiolis tuis beatum,
Quantum qui pote plurium te amantem.

Seipſum adloquitur.

Ineptire, miſer Macrine, ceſſa,
Ad mentemque redi; nec impotenter
Illam depereas amore cuius
Eſt tantum tibi perditum laborum,
Quantum nec vagus Hercules ſubivit,
Nec qui vellus ouis reduxit aureæ.
Blandæ ſiccine fabulationes,
Occultique ioci, facetiæque, &
Empta incredibili timore furta,
Inhærent animo, mori tibi vt ſit
Præ deſiderio neceſſe longo?
Fulſerunt tibi candidi ante Soles,
Et paſſo tua nauis acta velo eſt
Fallaci leuium profundo Amorum,
Cùm lætiſſimus ipſe nauigares,
Quò mollicula tum puella duxit;
Fiebant ibi cum iocoſa multa,
Quæ tu, quæ facilis volebat illa.
Nunc flatus cecidit ferentis auræ,

Et

Et nullum potes inuenire portum
Tempeſtatibus obrutus malignis
Infidæ nimium tibi puellæ.
An tu propterea remiſſus, exſpes,
Deſpondes animum, & ſecundiora
Euentura negas ſubinde fata?
Hæc deceperit, eſto, vafra amantem;
Sunt tentandæ aliæ: fidelis vna
Ex tanto numero rogetur abs te;
Cuius ſolius ipſe ſis, tua illa,
Hoc deſiderium modo leuari,
Aut nullo poterit modo leuari.

Ad Gelonidem.

Inter nuda Deas virentis Idæ
Si tu vallibus herbidis fuiſſes,
Cùm litis Paris arbiter, duabus
Cyprin prætulit, aureoque malo
Ipſam cenſuit eſſe munerandam.
Formæ dotibus elegantioris
(Dictum pace trium ſit hoc Dearum)
Viciſſes, neque reſtitiſſet vlla,
Palmæ præmia quò minus referres.
Cumque idem ille Helenam per alta vectus,
Incautis raperet ſubinde Amyclis.
Si conſpecta prior fores, minori,
Aridæ ſua Tyndaris maneret;
Nec Troiam Argolicus cremaret ignis,
Et quis tam mea ſit, Geloni, doctus,
Quis tam diuite præditusque venâ,
Dignè ſcribere qui tuosque mores,
Et raræ ſpecimen queat figuræ?
Cedat Penelope tibi pudore;
Et quæ Philaciden ſecuta coniux
Conſtanter Stygias ad vſque limphas;
Cedat Hermione decore formæ;

Digitized by Google

Et quam Iupiter imbre luſit aureo.
Dentes candiduli, minutulique,
Vertex auricomus, coruſci ocelli,
Tinctæ puniceo rubore malæ,
Os ſpirans caſiam, Syroſque odores,
Preſſi lingua fluens liquore mellis,
Te non eſſe hominem arguunt, ſed vnam
Nympharum, è numerove Gratiarum
Quæ mortali habitu morere terris;
Conſpectu vt facias tui beatos,
Quicunque in te oculos, Geloni, vertent.

Ad Cupidinem.

Gentis humanæ domitor Cupido,
Qui graue inſpirans teneris venenum
Mentibus, cæco ferus hos & illos
Turbine verſas:
Quid precor, tandem merui? quid in te
Aut tuam admiſi ſceleris parentem,
Noxiis ſic vt mea vulnerares
Pectora telis?
Non ego ardentes furioſus aras,
Templa non matris veneranda læſi;
Nec ſacro auelli tibi dedicatas
Poſte coronas.
Quin faces igni rapido timendas,
Gnoſiaque inſignem humerum pharetrâ
Extuli vates tuus, aureumque
Vertice crinem.
Arduam curru Cytheræam eburno
Ætheris ferri per aperta dixi;
Vere cùm ſudo placidis renidet
Aura ſerenis.
Dixi &, addictas Dominæ columbas,
Panda torquato iuga ferre collo:
Cognitæ noſtro charitesq; & albi

Carmine olores.
Quid tamen prodeſt Amathunta gratam,
Quid Paphon longo ceciniſſe verſu;
Oſſa ſi flagrans cremat, intimaſque
Flamma medullas?
Non quies feſſum recreat, ſoporve,
Non iuuant Chii latices; & eſcæ
Ore amareſcunt, macieſque adeſos
Occupat artus.
Sic tibi fuluis Bromius capillis
Cedat, & Pæan, iaculo nec acto
Alter oblatæ mage certa figat
Vulnera prædæ:
Ocyus vatem miſeratus ægrum,
Amoue ſæuas, puer ô, ſagittas,
Amoue: non me tibi erit perempto
Gloria maior.
Triſtibus vel ſi prohibere fatis,
Ne graui cura releues iacentem,
Mutuis ſaltem facias Gelonim
Ignibus vri.
Illa nil iuſtis precibus mouetur,
Nil iniquorum cumulo laborum, &
De meis victrix lacrimis ſuperba
Mente triumphat.

Ad Gelonidem.

Princeps Iuliadum iuuencularum
Manſuetudine, caſtitate, formâ;
Verna floridior, Geloni, calthâ;
Molli mollior anſeris medullâ,
Cui cedat fauus Atticus, liquorque
Is quem Trinacriæ tulere cannæ,
Et ſi dulce magis quid eſſe poſſit:
Cur non, ô mea nunc ſuſurro tecum
Secreto latis anguli paterni?

Digitized by Google

Cur non turgidulæ inſero mamillæ
Furtiuamque manum, deoſculorque
Tinctas Sidonio rubore malas;
Rixoſo & tua dente colla ſigno?
Cur non quod Cypris occupo ſuadet?
Hæc nunc ſi facerem beatus eſſem.
Sed fortuna meis iniqua votis
Has ad mœſtum animi retruſit oras
Extremi Oceani, atq; Galliarum,
Vnus ne fierem beatiorum,
Eſſem ſi aſſiduè, Geloni, tecum

Ad Sodales.

Eheu, ſodales, me miſerum mei
Miris atrox, quem verſat Amor modis,
Teloq; percuſſum volucri
Inſolitos domat & labores!
Cogor relictâ non benè formulâ
Vitæ prioris, ſub Veneris iugum:
Adſueta libertas, meumque
Dulce decus, valeant Camœnæ.
Iam non ſub altis frondibus arborum,
Ad riuum aquarum dulce ſtrepentium
Proſtratus, æternos Olympi
Stelliferi memorabo honores.
Rerum ante cauſſas primâ ab origine
Scrutatus, inter tot variantium
Et dogmata, & ſectas Sophorum,
Tutus, iter medium tenebam.
Quædam ſecutus, quædam etiam arguens
A Chriſtianis abſona legibus;
Quas temperatrices volebam
Eſſe operis mihi præſtituti.
A tam quietis auocor otiis,
Diſcriminis non neſcius, heu, mei
Gnaruſque pro tranquillitate

Mul-

Multiplices ſupereſſe curas.
Sed quid? Cupido ſic iubet impotens:
Contra quis auſit tendere, & irrita
Vano arma conatu mouere
In puerum, puerique matrem?
Vos, ô ſodales, vos precor ocyus,
Si quid poteſtis, tollite noxias
De corde traiecto ſagittas,
Et miſeram releuate mentem,
Cantu, vel herbis. nil ego non feram.
Sæuos per ignes, per medium mare
Tranſibo; reddendæ ſalutis
Spes modò ſit placitæque vitæ.
Tu cauſſa tanti, primaque fax mali,
Brialde noſter. nam mihi dum tuam
Vxorem, & vxoris ſororem
Callidus, ah, nimiumque pellax,
Oſtendis arguta ora Gelonidis;
Fulgore crinis lucidus aureo,
Sermoque compoſtique mores
Me in furias rapuere tantas.
Tu quando amoris principium mei
Et fons fuiſti; perge age, & huic tibi
Impone confeſtim ſecundis
Cœpto operi colophona Diuis.

Gelonidi.

Defeſſus æſtuque & leuium canum
Actus citato corniger impetu,
Non ceruus ad fontes aquarum
Sic gelidosque lacus anhelat;
Ad ſuauitates vt mea lux, tuas
Ardens anhelo, dulciaque oſcula, &
Quos tinxit illectrix abundè
Melle ſuo Cytherea luſus.
Toto videtur hora breuis die,

Et

Digitized by Google

Et menſis anno longior: at dies
Tecum ipſe, ſi viuam modò, hora;
Menſe etiam breuior ſit annus.
Illum ſuperbæ, Dii, maneant vices,
Quicumque noſtris durus amoribus
Obſiſtit, amplexusque nobis
Inuidet vſque adeo expetitos.
Illum Leæna crediderim trucis
Lacte educatum, aut tigridis aſperæ,
Guſtaſſe nec fructus beatos
Coniugii genialis vnquam;
Calfacta qui ſic pectora mutuis
Flammis, moleſta diſcruciat mora,
Curas viciſſim conferendi
Deliciisque fruendi amatis.

Ad eandem.

Crinibus flauis ſpecioſa Virgo
Illices cuius moueant ocelli
Et ſatum Ægida iuuenem, & ſeuerum
Bellerophontem.
Ceteris comis, nec iniqua morum,
Melle perfuſis & amanda verbis,
Si ſales quando libuit dicaci
Spargere lingua:
Dura quid ſoli mihi, contumaxque
Contrahis frontem, neque voce blanda
Excipis tecum miſerè ambientem
Sæpe iocari?
Seu preces ſurda Venus aure noſtras
Præterit, ſeu ſic ſtatuere primùm
Fata naſcenti, nec amica fulgent
Aſtra poëtæ:
Tu mihi maior Venere atque Fatis,
Igne natali potiorque, Virgo,
Verte & Aſtrorum ſeriem, & minaces

Argue Diuos.
Qui tua adflictus iaceo repulſa,&
Aſpero faſtu; refici vel vno
Oris adſpectu potero,& ſerenæ
Lumine frontis.
Spretus extemplò moriar,nec iſti
Longùm ero infelix odia ſuperſtes:
Et ſcient Manes,ſciet ima furui
Aula tyranni;
Mortis indigno mihi te eſſe cauſſam.
Vindicat læſos locus ille amantes:
Belidum teſtis labor,& fugacis
Dolia Lymphæ.

Ad Annam Crequiadem.

Felix,quem facies,aurea Crequias,
Prima nocte virum; cui tua cereis
Amplectenda lacertis
Molli colla dabis toro.
Nam cùm labra roſis æmula Punicis
Et pætos reputò mecum oculos,quibus
Mortalesque Deosque
Miris torquet Amor modis:
Cùm guttur Getica candidius niue,
Extantesque nouo tubere primulùm
Leui in pectore mammas,
Et flauum capitis decus;
Vnam de numero te Oceanitidum,
Natarúmve Iouis credere ſuadeor;
Diuino ore Dianæ,
Aut matri Idaliæ parem.
Si conſpecta fores cùm peteret Pelops
Phryx auriga humero pulcer eburneo
Fidentem Hippodamiam
Patris curribus impigris,
Illi te fuerat præpoſiturus,&

Ductu-

Ducturus thalamos victor in exteros,
Nullâ fraude cruento
Prægreſſus ſtadio rotas.
Nec preſſam domitor ſemibouis viri
Somno Naxiacis linqueret in iugis,
Inter luſtra ferarum,
Et valles nemorum impias.

Ad Muſas.

Rure gaudentes viridi Camœnæ,
Fontis & puri trepidante lymphâ
Frondibus ſpiſſis leuiumque vernâ
Voce volucrum.
Nunc mihi quæſo chelyn, aureique
Grata concordes date iura plectri,
Si pio veſtros colui vſque ritu
Caſtus honores.
Amnibus, ſacrisque choris amicum
Tollite à terræ grauitate vatem,
Et, ſuper Pindi iuga ſumma, dulci
Sede locate.
Vnde pangentem criticis probandum
Auribus carmen Numidæ Britannique
Audiant, & qui prope fabuloſum eſt
Ortus Hydaſpen.
Non Iouis magni mihi cura Phlegram,
Et Gigantæos ceciniſſe motus,
Quique Amimonem latices ferentem
Preſſit in aruis.
Non ſtilo horrendi grauiore ludos
Martis, & pugnata duella Regum
Condere, aut campos miſerè cadentum
Cæde tepentes.
Vinciant ſuras roſeis cothurnis,
Et tuba pugnas reſonante prodant,
Ora Hyantæa quibus abluiſtis

Largius

Largius vnda:
Mi Gelonillæ ſatis eſt abundè
Succinos cantu liuiore crines,
Nuper & qui me mihi ſurpuerunt
Dicere ocellos.
Me legant olim Pueri, Puellæ,
Cum nouis nuptæquæ nouæ maritis,
Floribus vinctum modò myrteisque
Tempora ſertis.

Ad Chelyn.

Dulce curarum, Chelys ô, leuamen;
Efficax triſtes recreare ſenſus
Tædiis mentem quoties moleſtam
Carpimus ægram:
Si tuis victi modulis Leones,
Si tuo tygres vario ſonore
Mox remollito poſuere ſæuum
Corde furorem:
Et Nero (quo non fuit vllus vnquam
Dirior terris Italis tyrannus)
Si tuis acri eſt medicatus iræ
Vocibus olim;
Ocyùs neruis, agedum, recuſſis
Laurnum ſpiſſa vacui ſub vmbra
Carmen iratæ modulemur ambo
Molle Neæræ.
Hæc nouercali feritate præceps
Ardet, vt veſpis agitata iunix
In meum diras caput, & minaci
Voce precatur.
Si tuo cantu fuerit Neæra
Mitior, ponat tumidas & iras
Victa, confeſtim tibi flore fient
Serta recenti;
Mox & Orpheo, ô mea, confereris

Barbito, cuius modulatiore
Vnda concentu ſtetit; arbor Hæmo
Mota niuali eſt.

Ad Faunum.

Faune, ſiluarum ſpecuumque cultor,
Sæua maieſtas & opacus horror
Quos inacceſſos facit, & profanis
Greſſibus aret:
Seu iaces notis reſupinus antris,
Igne dum Titan furit impotenti,
Feſſaque indulgens reparas quieto
Membra ſopore:
Seu ferrum inſani iaculis Amoris
Saucius pectus fruticoſa Nymphas
Per iuga, & valles ſequeris, nemusque
Frondibus atrum;
Me virum dulci comitante nuptâ,
Inuios tutò ſine adire lucos;
Nec tua ingreſſis noceant pauore
Numina ſæuo.
Si quid & caſura minetur arbos
Triſte ſopitis gelidisve ſerpens,
Si quid occurſus violentiumve
Ira ferarum:
Nos ab infeſtis, bonus ô, periclis
Faune defendas; Venerique Diuæ
Fidus, illæſos tueare ab omni
Noxiâ amantes.
Sic tuos nunquam faciles Napeæ
Horreant raptus, Dryadésve blandæ,
Nec tua infæſtent properantis aſpri
Cornua vepres.
Sic odorato pia turba vino
Libet agreſtum tibi, ſic Decembris
Seruiant Nonæ. tibi cæſus aram

Imbuat

Imbuat agnus.

Ad Iuliam.

Momentanea corporis venuſtas
Cur te, Iulia, reddit inſolentem?
Qui per colla volant & alba crines,
Crines aureoli, recriſpulique?
Illi, crede mihi, cadent, vel ipſo
Vertentur ſenio in niuis colorem;
Et qui pulcra rubor venuſtat ora
Vernæ flore roſæ, exoleſcet olim.
Quin rugæ faciem hiſpidam indecentes
Sulcis turpiculis ſubinde arabunt.
Dices, Iulia tunc miſella, dices,
Vbertim lacrimis ſinu madente;
Cùm te, cùm ſpeculo alteram videbis:
Cur quæ mens vetulæ mihi atque flaccæ eſt,
Molli non eadem fuit Puellæ?
Aut cur non redeunt genæ decoræ,
His nequidquam animis libidinoſis,
Huic deſiderioque ineflicaci?
Hæc tum, Iulia, conquerere paſſim;
Sed ſerò ſapiunt Phryges, quod aiunt;
Amiſſis & equis nihil iuuabit
Dentatâ ſtabulum obſerare claui:
Tempus dum ſinit, & Cythere amandum eſt.

Ad Hilermum Bellaium, Largaum.

Si quem illæſa fides, & niueæ tenor
Vitæ perpetuus, nudaque veritas
Commendent miſero hoc tempore, & à malis
Secli moribus eximant:
Ne viuam niſi ſis ille potiſſimum, &
Quem poſtliminio priſca reuiſerit
Aſtræa, olim hominum ſedibus impiis
Exturbata procul ſolo.
Nunc fas atque nefas, ſine libidinum

Paruo diuiditur, nullaque, proh ſcelus
Infandum! ſtudiis præmia ſunt bonis,
Virtuti nec honor ſacræ,
Contra iniuſta tamen ſecla reniteris,
Auferri neque te præcipitem ſinis:
Vt cùm remigio nauita ſtrenuus
Fluctus atq; hiemes domat.
Aduerſis etiamſi atra remurmuret
Nigris vnda Notis, & mare ſpumeum,
Orion ſubitò nimbifer impetu, aut
Arcturus cierit cadens.
Te ſemper propriis publica commodis
(Haud ignota loquor) præpoſuiſſe amas.
In commune bonus, quod Plato præcipit,
Vni nec genitus tibi;
Langi docte, tuæ gloria Galliæ,
Vatum Pieriis digne laboribus,
Et quem Fama volans ora per omnium
Pennis præpetibus ferat.
Nos, rerum tenues, quod modò poſſumus,
Olim plectra quibus luſit Anacreon,
Tractamusque tibi, nec numeros leues
Curua non canimus lyra:
Indigni venia forſitan, vltimis
Quod nati veterum finibus Andium,
Illotis pedibus ſacra Heliconidum
Intremus penetralia.
Cantandi Æolia carmina barbito
Laudem iure ſibi Græcia vendicet;
Romanum genus & Daunia nobilis
Blando pectine Horatii.
Secura Aonidum Gallia, Martiis
Indulget ſtudiis, ſemper & auream
Non magni chelyn, & dulcium amabiles
Vatum delicias facit.

Audebo

Audebo ipse tamen (sic cupido tuæ
Laudis suadet amor) hæc tibi Lesbiis
Effutire modis, nec temerarium
Terrebit peregrinitas.

Ad Bacchum, in Vinalibus.

Huc, huc virenti, Bacche pater, veni
Cornuta cinctus tempora pampino,
Tecumque germana Aphrodite, &
Cœtus ouans tenerorum Amorum;
Rixæ procaces, atque hilaris Furor,
Et mixta blandis Simplicitas Iocis,
Nec non verecundo decorùm
Virgineus Pudor ore ridens,
An cùm nouellum vinitor aureæ
Vuæ liquorem, pinguiculo è lacu
Te, Bacche, delibem vocando,
Sacro aberis tibi destinato?
Olim Camœnæ te duce maximum
Videre Gangen, & Satyri leues,
Thyrsumque victorem subactus
Sensit Arabs, opulens & Indus.
Quamuis placerent deliciæ, & chori,
Et nox minutis ebria poculis;
Te bella si quando vocarent;
Fortis eras tamen impigerque.
Spectatus armis, cùm Iouis ætheri
Ingens Typhæus iniiceret manus,
Pindo Ossan imponens, merenti
Dulce tibi, Euhius, vnde nomen
Tuo incitatæ numine Mænades,
Cæsim superbum Penthea differunt:
Vltore te sæua bipenni
Thrax sibi crura secat Lycurgus.
Te dum laborant fallere Lydii,
Delphines alto desiliunt salo,

Digitized by Google

Et tranſtra mirati,& rudentes
Vite racemifera virere.
Arcana ciſtis Orgia myſticis
Portant quotannis Ogygides piæ,
Niliqve menſuram tumentis
Dant Pharii tibi ritè Oſiri.
Torquatæ Echidnis Biſtoniæ nurus,
Hæmi vagantur per iuga ninguidi,
Auræ ſonantes,& ferarum
Semineces epulantur artus.
Per colla crinis fuſus eburnea,
Molli & decoro corpore floridum,
Exornat æternùm,fluitque
Aurea palla pedes ad imos.

Ad Io. Brialdum I. C.

Commendo tibi nunc meos amores;
Non neſcis,puto,quam,Brialde,dicam:
Illam quæ mihi deſtinata nuper,
Conſenſu patris atque matris eius.
Tota lacteola,& venuſta tota eſt.
Cuius gratia ſuauitasque ſic me
Ceperunt,dubium vt ſit,ipſe in illa
(Cùm nullo liceat modo fruiſci,
Et ſummè cupiam tamen fruiſci)
Delecter mage,torqueárne amanda.
O circumlita mella felle multo!
O ſortem miſeri moleſtam amantis
Qui viuit periens,peritque viuens!

Adonis Theocriti,ex Gallico Sangelaſij.

Quæ Diua Cyprum, quæque Paphum tenet,
Poſtquam interemptum vidit Adonidem,
Malasque nuper purpurantes
Vulneribus ſanieque fœdas;
Ad ſe vocauit mœſta Cupidines,
Et queſta multum,iuſſit vt illicò
Adducerent ad ſe prehenſum,

Qui

Qui puerum laniarat, Aprum.
Illi, exſequentes iuſſa fideliter,
Mox peruolarunt luſtra recondita,
Siluæque frondentis latebras,
Atque ſuem tenuere ſæuum:
Iniecta cui ſunt ſtuppea vincula
Duro at reuincit hic laqueo trucem;
Hic terga coſtaſque illigato
Dedolat; hic ſua tela vibrat.
At ille triſtis, conſcius & ſui
Furoris, ibat permetuens Deam,
Iras & accenſas minacis,
Propter amaſiolum peremptum.
Hunc Diua, captum ſtare vbi conſpicit,
Infit; ferarum peſſima, quid (malùm)
Pulchrum quid inuadens Adonin
Dente fero modò ſauciaſti?
En ille ceu flos vomere ferreo
Succiſus, herbâ nunc viridi ſuper
Palleſcit extentus, ſuoque
Tingit humum roſeo cruore.
Non te mouebat purpureus decor
Formoſi ephœbi? non niueum femur,
Et qui per albentes volabant
Auricomi ſcapulas capilli:
Obiecta dein ſus crimina diluit,
Vultu inferoci, voceque ſupplici:
Per, Diua, te iuro, Deoſque
Æthere qui numerantur omnes:
Et per tuorum tela cupidinum,
Formidoloſa immenſo etiam Ioui;
Per, quæ ligatum me coarctant,
Implicitis fera vincla nodis;
Me noluiſſe hunc lædere Adonidem,
Nunç cuius ergò ſic Dea tangeris.

Ob fata, crudeliſque plagas,
Queis roſeus puer eſt necatus:
Illius aſt vt labra corallina,
Vultumque vidi floridulum, ratus
Vnum eſſe natorum tuorum, aut
Te potius Cytherea, flammas
Hauſi nocentes protinus, & femur
Nudum vt volebam tangere geſtiens,
Vecors & effrenis puellum
Dente auido immeritum peremi.
Verùm innocenti dum noceo miſer,
Cultro, quod aiunt, me iugulo meo:
Hos, Diua, quocirca profanos
Plecte, ſuperuacuoſque dentes.
Vindicta quod ſi non ea ſufficit,
Atque ampla non forte eſt ſatis, ilicet
Pœna irrogetur talionis;
Morte luam parili quod actum eſt.
His mota demum queſtubus eſt Venus,
Et dura iuſſit vincla reſoluier;
Vt liber in ſiluas abiret,
Frondiferos nemorumque colles.
Vti datâ is ſed non veniâ tulit;
Exactor at trux flagitii ſui,
Flammis propinquauit, ruitque
In medios moriturus ignes.

Ad Sequanam: de reditu Io. Bellaii Card.

Altor olorini, notiſſime Sequana cœtus,
Fundentis ripæ in margine dulce melos;
Metropolim, & dominam quæ præterlaberis vrbem,
Diuiduo mediam lenis & amne ſecas;
A Latiis rediit nuper Bellaius oris,
Ad ſe Pontificem Rege vocante ſuum.
Quin præ lætitiâ tumefacto vndoſior alueo
Obuius huic verſâ curris anhelus aquâ?

Ad fon-

Ad fontemque tuum retrò actis flecteris vndis,
Ipſi vt grateris temporius reduci.
Vtque renidenti patrem impiger ore ſalutes,
Te ſuper inuitans quò velit ille vehi?
Dic agedum, Nymphis plaudant, & carmina dicant,
Sirenum voces exſuperentque trium.
Non tamen vt nautas fallaciter illice cantu,
In ſcopulos cæcos, & vada iniqua trahant.
Matrona dic tumeat, teque auxiliaribus vndis
Prodenda ad patriæ gaudia feſta iuuet.
Dic Iſaræ, dic hoc vt tempore flumen Ionæ
Certatim lætos tollat ad aſtra ſonos.
At vos præcipuè, qui principe in vrbe poetæ,
Nunc decet argutis inſtrepuiſſe modis.
Exultare palam dulcem Pæana canentes,
Deductâ & lætum voce ciere melos.
Ducis ab Hoſpitio qui nomina clara, Michael,
Scriptis ſenſa tuis & Venuſina refers,
Fac nitida vt vinctis ſplendeſcat epiſtola verbis,
Bellaio pateat quâ tua lætitia.
Docte Fai, ſtudioſe Leo, Tiraquelle diſerte,
Terna incorruptæ lumina Iuſtitiæ;
Huius Pontificis meritas extollite laudes,
In redituque eius fauſta rogate Deos.
Vos quoque Veriuſi, Goiurote, & candide Morei,
Hunc quis nunc hilares ob reditum eſſe neget?
Quis ſymphoniacos Mariæ quos nobilis ædes
Indelibatæ ritè dicata fouet?
Cantica diſcordi gnaros inflectere menſu,
Argutâ & varios voce ciere nomos?
Pariſiâ iam operam Muſis dant quotquot in vrbe
Lætitiæ accelerent promere ſigna ſuæ:
Atque humeris Patriæ dicant hunc eſſe reuectum,
Iactare vt de te Tullius auſus erat.
Nil claris hoſtes moror artibus atque malignos,

Quorum vipereo pectora felle madent.
Iam valeant quæſo, nec gaudia publica turbent;
Offundi vt nebulis aſtra coruſca ſolent.
Infeſti eſſe viro pergant ſi forte, crepante.
Rumpantur tetrâ protinus inuidiâ.
Bellaio ſatis eſt, faueat ſi turba bonorum,
Virtuteſque eius non inimica ferat.

Ad Nic. Beraldum de morte filiæ quadrimæ.

Quid noctes miſer eiulas dieſque? &
Nil conuitia profutura fundens,
Irato Lacheſin laceſſis ore‿?
Quod natam illa tibi abſtulit quadrimam,
Argutam, docilem, venuſtulamque‿;
Et quam præſidium ſubinde firmum,
Sperabas ſenio tuo futuram?
An hoc lædere? an hoc vocas nocere,
Pro terris Mariæ dediſſe cœlum?
Quin gaudes potius, Beralde, cùm, quam
Mortalem genuiſſe credidiſti,
Tam factam videas repentè Diuam?

Ad Antonium Heroicum.

Magno Mantua quàm Marone gaudet,
Smyrnæique ſuo tument Homero,
Noſtra, Heroice, tam tuis magiſque‿
Gaudet Gallia dulcibus Camœnis,
Ac cœlo caput erigit ſuperbum.
Nam quo tempore ſermo Graius atque‿
Perfectâ Latius vigebat arte‿,
Illi carmine floruere terſo.
Tu, cùm Gallica lingua adhuc iaceret,
Inculta & numeris ſuis careret;
Iam cultiſſimus eruditione‿
Magni flumine de Platonis hauſta
Et ſanctis veterum libris Sophorum;
Iam puriſſimus elocutione‿,

Senſu

Digitized by Google

Senſu argutus & arte ſingularis,
Gallos carminibus tuis beaſti;
Noſtra & ſecula ſeculis vetuſtis
Æquaſti eximiæ lepore Muſæ.
Quicquid proinde, tuâ excitata laude,
Olim poſtera promouebit ætas,
Adiungetque phraſi æmulatione;
Acceptum id referat tibi neceſſe eſt
Auctori, archetypo, artis & magiſtro.

Feſceninum in nuptiis Iſabellæ Tortiæ.

Vndenam noſtras ferit altus aures
Clamor? inſanâ domus vnde rixâ
Feruet? & tantos agitata miſcent
Strata tumultus?
An Dionææ noua nupta luctæ
Inſciens, horret geniale fœdus
Icere, & pugnax ſolitum duellum
Conſerit Hymen?
Quid viro pugnas, Iſabella, tantum,
Nocte permittis neque nuptiali
In tuo primos gremio pudoris
Carpere flores?
Ille, ſi neſcis, merito repoſcit
Debitum; tedæ eſt ea lex iugalis
Quam Deus ſanxit Paradiſi amœnis
Saltibus olim.
Nec precor rugâ caperes ſeuerâ
Nubilam frontem; ſua neu marito
Gaudia infeſtâ grauis exhiberi
Mente recuſes.
Eſſe quem ſæuum tibi reris hoſtem.
Cuius horreſcis tremebunda telum,
Mox vbi cernes propius, probeque
Noris, amabis.
Turpe te verò, neonymphe, vinci

Digitized by Google

Iurgiis, fletu, prece, dente, & vngui;
Turpe ab accenſo tibi iam redire
Marte minorem.
Non roſas carpent quibus eſt timori
Spina, nec mellis ſapidum liquorem
Haurient, ſiqui metuant, apum vim
Vulnificarum.
Laureâ nullus potitur coronâ,
Aut equis celſus niueis triumphat
Ante, ni ſtrato ſpolium reportet
Hoſte petitum.
Perge ad optatam per acerba palmam,
Nec, fluant quamuis roſei cruores,
Deſine adſcenſo ſtatuas priuſquam in
Monte trophæum.

De Chriſtophoro Longolio.

Hoc ergo, inclite Longoli, ſacello
Florenti tegeris ſepultus æuo?
Nec facundia quam tibi pararas
Conſtanti ſtudio, improbo labore,
Te de faucibus impotentis Orci
Labentem eripuit tenebricoſis?
Aut duras potuit mouere Parcas,
Linguæ munditiee diſertioris,
Actæoque madens lepore ſermo,
Siccis cippum oculis quis hunc videbit,
Codi curia cui ſit & tribunal,
Et cultæ nitor elocutionis?
Te vixiſſe tamen ſtyloque dulci
Æquales ſuperaſſe, ſcripta linquent
Teſtatum tua, poſteriſque tradent
Vno te modo Tullio minorem.
Et, quæ iam niueis volauit alis
A Gange occiduas aduſque Gades,
Te Fama aſſeret, ac virum per ora

Lon-

Digitized by Google

Longum conſtituet tibi ſepulchrum;
Longam conſtituet tibi immò vitam.

In funere Antonii Papilionis.

Ah Quietalem properas ad atrum
Tam cito Antoni? teneramque nuptam
Deſeris primæ moriens in ipſo
Flore iuuentæ?
Illa conclauis latitans opaco
Angulo, Diuos, & acerba fata
Triſtis incuſat, vocat & maritum
Nomine amatum.
Cœtus effuſim muliebris ægram
Viſitans blandè fouet, ac dolorem
Quo poteſt pacto, minuitque inanes
Arte querelas.
At dolor crudus, nimium recenſque
Reſpuit fomenta manus medentis,
Sæua adhuc nec dum patiuntur vllos
Vulnera tactus.
Ergo, mi coniux, tibi linquor (inquit)
Copulæ primis genialis annis,
Nec mihi de te licet expetitam
Gignere prolem.
Quæ leuet notâ viduæ figurâ
Tædia, & deſiderium mariti
Leniat præſens, mea & ante ludát
Mobilis ora?
Non enim poſthac ſociabit alter
Me ſibi; extinctum comitarer & iam,
Morte ſi accitâ Stygias ſit æquum
Ire ſub vmbras.
In virum non me ſtudio fideli
Vincat Alceſtis, Campaneiue coniux,
Quæque lethales moritura ſorpſit
Porcia prunas.

Sed

Digitized by Google

Sed fides iſtud prohibet verenda;
Nec licet cuiquam cadere ante ſummus
Quàm Pater vitam in tenues abire
Iuſſerit auras.
Hæc inexpletis iterans ſubinde
Queſtibus, functo mulier marito
Fida perluget, faciemque ſparſo
Puluere turpat.
Te tamen fleri vetat alta virtus,
Præditus qua ſplendueras ſuperſtes,
Quæque te mundi penitas aduſque
Prædicat oras.
Sedibus quæ tam regio remota
A tuis, cui non bene notus eſſes
Moribus rectis, ſtudioque legum
Cæſarearum.
Conditum quamuis tumulo cadauer
Deterant vermes auidi, tamen pars
Addita eſt aſtris melior, per orbem
Fama vagatur.

Ad Poetas Galli cos.

Brixi, Dampetre, Borboni, Dolete,
Vulteique operis recentis author,
Facundi numero elegante vates,
Felices animæ atque honore dignæ,
Queis & Gallia noſtra gloriatur,
Fidenter medium exerens & vnguem
Gentes Auſonias laceſſit audax.
Mercedem à patria feretis ecquam,
Decretis quibus eueheminique
Muſæi celebres leporis ergo?
Veſtra namque opera & labore factum,
Inſigni ſimul eruditione,
Hæc vt natio Gallicana nullo
Ante humaniter inſtituta cultu,

Et quæ

Et quæ barbara diceretur olim,
Iam agrestem exuat expolita morem,
Ipsam iam Attida Græciamque totam
Doctos prouocet, ac Remi nepotes,
Nec sese Italia putet minorem.
Rem laudabile publicam est tueri,
Hostes Marte fero domare pulchrum,
Vrbes cingere mœnibus præaltis,
Sublimem niueis equis sedere,
Arcus erigere, & superba passim
Ornare exuuiis trophæa fixis,
Circos construere, excitare templa,
Arces ædificare, aquæue ductus
Vrbi inducere, liberalitate
Prona effundere congiariumue
Donatiuaue in hos vel hos viritim.
Præclara hæc fateor, nec abnuenda
Brixi, Dampetre, Borboni, Dolete,
Vulteique operis recentis author,
Si cui cornea forte fibra non est.
Longo tempore sed tamen fatiscunt,
Suntque obnoxia casibus, ruinis,
Diro & fulminis igne dissipantur.
At præconia luculenta vatum,
Tinctæ & nectare Hymettio Camœnæ
Annos vsque ferent, nec interibunt
Dum stellis polus aureis nitescet,
Ardore immodico flagrabit æstas,
In vastum fluuii ruent & æquor.
Testis Solius ille Apollinaris,
Aruernæ soboles beata terræ:
Testisque Ausonius pecuniosæ
Lumen Burdegalæ: Thalia quorum
Magni insigniit accolas Garumnæ,
Pendentesque cauis iugis Gebennas.

Nam laudum artifices poeticarum,
Et quos buccina cumque ſacra vatum
Viuaci extulerit canora bombo,
Fient conſpicui atque ſempiterni,
Annorum ſenium nec extimeſcent
Et vates, & erunt opus perennes.
Quocirca Aonio furore raptum
Veſtris iungite me choris amicum,
Et ſextum ſacrum in ordinem vocate.
Hoc ſi contigerit fauore iuſto,
Sublimi ardua vertice aſtra tangam,
Craſſi diuitias nec anteponam,
Brixi, Dampetre, Borboni, Dolete,
Vulteique operis recentis author.

Ludouicus Telligenius ad Arethuſam.

Coniux voluptas vnica coniugi,
Candore quæ lac, quæ cumulos niuis
Inuertice Alpino iacentes,
Lilia cana, roſaſque vincis.
Flauos amanti pande capillulos
Auro nitentes diuite valdius,
Puramque ceruicemque politis
Marmoribus magis albicantem.
Formoſiores ſunt tibi lucidis
Stellis ocelli, deſuper integit
Quos rara flexi ſemicirclo,
Sylua ſupercilii nigello.
Malæ rubenti murice eburneæ,
Illuminantur, labra corallina,
Et melle voces delibutæ,
Me mihi ſurripuere nuper.
Odora mollis cinnama fert ſinus,
Surgunt & ex te deliciæ vndique,
Da mi columbatim ducenta
Oſçula, da thalami tributum.

Piſcus

Piſeus haud ſic ſalſa per æquora
Alpheus vndis ante ſequacibus
(Vt te ipſe) anhelando peruſit
Ad Siculas Arethuſan oras.
Viuum ecce ſugis tu mihi ſanguinem,
Mundas amabo cor de papillulas,
Quæ lactis expertes tumeſcunt,
Me niueo alliciuntque luxu.
Quantis peruſtus ſaucier ignibus
O lenta cernis, quamque ego langueam,
Languore nec noſtro moueris
Propterea, at miſerum relinquis.

Laura Petrarchæ loquitur.

Franciſcis ego debitrix duobus,
Quorum munere conſecuta famam
Immortalem, hominum celebror ore,
At tanti tibi ſi videbor hoſpes
Vt vtri mage debeam requiras,
Illi præcipue, potiſſimumque
Laura debeo qui potentiorum
Regum maximus, inclytiſſimuſque eſt,
Qui virtutibus hoc honorat æuum,
A tergoque duces relinquit omnes,
Qui ſunt, quique fuere, eruntque poſthac,
Altum marmore nam nouo ſepulchrum,
Et dignum elogium ſuo ſepulchro
Neglectæ prope cognitæque paucis
Citra ſpem mihi præmii excitauit,
Non olim meus hoc Petrarcha fecit.

De periculo vitæ allegoria.

De rupis ſpeculâ ſupinioris
Conſpexi fragilem meam phaſelum,
Huc illuc tumidis agi procellis,
Tantum non decimo & perire fluctu.
Nam remis ſine ductilique clauo

Digitized by Google

Ventis oppoſitis procul que portu
Spes fallacior infidelis auræ,
Et cæcus dubii fauoris æſtus
Iactabat mare naufragam per altum.
Sublatis oculis ad ipſa ſed tum
Cœli cærula, ſumme rector inquam
Hanc nauim in loca tutiora ſubduc,
Syrenis neque cantibus doloſis,
Quæ diſcriminis huius vna cauſa eſt,
Auferri in ſcopulos ſinas malignos.

Ad Victorem Berodæum.

Si quis dente palam furente mordet,
Aperte maledicit huic & illi,
Vt certe hunc ego cumque ferre & eius
Notis vulneribus queam mederi.
At ſi fronte quis obuius ſerena,
Et lingua illice captioſus, atrum
Ficto pectore comprimit venenum,
Cæcis eminus inſtat & ſagittis,
A tergo feriens modo hunc, modo illum:
Hunc tanquam rabidum canem, nepamue
Vitandum mihi ſemper ipſe rebor,
Igneſque haud ſecus ac Iouis tremiſcam.
Hanc Diui procul ò fugate peſtem,
Immanem hanc furiam innocentiorum
A conuentu hominum repellitote,
Hanc Victor fuge, ab hac catus recede.

Ad Io. Bellaium Card.

Magnus Seſoſtris bella ferociter
Geſſiſſe terris fertur in exteris,
Duxiſſe captiuos, iugoque
Impoſito domuiſſe Reges.
Idem triumphis Ogygium ſuis
Anteiſſe Bacchum, diuite ab Indiâ
Qui victor, ad currum tigreſque

Iunxit ouans variasque lynces.
Memphim Sesostris quippe decemiugi
Curru insolescens ad patriam redit,
Auro capistrati tetrarchæ
Quem subeunt dominum vehentes.
Hæc cur minus sunt cognita posteris,
Quàm quicquid olim Græcia ad Ilion,
Thebasue, Colchourue Phasim,
Thermopylas, Marathona gessit?
Quàm rura vastum per mare in Itala
Vectos penateis à profugo Phryge?
Aut sæua diuiso Senatu
In generum soceri duella?
Non contigerunt historiographi,
Non cura vatum, qui memorabiles
Pugnas, triumphatosque Reges
Eruerent tenebris ab ipsis.
Paucis Sesostrim quòd nisi versibus
Dum facta gentis Niliacæ explicat,
Ornasset auctor splendidarum
Herodotus veterumque rerum.
Leges tulisse illum regionibus
Bello subactis, iuraque, nemo iam,
Nec dico, nouisset, sed ortam
Nec fugiens meminisset ætas.
Ingens, Patrone, est gratia dulcibus
Habenda Musis, quarum ope, gentium
Regumque res gestæ perennes,
Quicquid & egregium est vbique.
Nam si tacebunt quæ benefeceris
Fontem incolentes Castalium Deæ,
Obliuia inuoluent, situque
Liuida nox premet obsoleto.

De Francisci Regis victoria, ad Musas.

Auribus siquid studiisque dignum

Optimis, Diuæ, ceciniſtis vnquam,
Galla quod fixum memori teneret
    Mente iuuentus:
Voce quod dulci teneræ puellæ
Coniugum in molli gremio referrent,
Et ſenes feſtâ quoties ſoluti
    Luce ſederent:
Nunc nouæ chordis citharæ nouoque
Pectine expreſſum reuocate carmen,
Nec neget doctis Helicon aperta
    Vatibus antra.
Namque Rex prono Superum fauore
Hoſte Franciſcus domito, vrbibuſque
Impigrè totâ Inſubriâ receptis
    Marte ſecundo.
Patrios victor repetit penates
Diues aggeſtis ſpoliis & auro,
Ac ſacris votiua pius reponit
    Munera templis.
Editis pendent inimica tela
Arcubus paſſim, galeæque inanes,
Quæque de fuſis rapuere Celtæ
    Signa maniplis.
Compitis ætas epulatur omnis,
Igne & accenſo choreas in orbem
Ducit, ac potans pateras recenti
    Flore coronat.
Inter & lautæ repetita menſæ
Vina, præclari Ducis vſque laudes
Concinit ſacras, Pylios eidem
    Optat & annos.
Sic ferox Euan Oriente victo,
Aureo curru, variiſque celſus
Lyncibus, læta ad patrias reduxit
    Agmina Thebas.

Punico sic & iuuenis triumpho
Scipio prædam Libycam reportans,
Templa Tarpeii Iouis alta, pictâ in
Veste petiuit.
Macte procinctu studiisque Princeps
Martiis; Alpeis hyemem sub ipsam
Qui niue obstructas aperis, & acri
Frangis aceto.
Tum notas demum titulosque nostris
Ante præfectis Ducibusque inustos
Vertit aspirans Deus, & superbum
Contudit hostem.
Ergo te charæ patriæ parentem,
Laureâ insignem pie Rex coronâ
Efferant Musæ, & monumenta rerum
Tanta tuarum.
Se tuæ aptabunt, mihi crede, laudi
Posteri, tantas neque res silebunt
Acta Francorum, & memorata longis
Secula fastis.
Nos quidem quantum modicæ valebunt
Ingeni vires sterilisque vena,
Ista nitemur celebri nepotum
Tradere famæ.
Vos modò arcano reparate Diuæ
Pectus afflatu, & mea vatis ora
Ferreo pulmone adamantinaque
Voce ciete:
Voce quæ Phœbi per vtramque metam
Regis æternet generosi honores,
Triste nec fatum, cariemue longi
Sentiat æui.
Spem bonam certus refero, quod imis
Læta mens gestit calefacta flammis,
Et mihi visa tripodes sacro cum

Colle moueri.

Ad Gelidonidem vxorem de concordia coniugali.

Vinclis amoris connubialibus
  Vxor marito iuncta fideliter,
  Cui rebus in cunctis voluntas
  Vſque eadem eſt, animuſque concors;
Mallet cruentâ quæ nece millies
  Interfici, quàm legitimam ſtolæ
  Fœdare matronalis vllâ
  Labe tori vetiti pudorem:
Si vita Diuûm munere longior,
  Ampla & domi res ſuppetat affatim,
  Dulceſque riſus liberorum
  Obſtrepitent patrias ad aures:
Quot præbet ipſi gaudia compari?
  Quanta hinc voluptas naſcitur & quies?
  Quàm molle curarum leuamen
  Siqua minus cecidere læta?
Sic vixit olim, Dardana quàm prius
  Ad bella læuâ pergeret alite
  Vxore ter felix amandâ
  Phyllacides, thalamoque caſto.
Regi Pheræo dedita ſic fuit
  Alceſtis vxor, morte vicariâ
  Vt fata frigentis leuarit,
  Proque mori tulerit marito.
Et nupta Caris ſplendida Satrapæ
  Famâ celebri tempus ad hoc viget,
  Quæ dite conſtruxit ſepulchrum,
  Ore, viri cineres & hauſit.
At ſi moleſto diſſidio domus
  Tumultuetur, prauaque iurgiis
  Matrona clamoſis fremiſcat,
  Iura tori neque ſancta curet:
Verſatur illic Cerbereus furor,

Diſcor-

Diſcordia horrens cyclade ſciſſili
 Bacchatur, incinctæque diris
 Eumenides dominantur hydris.
Teſtis Thyeſtes, & Pelopis nurus
 Inceſta, Lemni & femineum nefas,
 Abſorptus ad Thebaſque merſis
 Amphiaraus humo quadrigis.
Quid notius quàm trux quæ in Iaſona
 Medea geſſit, munera flammeis
 Imbuta cùm miſit venenis,
 Diuitias Ephyreſque vertit?
Incendio Rex interiit Creon,
 Ambuſtus illo coniuge cum nouâ;
 Dextraque crudeli parentis
 Innocui periere nati.
Hortatibus non quòd ſit opus meis
 Hæc explicaui: at gratior vt foret
 Quâ vincta mecum pax fideſque,
 Me mihi chara magis Geloni.

De Iano Laſcare Rhyndaceno.

Heic frigeranti ſub nemorum comâ,
 Antrique grato margine roſcidi,
 Sol axe dum ſummo, leuique
 Sylua virens agitatur aura:
Æſtum Napææ dumque agiles leuant
 Molli ſub vmbrâ: & ſicubi vitreis
 Fons purus erumpat ſcatebris,
 Nuda lauent vbi membra, quærunt.
Heic ſtratus, inquam, tu modò non neges
 Regina eburnam Calliope chelyn,
 Plectrumque, vocaleſque chordas,
 Et fidibus ſocianda verba:
Heroa dicam Laſcarin, editum
 Auguſto auorum ſanguine Cæſarum,
 Quos inter excellunt ſubactor

Sithoniæ Theodorus oræ;
Ianuſque prudens. Horum ab origine
Clarus, iuuentæ tempora tranſigit
Non otio, imbelliue luxu,
Sed patriis eques acer armis.
Spe liberandi Boſphorus alluit
Quas preſſus arces, regnaque Dorica,
Oppreſſa Turcæis tyrannis,
Dura maris mala, dura terræ.
Perpeſſus olim. nil vbi opis videt
In Chriſtianis Regibus, & ſuam
Deſperat à victoris armis
Poſſe viâ patriam eripi vllâ,
Ad liberales protinus impigrè
Conuerſus artes, ſcilicet otio
Ne ſegnis indigno periret
Vis animi generoſa magni,
Faudi leporem, & mella poetica,
Et diſciplinas Socraticæ domus
Mox (poſſet vt mirum videri)
Mente auidâ ſitienter hauſit.
Tum Phœbus illi cæſariem ſacrâ
Lauro reuinxit; voſque Deæ nouo
Vati ora Permeſſi liquore, &
Caſtaliis ſatiaſtis vndis.
Tractu inde longi temporis aulica
Spectatus inter ſæpe negotia,
Regeſque, Tetrarchaſque ſummos
Conſiliis monitiſque iuuit.
Dilexit omnes, omnibus inuicem
Dilectus. aptâ temperie ſciens
Condire feſtiuis ſeuera,
Triſtitiaque hilari verendus.
Fautor bonarum præcipuè artium,
Quas ſic amauit, cætera vt omnia,

Dum

Dum poſſet abiectas fouere,
Ferre & opem modo poſthaberet.
Sic te dediſſent aurea Laſcari
Gratæ priorum ſecula Græciæ,
Nunc nomen, heu, virtus inane,
Cùm fuit in pretio, tuliſſes
His dignis facta præmia, & vt vagus
Tot nationum regna per Hercules,
Liberque, Ledæique fratres,
Marmoreis colerere templis.
Laudare quiſquis quandoquidem volet
Te par vti, omnes colligat omnium
Qui ſunt virorum, qui fuerunt,
Vnus vt iis cumulere, laudes.

Ad Lazarum Bayſium, ſupremæ curiæ Conſiliarium.

Lumen ſupremæ, Lazare, Curiæ;
Legationis munere regiæ
Qui functus, æternum reportas
Patribus à Venetis honorem:
Turbæ imperitæ barbara factio
Quid moliatur prouidus aſpicis,
Quantoque conſpiret furore
Artium in interitum bonarum.
Quod ni patronum res te Heliconia
Sit nacta fortem, & vindice in manu
Tutere, loricâ trilicique
Eius opes propè diſſipatas:
De diſciplinis ilicet omnibus,
Quas liberales iure bono vocant,
Vtraque de linguâ ſit actum, &
Pariſiæ ſtudiis Mineruæ.
Atqui Herculano robore præditus,
Pulchræque adactus vi ſapientiæ,
Conſorte Budæo, profani
Monſtra domas furioſa vulgi.

Digitized by Google

Contra loquacem barbariem tibi eſt
 Contentio acris, iugeque prælium,
 Conſtanter hoſtiles retundenti
 Ægide Palladiâ tumultus.
Damni quid & res necubi muſica
 Defenſor obſtas, accipiat, vigil:
 Et luce librorum fugantur
 Cimmeriæ tenebræ tuorum.
Ciuilibus tu lampada legibus
 Præfers coruſcam, nubila diſcutis,
 Nodoſque ſubtili latentes
 Mentis acutæ acie reſoluis.
Debet diſertus caſſidicus tibi,
 Debet iuuentus Lazare, Gallica, &
 Si noſſe cui cura eſt biremes
 Vſa quibus pelago vetuſtas.
Huius precamur propoſiti tenax,
 Artes bonas ò more tuo foue:
 Sic Regis inuicti fauore.
 Semper honorifico fruaris.

Ad Regem Franciſcum de morte Ludouicæ matris.

Latè patentis maxime Galliæ
 Franciſce Princeps, inuidiam Deis
 Iugi quid applorans querelâ
 Vſque moues, quòd adempta mater?
Illi modò illi, perpetuæ quibus
 Spes nulla vitæ, flebiliter gemant,
 Si fortè turbarit penates
 Tecta nigro Libitina Peplo.
Illi cupreſſo limina funebri
 Orbata velent, triſtia præficæ
 Lamenta nec deſint, nec alti
 Luxuries operoſa buſti.
Regina Carum ſic opulens viro
 Sepulchrum amato nobile condidit,

Quod

Quod deinde mirati extulerunt
Laudibus immodicis nepotes.
Ægyptum opimam quaque papyrifer
Stagnante Nilus diluuio irrigat,
Ad ſydera educit rimantes
Pyramidas locuples Amaſis.
Tu cui hiſce mater ſit data legibus,
Vt ſumma quandocumque neceſſitas
Diuumque conſenſus vocaret,
Ad patrium reuolaret axem:
Longis laceſſas ne querimoniis
Decreta fatorum, & ſtabiles colos:
Neu more plebeio fatiſcat
Vis animi generoſa magni.
Regem atque vulgus non eadem decens;
Perſonam age ipſam reſpice quam geris,
Indigna maieſtas pudendo
Eſt tua ſuccubuiſſe luctu.
Sic illa vixit flere ſit vt nefas,
Tam ſingularis funere feminæ,
Admiſſa quæ menſis Deorum
Nectareos bibit ore ſuccos.
Quæ luce felix æthereâ, vagas
Nubes ſub ipſis nunc pedibus videt,
At iuncta cœleſtum quietis
Ordinibus tua regna ab alto
Cuſtos tuetur. Proin meritæ pius
Delubra viuo marmore conſtruas,
Et flaminem, & ſacros quotannis
Indigeti ſtatuas honores.
Nos turba vates, Rex tua, debitas
Laudes canemus, feſtaque carmina,
Nec facta deleri parentis
Immemori ſenio ſinemus.

Ad Gul. Budæum libellorum ſupplicum magiſtrum.

Quòd

Quòd magni reditus tibi feruntur,
Multis prædia quòd iugis coluntur,
Quæ non miluius ambiat volatu;
E multis mihi prædicaris vnus.
Quòd centum tibi ſerias ſupraque
Digni Pontificum toris Lyæi
Explet vinea fertilis quotannis;
E multis mihi prædicaris vnus.
Quòd villa eſt tibi Marliana ſculptu
Affabrè, & variis polita ſignis,
Cultu & materiata ſumptuoſe;
E multis mihi prædicaris vnus.
Quod vxorcula liberos pudica
Lætanti edidit vtriuſque ſexus,
Formoſos, dociles, amabileſque;
E multis mihi prædicaris vnus.
Quòd te fert oculis amatque Princeps,
Magiſtratibus euehitque claris,
Committens tibi ſupplices libellos,
E multis mihi prædicaris vnus.
At quòd Romuleos premis nepotes
Rerum notitiâ eruditiore,
Acri acumine, lectione iugi;
E paucis mihi prædicaris vnus.
Quòd Graiûm lepidâ elocutione
Sic præſtas, mediis vt ortus Argis
Poſſis Pallados aut in vrbe credere;
E paucis mihi prædicaris vnus.
Quòd famam eximiam & perenne nomen
Doctorum editionibus librorum
Noſtrâ non modò Galliâ, ſed & quà
Cumque Europa patet, tibi paraſti;
E paucis mihi prædicaris vnus.
Si virtus tua ſeculis priorum,
Et notum ingenii decus fuiſſet;

Bruto

Bruto te, Figuloque, Plinioque,
Tum Mauortia Roma prætuliſſet,
Eius iudicium probante Momo:
Nec ſeſe in Cynici libris Menippi
Vnquam diceret eſſe doctiorem
Vir doctiſſimus vndecunque Varro;
Sed palmam tibi cederet volens, &
Contentus titulo loci ſecundi.

Ad Io. Bellaium S.R.E. Card.

Nulla pingatur mihi carta poſthac,
Magne Bellai, ſine te geratque
Omnis auguſtum liber hoc & illo
Margine nomen.
Nonacris Perſeo fuerat quod Harpe,
Gorgonis contrà furias Meduſæ,
Ramus Æneæ Stygias petenti
Aureus vmbras:
Hoc erit Vati tua clara virtus,
Nominis nec non titulus verendi
Æmulos contra rabidæque ſæua
Toxica linguæ.
Pharmaco ſcitè medicatus illo
Nil ego aduerſas trepidabo peſtes,
Quæque conſuerunt mala faſcinantes
Gignere Diræ.
Quin tui cenſus ope fultus omni,
Hactenus nullis carui ipſe rebus,
Multiplex vitæ quibus exigendæ
Vſus egeret.
Hæc bonæ vobis referam Camœnæ,
Inque membranis perarabo raſis,
Vos piis porro ſtudiis nepotum
Tradite famæ.

Ad Gulielmum Mainum liberorum Franciſci Regis præceptorem.

In-

Inter illuſtres procerum cateruas
Viuere in ſummâ poteramus aulâ,
Atque veſtiri tenui Indicorum
Vellere Serum:
In foro cauſas celebri actitare,
Et reos linguæ eloquio tueri;
Vnde opes multæ mihi, & vnde merces
Creſceret ingens:
Exterâ naues onerare merce,
Et ſinus mundi penitus latentes
Quærere, emptarum & pretio beari
Vbere rerum.
Captus at magno ſtudio bonarum
Artium, veſtroque Helicone, Muſæ,
Malui voti modicus, paterno
Viuere agello:
Malui cultor laris eſſe parui
Rebus anguſtis animoſus, inter
Liberos dulces, & amica notæ
Fercula menſæ.
Me mei nondum, Gulielme, moris
Pænitet, largos capioque fructus
Inſtituti huius, placet & quietæ
Formula vitæ.

Quid quod & multi, tenues poetæ
Haſce fortunas, requiemque amœnam,
Præferunt Regumq; & Epiſcoporum
Cenſibus amplis?

Quòd frequentatur domus arcta doctis
Cœtibus, noſtrum prece qui fauorem
Ambiunt proni, cupiuntque chari
Eſſe Macrino?
Publicæ grata vt monumenta ceræ
Vrbis oblatos ſileamque honores,

Nec

Digitized by Go

Nec mihi raro cumulata ab ipſis
Munera amicis.
Hoc ſtatu terrâ in patriâ Maine
Viuo, contentus nihil inuidendâ
Sorte; natorum numero & placenti
Coniuge felix.

Ad Philippum Coſſeium.

Pauperis vilem tegetem Molorchi,
Natus Alcmenâ celebrauit hoſpes,
Cùm Cleonæi fera contudiſſet
Ora leonis.
Quam niſi intraſſet generoſus ille
Clauiger, longo & memor extuliſſet
Muſa narratu; meminiſſet olim
Nemo fuiſſe.
Has quoque inſignes mage reddis ædes
Pontifex, quæ te accipiunt; tuoque
Dexter adſpectu, facieque dulci
Tecta ſerenas.
Quin & extentis fidibus, chelyque
Obuius ſumptâ, tuus ecce vates
Audet intranti tibi dedicatum
Dicere carmen.
Cui tamen tantus precor inſit olim
O lepos, ætas adeoque viuax,
Hoſpitem vt noſcant mihi te fuiſſe
Poſtera ſecla.
Fiet id: Phœbus neque fallit augur
Certus obſcuris dubiiſque rebus;
Et mihi laurus crepitu vſta felix
Præbuit omen.

De pluuiis & tempeſtatibus ad Deum.

Iam continenti prodigialiter
Septem dierum curriculo pluit;
Recluſa ceu nimbis ſit ingens

Imbriferi cataracta cæli.
Mortalium mens anxia iam metu,
Antiqua Pyrrhæ ſecula cogitat,
Cùm regna ſubmerſitque gentes
Fluctiſonis cataclyſmus vndis.
Iam ſtrata mœſtos agricolas ſeges
Angit, carent & fructibus arbores:
Decuſſit enatos furenti
Impete quos violentus Auſter:
Immobili ſeu lege neceſſitas
Humentis anni diluuium hoc mouet,
Imbres vt effundant, in vnam
Signa meant & aquoſa ſedem:
Siue imminentis non dubium mali
Præſaga monſtrum Pleïas ingerit,
Quo conſtet, ô ſupreme Princeps,
Te vitiis hominum eſſe læſum.
Sic cùm Gigantum terribilis cohors
Titaniorum ſcanderet æthera,
Confiſa robuſtis lacertis,
Speque nimis tumefacta vanâ,
Tu fontium auſis concitus impiis,
Miſſi tremendo fulminis impetu
Euertis vnà illos onuſtis
Montibus, impoſitoſque montes.
Immanis & cum cæde Lycaonis
Offenſus, orbem perdere deſtinas,
Iuges quaterdenis diebus
Humifico ruis axe nimbos.
Quod ni, minutâ Deucalion rate
Lectique conſors Pyrrha, biuerticem
Parnaſſon elapſi petiſſent,
Fatidicæ Themidoſque templum,
Iam tum procellâ vindice fluctuum
Vndæ obruiſſent omne hominum genus

Sat-

Sarcire merſorum ruinas
Nam ii lapidum potuere iactu.
At ſeu perenni lege neceſſitas,
Siue imminentis prodigium mali
Hæc flabra conuoluunt, graueſque
Horriſono tonitru procellas:
Tu maior iliis atque potentior,
Supreme Princeps, omnia numine
Curas inadſtricto tuumque ad
Arbitrium, imperitaſque fatis.
Audi obſecrantis proin lachrymabiles
Orbis querelas, & ſcelerum immemor
Compeſce noſtrorum furentem
Diluuiem, pluuiaſque fœda.
Præuaricantes ſit ſatis hactenus
Luiſſe nos hæc. ob vitia improba,
Pacemque tranquillo petentes
Reſpice iam, Deus alme, vultu.
Sæuire culpis tot capitalibus
Læſum haud negamus te merito, Pater;
Maiora & admiſſis fatemur
Supplicia eſſe adhibenda noſtris.
Peccamus atqui ſi quoties velis
Punire ſontes telaque flammea
Torquere ab excelſo, tua omnem
Ira breui vacuabit orbem.
Rex CHRISTVS olim cur hominem induit,
Dureque paſſus ſupplicium crucis:
Tete niſi vt mitem doceret
In populos, veniæque largum?

Lætatur ob redditam ſerenitatem.

Poſt atros nebulis dies,
Et fœda imbriferis tempora flatibus
Auſtri iugiter humidi,
Mixta & turbinibus fulgura concitis;

Cæli grata ſerenitas,
Auraruinque tepor lene ſtrepentium,
Ac ſpiſſæ nemorum comæ.
Illimis tremula ſicubi fons aqua
Præter prata virentia,
Conuallesque fugax labitur herbidas,
Ad ſcribendum animos monent,
Et curuæ ſtudium mi chelys excitant.
Non Mauortia vt audeam
Heroum fidicen dicere prælia,
Triſteſque Æacidæ minas,
Quas rapta iacit iratus amicula:
Non vt Scipiadas equis
Inuectos niueis in Capitolium
Sapphus carmine concinam:
Hunc quòd Sidonium contuderit Ducem,
Victa & nomen ab Africa,
Primus & Romulidum rettulerit patrum:
Illum quòd Syriæ agmina.
Cum magno Antiocho vicerit, & bona
Cis Taurum ſpoliauerit
Regni parte ſui: Sit mihi ſuauius
CHRISTI Principis omnium,
Et laudes Mariæ virginis inclitas,
Diuorumq; celebrium
Cum CHRISTO ætherea luce fruentium,
Hac teſtudine promere
Tantiſper, numeris dum grauioribus
Aſſueſcit mea Pieris;
Diſcens Mæoniam grandiloquentiam,
Siqua effingere ſit potis
In præconia rerum artificis Dei.

Ad Odonem Collignium Card. Caſtillionæum.

O lux purpurei decus Senatus,
A[illegible] merito create Pr[illegible]l,

Sensu, moribus, eruditione,
Hanc febrim vt male Dii Deæque perdant,
Quæ te tot cruciat molesta menses,
Nec nauare operam sinit Camœnis
Liberalibus, vt prius solebas;
Et sermonibus vtriusq; linguæ,
In queis iam tenero eminens ab vngui,
A tergo & comites tuos relinquens
Florebas ita; sic equis & albis
Æquales puer ante gnarus ibas:
Vt spe incredibili, indole & beata,
Gaudio afficeres tuos amicos.
Atque ipsum prope vinceres Beraldum,
Quo nil tersius elegantiusque,
Cultæ munditia ac lepore linguæ:
Nunc morbo, ah, lepidæ silent Camœnæ:
Nec iam personat aula litteratis
Tua heu colloquiis, identidemque
Cogor dicere, & acer imprecari
Hanc febrim vt male Dii Deæque perdant,
Quæ te tot cruciat molesta menses,
Odo, Purpurei decus Senatus.

De Ioue & Danae.

Formosam Danaen sollicitus pater
In turri Acrisius clauserat ænea;
Tutam aduersus amantum
Sic fraudes satis autumans.
Sed fata indoluit tristia virginis
Inclusæ miserans Iuppiter, illius
Mox effectus amator,
Et quassans caput hæc ait:
Ergo arcere potes Cælicolis tuam
Natam & terrigenis ô vafer Acrisi? at
Si non imbribus arces:
Fiam imber, [illegible]

De Agathocle Rege Syracuſano.

Prognatum figulo patre Agathoclea,
Cui ſubiecta fuit Trinacris inſula,
Et qui fulmineo belliger impetu.
Vrbes tot ſibi ſubdidit:
Contuſæ aſſiduis cladibus Africæ
Cum pacem & patribus Sidoniis daret,
Quos certamine bis vicerat impigro;
Leges poneret & ſuas:
Ipſum inquam perhibent Regem Agathoclea
Præcepiſſe prius ſacra nefaria
Saturni atque ferum ritum abolerier
Mactandi pueros focis,
Quam certi vlla foret mentio fœderis
Cum gente horribili prorſus & impiâ,
Sparſis quæq; Deos ſanguine liberûm
Placaret patrios rogis.
Protendens geminas falcifer æneus,
Oblatos pueros quæ caperent, manus:
Magnâ mole ſtetit, lapſu vti lubrico
In furuum ruerent chaos.
Nam pandâ horrificans ſub ſtatua ſpecus
Immenſis patuit ſæuus hiatibus,
Quò delapſa pyris corpora flammeis
Ardebant pereuntium.
Atne terrificis in cruciatibus
Audiretur atrox vociferatio,
Et ſtridor vehemens exitialibus
Ardentum miſere rogis:
Matres atque viri propter aheneam
Saturni ſtatuam & flammiuomum chaos,
Ducebant choreas, cantica ouatibus
Fundentes noua barbaris.
Hoc cultus tragicos, hanc truculentiam,
Quamuis ſanguineus cætera & impotens,

Non

Non passus domitor Sicaniæ vberis,
Icto fœdere sustulit.
Pro in cùm militiæ laudibus inclytus
Hostes sæpe suos Marte ceciderit,
Obscuræque notam victor originis
Pugnaci eluerit manu:
Non vllo ille tamen nomine iustius
A Musis canitur facta vehentius
Præclara, edomitæ quàm Libyæ impia
Quòd subuerterit Orgia.
Sic vinci vtilius Sidoniis fuit
Quàm vicisse; Ducis quando Agathoclei
Tunc effectum operâ, ne sua diriter
Deinceps pignora cæderent.

Ad Io. Bellaium S.R.E. Card.

Imbellis hæc si, Iane, Heliconias
Clarare cantu possit idoneo,
Heroa virtute eminenti,
Indigenis patriæque charum:
Laudes iuuentus Celtica iam tuas
Nostris gregatim concineret modis,
Nec nomen à Calpe sit vllum
Maius odoriferos ad Indos.
Formidolosum conscius ac pudor
Viresque terrent non oneri pares,
Ne fasce sub magno remissis
Deficiens genibus labascam,
Quicunque pigris certat Olympia
Mannis, trementi lora regens manu,
Delirat, Ægæumque cymbâ
Qui fragili secat æstuosum.
Hæc plectra blandis mollia lusibus,
Lætisque amantum conueniunt iocis;
His vina dicuntur, dapesque,
Munia non grauiora rerum.

Digitized by Google

Non victus armis Cantaber Italis.
Flacco canuntur, nec fera prælia:
Sed feſta, ſed dulces amores,
Sed faciles nuruum choreæ.
Sperni putares ne tamen à tuo
Te vate, vernis floribus interim
(Dum fructus autumno metatur
Gratior) hæc tibi ſerta feci.
Quæ ſi libenter ſumis & obuia
Manu; ecce meſſes haud mora quin ſuas
Cornu tibi Nymphæ referto
Floricomo ex Helicone mittant.

Ad Calligonem ex vernaculo Regis epigrammate.

Aptabam capiti meo
Filis reticulum nexile ſericis;
Quo ſolis radios graues
Arcerem, & rapidi ſpicula Sirii.
Poſcenti ad ſpeculum mihi,
Vt vultum aſpicerem, id ſedula tu nimis
Mox offers auibus malis.
Nam tum me ſpeculo cernere cogitans,
In formæ niueum tuæ
Candorem, & teneris tubera pectoris,
Imprudentius incidi.
Oblatum at ſpeculum cur auibus mihi
Dixi Calligone malis?
Verbum pæniteat me male ſobrium hoc
Fudiſſe, & potius putem
Signandum lapide hanc candidule diem.
Nam ſit reticulum licet
Curæ anſa, & populet flamma medullitus
Inteſtina liquentia;
Fauſtum forte tamen me reputo mea,
Inſperato oculi & bono:

Quan-

Quando, ſæuitiæ ſi quid ineſt, tua eſt.

Ad Io. Parthenium Archiepiſcopum Toparchum Subiſanum.

Mortalium pars maxima, Partheni,
Intenta lucro diuitias amat;
Perferre nec quosvis recuſat,
Dummodò rem faciat, labores.
Ad bella quæſtus triſtia militem,
Et congerendæ ſpes opulentiæ
Plerumque compellit; ſalutis
Immemorem propriæque vitæ.
Non tela Martis Norica territant,
Actæve glandes machina ahenea;
Diſcrimen aut mortis fatigat
Quem ſemel alta fames habendi.
Mercator Indos ſtrenuus vltimos,
Rubrique dites æquoris inſulas,
Gemmarum odoratæque meſſis
Emolumenta petens, reuiſit.
Non chara coniux, non lachrymantium
Vox liberorum flebilis auocat,
Se Pleiadum Arcturique crebris
Quo minus obiiciat procellis.
Tantis parantur totque periculis
Et cenſus, & quæ prima homines putant:
Inuiſa paupertas perinde eſt
Atque canis rabidus, vel anguis.
Ritè æſtimarit ſi quis opes tamen;
Contemnet illas: vtpote ſæpius
Quæ præbuerunt maximorum
Materiem ſcelerum ac malorum.
Dum ſe beatum iudicat affluens
Et copioſus tum ecce tibi minax
Rhamnuſia horrendo tumultu
Omnia miſcet agens, & aufert.

Teſtis mearum eſt ille Polycrates
Sententiarum, qui tenuit Samum
Vini quidem expertem, tyrannus,
Cætera at immodicè feracem.
Felicitatis vectus eò anulum
Gemmâ vt decorum proiicere in mare
Auderet, à piſcante nautâ
Quem memorant domino relatum.
Ægyptius Rex, vera vbi comperit
Hæc eſſe, diuino ore Polycrati
Prædixit ærumnasque triſtes
Affore, luctificumque finem,
Haud falſus augur. Nam miſerum ſimul
Ac fraude cepit Satrapa Perſicus,
In monte ſuſpendi præalto
Iuſſit opes rapuitque tantas.
Nec frater eius ſit Siloſon mihi
Inter beatos; purpuream licet
Ob lænam ab Hiſtaſpis Dario
Sit patriæ ditionem adeptus.
Quippe imperauit ſic popularibus,
Tantáque in omnes ſæuitiâ eſt ſuos
Graſſatus, vrbes vt propinquas
Et Samiam vacuarit aulam.
Cuſtodiendæ cura pecuniæ
Perquam moleſta eſt: gazaque Numini
Sacrata ſit quamuis, locique
Relligio tueatur illam,
Irrumpet exlex Antiochi tamen
Brennique miles, turbaque Phocais,
Delubra Phœbeosque Delphos.
Sacrilegis ſpoliabit auſis.
Craſſus talentorum ad duo millia
Ex æde ſacrâ ſurpuit: at breui
Vindicta prædonem ſecuta eſt;

Aſſy-

Aſſyriis cadit ille Carris.
Nec pœna vindex agmina Martia
Brenni reliquit: vertice nam ſacro
Delapſa tempeſtas fragoſis
Obruit indomitos ruinis.
Cladis nec exors Antiochi manus,
Ditata raptis quæ Solymis; perit
Obtrita bellorum cruento
Turbine, Achemeniiſque Perſis.
Impunè ceſſit nec populatio
Patrata Delphis: cætera Græcia
Nam Marte Phocæos retundit,
Delphica vi repetitque vaſa.
Hæc ergo cùm ſe ſic habeant domi
Sedere præſtat compoſitum ſuis
Rebusque contentum puſillis,
Quàm nimios inhiare cenſus.
Felix abundè cui mediocria
Victum quieto prædia ſuggerunt;
Dulcique voluentem libellos
Quem gremio refouent Camœnæ.

Ad Annam Crequiadem, Hilermi Bellai coniugem.

Obrutus laudum cumulo tuarum,
Vnde ſelectum tibi Nympha carmen
Inchoem prorſus dubito ipſe, quove
Fine quieſcam.
Corporis raris animique nam ſic
Dotibus largè decorata fulges,
Ipſa vt obſiſtat, faciatque egenum
Copia vatem.
Omnium primum, ſata patre cui vix
Sole maiorem det vtroque tellus,
Veſte creuiſti in Tyriâ aureiſque
Paruula cunis.

Digitized by Google

Nubilis vix dum, Phrygia decenter
Vti acu & leui radio ſolebas;
Textiles pingens vario colorum
Lumine veſtes.
Cederet textu tibi docta Pallas,
Quæque ei pœnas luit olim Arachne;
Cederet diues Babylon, & vncti
Turba Canopi.
Aucti erant anni, ſimul & venuſtas
Aucta mirandæ eſt genitiua formæ;
Multaque afflabat tenerum rubentes
Gratia vultus.
Digna de cuius thalamis procorum
Turba certaret capitis periclo,
Quamque vel magni peterent ſine vlla
Dote Tetrarchæ.
Affuit Iuno; heic tibi fauit Hymen;
Quippe felici ſociata teda,
Nobilem nacta es, veterique ductum
Stirpe maritum:
Aulicos inter proceres iuuentæ
Flore prælustremque, humerisque latis,
Litteris & qui ſua litteratis
Stemmata clarat.
Hunc diu ſeruat tibi, Nympha Chriſtus,
Nec tibi tantum, ſed & eruditis
Omnibus, quos munificus benignè
Ornat & effert.

Exultat ob natum ſibi Theophilum filium.

Salue orte fauſta luce Theophile,
Gratum parenti pignus vtrilibet;
Cui nomen ex voto dicatum,
Quàm prius egrederere ab aluo.
En lætè vt ad cunabula virgines,
Pindi relicto vertice luſitant,

Lymphis

Digitized by

Lymphis relictis Hippocrenes,
Floribus & te hilares inumbrant!
Fallorne, Muſæ culta mihi cohors,
An me paternus cœcat amor nimis
Fortaſſe auentem credulumque,
Veſtra colet ſacra vel puellus?
Iam nunc choreis hunc ego deſtino
Veſtris ſacerdotem & voueo Orgiis,
Iam plectra iam chordas, chelymque,
De tenero meditetur vngui.
O conſecratum videritis, Deæ,
Pupum fauenti lumine poſcimus,
Lactate dio vagientem,
Vbere, nectareisque ſuccis:
Vt mammâ ab ipsâ iam teneat puer
Fandi leporem, mella & Hyantia:
Sermone nec Graio ſit æquè
Alter & Auſonio diſertus.
Non ille adultus vincat Olympia,
Sudansve certet puluere in Iſthmio:
Vt ſacra victorem corona
Condecoret tripodesve fului.
Non fronde virtus bellica laureâ
Ornabit illum, aut conſpicuo vehent
(Quòd Marte profligarit hoſtem)
Cornipedes niuei triumpho.
Nec concupiſcet diuitias hians
Ad celſa regum ſcandere limina;
Nec vendet argenti ſititor
Verba foro phalerata rauco.
Fingetis illum ſed celebrabilem
Honore vatum, & Lesbide barbito,
Nunc fontium ad riuos ſedentem,
Nunc gelidâ nemorum ſub vmbrâ.
Fratris tenelli, chara Suſannium,

Accede

Digitized by Google

Accede cunis,& Mariam voca,
Vt mulceatis vagientem;
Sparge rosæ Charilae flores.
Fratri minori (vos Superi modo
Seruent) præibis tramite musico
Ante ambulo,& dux litterarum
Linguâ in vtraque politiorum.
Hæc summa voti præcipua est mei,
Hæc cura,tota mente Theophilus
Vt qualis euadat vocatur,
Exprimat impositumque nomen.

Tellignius de sua Arethusa Vernonia.

Si quam mentis in intimum recessum
Admisi cupidus,recondidique,
Dilexique medullitus puellam;
Ne viuam,illa Arethusa ni sit vna.
Nam sic pectoribus meis inhæret,
Sic imis animi sedet latebris,
Iugi illic sita cogitatione;
Nulla vt tempora transeuntis æui,
Nullæ lætitiæ,molestiæve
Illam euellere & amouere possint.
Frustrà de numero venustiorum
Accedant aliquæ iuuencularum,
Vt me surripiant,sibique iungant.
Spectabunt oculi hanc libenter vnam,
Nec spectare alias volent puellas.
Cor secum feret hanc libenter vnam;
Nec ferre vnquam alias volet puellas.
Complectetur & hanc lacertus vnam,
Nec complecti alias volet puellas.
Hac felix modò sum futurus vnâ,
Hæc Tellig niolum vna habebit vnum.

Ad Margaritam Valesiam Reginam Nauar.

Ingens egentem copia me facit,

Exordiendi nec facilis via eſt,
Regina, virtutum poetæ
Carmen honorificum tuarum.
Nam tanta ſeſe protinus explicat
Rerum facultas non triuialium,
Incerta mens vt ſit decenti
Quas ſerie quibus anteponam.
Septena cùm iam inſtaret Olympias;
Nec liberorum ſpes ſterili foret,
Conceſſa diuino fauore
Pignora dicam vtriuſque ſexus?
Dicam irrigatas nectare Hymettio
Voces loquentis quod rabidas domet
Tigres, quod iratos leones,
Saxa ſuis ſcopulis reuellat?
Dicam ſupernæ vi ſapientiæ,
Inſtincta prorſum pectora nil niſi
Spirare Chriſtum, nil niſi acri
Res agitare animo beatas?
Hæc cogitantem non humeri pares
Deterruerunt me, & mea paruitas,
Primamque Apollo ſub quietem
Talibus increpuiſſe viſus;
Ecquid minutis his fidibus tui
Sumis ſororem dicere principis?
Exemplar immortale morum,
Feminei decus & pudoris?
Getulæ arenas, Tethyos hoc erit
Metiri, & alto ſydera quot micent
Affixa cœlo, quando ſudæ
Cumque tacent numerare noctes:
Quot manè primo ſub nemorum comis
Blandis volucres cantibus inſtrepant,
Cùm veris optatam tepentes
Temperiem Zephyri reducunt:

An non

An non per vndas Oceanitidas
  Paruâ vehatur nauita ſi ſcaphâ
  Formidet, inſanis vt impar
  Æquoris horriſoni procellis?
Hæc digna grandi eſt Mæonidæ tubâ,
  Vel Vida quantam, vel meus Actius
  Inflarit, Acteoque iuxta
  Ore potens Latioque Budæus.
Imbellis at vos turba potens lyræ,
  Plebeia ludorum otia, nuptias,
  Vnguenta, luxus, & choreas,
  Pontificum & celebrate cenas.
Huic ipſe (fandi nam mihi copiam
  Tum fecit) inquam; mos tamen eſt Deis:
  Cùm thura deſunt, & Phaliſcâ
  Victima bos ſatiatus herba;
Quam plebis offert relligio molam,
  Paruo vetuſti cum cyatho meri,
  Ramosque ſyluarum, & recentes
  Conſuluiſſe boni corollas.
Non tam mei ſum neſcius ingeni,
  Thymbræe, tantum nec tribuo mihi;
  Vt poſſe ſperem eius verendas
  Pro meritis memorare laudes.
Saltus peragrantem attamen Aonas,
  Et ſaxa Pindi frondea, quid vetat
  Decerpere huic incana paruo
  Lilia cum violis caniſtro?
Attingere haud mens ardua: pectine
  Sat cantitarim ſi Mitylenio,
  Vt Parca naſcenti, futuræ
  Indolis egregiæque formæ,
Et ſingularis præſcia gratiæ,
  Voluente ſtamen candidulum manu,
  Co[illegible]

Indiſſe-

Indiderit,neque falſa nomen:
Difertiorum vt natio cœtuum,
Eius ſub vmbone impenetrabili
Secura prorſum conquieſcat,
Pieriis operata ſacris.
Contenta certis finibus egredi
Eò voluntas vſque mea audeat,
Quò clara patronæ potis ſim
Grati animi dare ſigna tantæ.
Hac voce flexus Cynthius annuit;
Et me volucri deſeruit fuga,
Euanida vt corpus relinquit
Vmbra ſuum fugiente Sole.

Ad Nicolaum Beraldum Aurelium.

Ægineta fuit,Beralde,Lampis
Vir potens,locuples,pecunioſus;
Cuius innumeræ rates vehebant
Longinqui tumidas maris per vndas,
Allatas Syriis ab vſque merces.
Quem cum patria diceret beatum,
Propter diuitiasque laude ferret;
Hæc quidam appoſitè eſt Lacon locutus:
Non fortuna beat,ſed vna virtus;
Nec,cœcæ hoc dare ſi Deæ velimus,
Magni vnquam hanc faciam beatitatem
Pendentem à Zephyris rudentibusque.

Ad Io. Bellaium S.R.E.Card.

Marcidis herbæ foliis iacentes,
Vt repentino vegetantur imbri,
Quas malè afflarat furioſus acri
Sirius æſtu:
Sic tua,Bellai,opera refectus,
Ante cùm ſemi,heu modo viuus eſſem;
Prodeo à curis vacuus;mihique
[illegible]

Hei mihi, tantis meritis quod impar
Haud queam dignas soluisse grates,
Insolens plectri, modicæque Musæ
Cantor inaudax.
Quæ lyræ neruis, Dea, versibusque
Præsides doctis, meditare carmen
Ante inauditum sociasque tecum
Iunge sorores.
Antra Bellaium latebrosa saltus
Frondei Bellaium iterent, & vnde
Quas vagus flauâ Liger in profundum
Voluit arenâ.
Herculem Herois alius cothurnis
Dicat inuictum populos per omnes,
Et Cleonæi humeros amictum
Pelle leonis.
Vt Libym pressu, pedibus iuuencum,
Igne Lernæam superarit hydram,
Alites telis, Erycemque cæstus
Verbere crudi:
Lydiæ vt iussu dominæ pudenter
Texerit Coa sua membra palla,
Crassa robusto tenuarit idem
Pollice fila:
Vtve Colchoæ magicis puellæ
Cantibus tauros subigens furentes,
Aureum vellus Scythicis Iason
Vexerit oris.
Arboris densæ resupinus vmbra
Iane, te tantum celebrabo, seu Sol
Mane collustret sola siue Iberum
Flectat ad æquor.
Dignus es nostro prope solus æuo,
Cui sacri vatum vigilent labores;
Flore cui texant roseo nouemque
Serta sorores.

Ad

Ad Iacobum Colinum, Antiſtitem Ambroſianum.

Huc quis ſodales ocyus euocat,
Et ſuaueolenti ſpargit humum roſa?
Myrto quis aptandas capillis
Deproperat nitidis coronas?
Hæc ſingulari lætitia dies
Eſt exigenda; hæc adiicialibus
Cœnis, inexhauſtoque menſæ
Regificæ celebranda luxu.
Baccho labantes nec malè ſit pudor
Arboſiano ferre mihi pedes,
Lingua nec infræni referre
Quæ Monachω̃n grauis ordo damnet.
Penſare longi proſperioribus
Fas ſit viciſſim tempora tædii;
Saluoque gratari (ferebant
Quem modò depoſitum) patrono.
Viuit, Camœnæ, faucibus erutus
Colinus Orci; viuit Io meus,
Cumæam & huic ſpondent Sororum
Fila trium renouata vitam:
Vt veſtra myſtes Orgia idoneus,
De fonte puro progrediens ferat
In regna Gallorum, ſacrumque
Ritè chorum inſtituat per vrbes.
Quis feriati nunc Ducis otia
Inotioſis colloquiis fouet?
Regum quis & paces & arma
Martia commemorat priorum?
Te conualeſcentem alta Lutetia,
Te voce Nymphæ Sequanides vocant,
Te regia inuitat, recultæ
Te veteres Luparæ Penates.
Vt ſit ſalutis cura tibi tuæ,

Digitized by Google

Coline, verbis pluribus obſecrat
Non vnus è vulgo, ſed ille
Gallia cui ſpatioſa paret:
Franciſcus, inquam, qui te amat vnicè
Induſtriæ ergo, & nobilium artium,
Quas doctus ornaſti, obuioque
Vſque patrocinio extuliſti.
Qui ſeu citatæ grandiloquentiæ
Ingens fragoſis fulminibus tones,
Sermone ſeu preſſo, fluentis
Eloquii penetres in aures;
Labris loquentis Suada, vel efficax
Lenire tigres Armenias, ſedet,
Et ſaxa mollire, & ruentis
Siſtere aquas Rhodani rapaces.
Conceſſa diæ proin tibi longior
Vſura lucis, Diis ſtatuentibus,
Qui ſceptra Franciſci miniſtro
Sunt veriti ſpoliare tanto.
Ah, ſi cadentem te mihi florido
Extinxet æuo lethifer exitus,
Cur ipſe manſiſſem ſuperſtes
Parte mei potiore rapta?
Exempla mortis ſponte obitæ dabat
Solduriorum turba fidelior;
Conſtanter infernas ſecuta
Sæpe ſuos dominos ad vmbras.
Nunc, aure noſtras qui facili preces
Exaudierunt Cœlitibus bonis,
Suſcepta perſoluo, Patrone,
Vota libens, meritasque grates:
Donariis & munera largiter
Promiſſa reddens, igniferas faces
Affigo delubris; diu te
Soſpitem & incolumem precatus.

Ad Adrianum Druſum.

Druſe, in aſſuetum redeamus orbem
Carminis noſtri; melicoque cantu
Gaudeant tactæ fidis & Latinis
Verſibus aures.
Rupibus dum Thrax modulatur Orpheus
Auiis, neruos citharæ feritque,
Ad feræ cantum veniunt; morantur
Flumina curſum.
Per tua Amphion, Aracinthe, teſqua
Arbores plectro trepidas eburno
Traxit auditum, Tyriamque in vrbem
Saxa coëgit.
Sub fera quin & Polyphemus Ætna
Flexit argutis Galathean odis:
Capta rorantes agit illa dulci
Voce iugales.
Si colant docti mea ſcripta mirum;
Hos ſinu & paſſim foueant libellos;
Quæque ſuggeſſit mihi blanda dexter
Carmina Pæan.
Fulta ſi non eſt Pariis columnis
Mi domus: ſeu quæ veniunt Cariſto,
Nec laboratum rutilo lacunar
Fulgurat auro.
Arbores ſi non meus hortus æquat,
Ipſe quas Phæax biferas habebat
Fons nec in noſtras properat per artem
Defluus ædes:
At ſuo Muſæ comites alumno
Carmina afflantes operoſa dictant,
Nec pedem noſtris agilem recuſant
Ferre choreis.
Ergo ter felix erit his quaterque
Verſibus quiſquis celebreſcet olim;

Per futurorum memor & volabit
Ora nepotum.
Nam nec Elæi Iouis alta templa
Molibus fulgens imitata cœlum;
Celſa Mauſoli neque buſta Caris,
Pyramidésve.
Structa nec ſumptu Babylon ſuperbo,
Coctili quamuis decorata muro,
Mortis extrema nimium ſeuerè
Lege vacabunt.
Hæc ruent olim populante flamma,
Aut ſitu longo, aut pluuia fatiſcent:
Excidet nullo ſed enim Camœna
Nobilis æuo.

Hecubæ captiuæ querela.

Atropos iam tum mihi dura cladem,
Iam tum & ærumnas Superi parabant,
Cùm meus ſyluam Paris arboroſa
Vertit in Ida.
Salſa Neptuni vada tranſiturus,
Vt rate auferret celeri Lacænam,
Pulchrior qua non ſub vtroque viſa eſt
Femina Phœbo.
Ecce me circum mala multa vallant,
Et malis longè grauiora fata,
Publicos Troiæ peperitque priua a-
mentia luctus.
Hæc quidem clades aliunde nata eſt,
Multifons ex quo volucri ſiniſtra
Ida tres vidit ſine veſte nato
Iudice Diuas.
Inde fax tanti lachrymoſa belli,
Inde tot Troes Danaique cæſi,
Liberûm ſtrages, Phrygiæque caſus
Flebilis aulæ.

Aſt ad Eurotam quoque nunc puella
Quæpiam forſan gemit, Inachumve,
Heic quòd immiti iaceat peremptus
Cæde maritus.
Et manum cano capiti genitrix
Iniicit charis aliqua orba natis,
Ac furens malas auido cruentat
Vngue ſeniles.
Quò magis florens ſtatus ipſe rerum,
Pluribus regnis opibusque fultus;
Hoc tamen lapſus grauior, magisque
Dura ruina eſt.
Ecce regnatrix Aſiæ feracis,
Affluens auro, & genus omne gemmis,
Tot miniſtrorum procerumque denſâ
Cincta coronâ:
Liberis felix vtriuſque ſexus,
Et viro & quondam patre Rege pollens,
Quam repentino tamen vna nox dat
Turbine peſſum.
Vt forem exemplo nihil eſſe tutum
Quamlibet magnis, Nemeſisque quantum
Ardua vlciſcens queat, inque culmen
Infima tollens.
De meæ ſago tamen audiiſſe
Ore Caſſandræ memini, canentis:
Dardanæ ſtirpi fore vti viciſſim
Seruiat Hellas.

Ad Aug. Triuultium P.P. in Francia legatum.

Vox vnde noſtris influit auribus
Tam læta? rumor murmure quis leui
Iucunda diuulgat repens, &
Huc niueis volat vſque pennis?
Honore ſacro clarus ab Italis
Auguſtus oris huc ne Triuultius

Digitized by Google

Legatur? in Franco vicéſne
Pontificis gerit orbe ſummi?
O ſingulari lætitia diem,
Geminiſque Thracum more notabilem!
Iam nomen haud Virtus inane eſt;
Iam meritis erit ampla merces.
Candore ſi quis præditus enites,
Rectumque præfers (vt decet) improbo;
Lætare ſortitus patronum
Plauſibilem, & merito verendum.
Et tu, ſecundo ſi quis Apolline
Afflatus audes digna lini cedro,
Crinemque Muſarum ſacerdos
Pieria redimis corona:
Orſis fauorem dulcibus incipe
Sperare tandem, iuſtaque præmia:
Accingere & mentem labori
Egregio, & fidibus mouendis.
Non vana votis ludet inanibus
Manare doctum mella poëtica
Spes vatem; humo nec ſeminabit
In ſterili, bibuliſve arenis.
Felix ea olim eſt copula, cùm genus
Illuſtre mores condecorant boni,
Nec labe declinat quis vlla
Stemmate ab eximio parentum.
Hunc à Toparchis nobilioribus
Burgundionum fama ſatum refert;
Mutare qui ſedes coacti,
Inſubriam petiere opimam.
Illic manuque & Marte Triuultia
Inclaruit gens, nominis & decus
Extendit Eoos ad ortus,
Solis ab Heſperio cubili.
Primæ illa numquam quid quod originis
Obli

Oblita, Francis partibus addidit
Se ſemper, affectuque fido
Fouit opes ſtudioſa noſtras?
Auguſtus atqui non titulis domus
Contentus altæ, & ſanguinis inclyti,
Se fruge doctrinæ ſalubris
Excoluit, Sophiaque ſancta.
Nec feſta adiuit non etiam Orgia
Vatum, iuuenta feruidus impigra,
Et volvit authorum bonorum
Omne ſagax genus artiumque.
Nil ergo mirum ſi modò tertius
Ornauit illum his Paulus honoribus,
Legatum & ex omni creauit
Oſtriferi numero Senatus.
Torquent Olympum numine qui ſuo
Tantum mihi æui Cœlicolæ annuant,
Florente dum poſſim Camœna
Ritè tuas memorare dotes,
O purpuratæ gloria curiæ
Præſtans Triuulti, quo tumet Itala
Seſe efferens tellus alumno;
Gallia quo ſacra agente gaudet.
Fari volentem Lesbide barbito
Præconia hæc, vis me aut mea deſeret,
Aut voce olorinum canorem
Melliflua ſuperabo vates.

Ad Io. Cosseiam virginem nobiliſſ.

Docta ô tempora, ſeculumque felix
Poſſit iure quod aureum vocari!
Ter nondum tria tranſiere luſtra,
Cùm regnaret in orbe ſcabra Gallo
Paſſim barbaries, nec vllus eſſet
Qui Græcè loqueretur ac Latinè,
Et Muſis, vti par, bonis vacaret.

At nunc ô Deus! ô beata ſecla!
Romanas pueri, innubæ & puellæ,
Ac Graias auidè ſequuntur artes,
Et ſeſe eloquii excolunt lepore.
Tu, Coſſeia, mihi venuſta teſtis,
Quæ clarum genus, aureamque formam
Doctrinâ excolis eruditiore,
Ac tete ingenuo colore pingens
Exornas Charitum poëticarum,
Et refers Veneres venuſtiores,
Noſtro Pieridum vna facta ſeclo.

L. Tellignius ad Arethuſam.

Illibata puellula,
Præclaris neque non orta parentibus,
Cuius grata decentia
Formæ, & mundities me mihi ſurpuit:
Cui ſtellis oculi pares,
Et frons ſub rutilis lucida crinibus,
Multos ſollicitant procos,
Qui me diuitiis forſitan anteeant.
Me conſtans tamen omnibus
Præfers, atque virum non alium cupis.
Vt leues taceam genas,
Atque æquanda roſis ora rubentibus,
Vt linguæ Veneres tuæ,
Sermonemque fauis dulcibus oblitum;
Ecquid coniugii memor,
Noctu mœſta gemis, mœſta gemis diu?
Abſentemque procul tuum
Suſpiras tacitis ſaucia ab ignibus?
Aut fallor mea lux, moræ
Aut tam longa dolens tædia fers meæ.
Sic Phyllis Rhodopeia
Actæum patrio littore coniugem
Sperauit reducem diu.

Sic flauum Hypſipyle triſtis Iaſona:
   Blandis vtraque vocibus
Deceptæ. trifidis ſed prius ignibus
   Irati feriar Iouis,
Ac terræ ſubitis viuus hiatibus
   Labar Tænareum in chaos;
Promiſſam tibi quàm ſuſtineam fidem,
   Pacta & conubialia
Diſpergi Æolis irrita flatibus
   Me torret face mutuâ
Qui te incendit amor; nullaque femina eſt
   (Sint cultæ Italides licet,
Vultusque ingenui gratia amabiles)
   Quam præferre tibi velim.
Flammæ principium & finis eris meæ.

Ad Hilermum Bellaium Largium toparchum.

Libertate vti candidâ fruamur,
Nimirum lapidem mouemus omnem,&
Nullum horreſcimus impigri laborem
Iucundiſſime mi patrone, rerum.
Conatu ſed enim irrito atque caſſo
Cedent omnia quantacumque, ni tu
Intendas animum,& benignus adſis.
Fons tu huiuſce rei caputque ſolus,
Solus præſidium, decusque noſtrum.
Voti reddere compotem Macrinum
Si velis modò, paululumque tentes,
Cuncta perficies vel otioſus.
Si mi contigerit quies, manuque
Per te mittar ego, ilicet ſolutus,
Quantas mox tibi gratulationes
Effundam citharâ loquaciore!
Quot te millia carminum, quot amplæ
Scitorum Iliades manent leporum?
Clamabis quoties legendo noſtra,

Cycnum ex anſere me repente factum?
Vt te pœniteat fuiſſe lentum,
Prolixasque moras ſubinde damnes,
Quòd non iuueris ocyus clientem
Iucundiſſime, mi Patrone, rerum.

De Georgio Seluâ, regio legato.

Nymphæ quæ nemorum tenetis vmbras,
Et flores legitis per vda Tempe,
Plenis ſirpiculis adaggerandos;
Seluæ ſerta meo parate quæſo,
Sacræ nomina cui dedere ſyluæ,
Mutatâ modo littera ſecundâ:
Vt præſagia dulcioris eſſent
Oti, & Caſtaliarum amœnitatum,
Quas veſtrâ coleret quietus vmbrâ:
Seluæ pontificum, eruditiorum
Longe me Hercule principi, benignos
Seu quis ponderet æſtimetque mores,
Artes ſiue magis bonas. ſed illi
Quænam ſerta Deæ feretis? ô ſi
Impromiſcua, flore non caduco,
Annorum aut ſeriem timente longam?
Immortalia ſint vt ipſa, quando eſt
His ſertis meus ecce Selua dignus.

Ad Michaelem Rutilium. Ex Græco.

Sectanda vitæ quæ mihi formula,
  Deliberanti ſollicitè ac diu;
  Quocumque me vertam, Rutili,
  Omnia plena malis videntur.
Feruent moleſtis nam fora litibus,
  Et continenter cauſſidici ſtrepunt.
  Sin fortè priuatus; domi me
  Tædia & anxietas manebunt.
Si ruſticari diſcupiam; necat
  Me rus iniquis triſte laboribus.

At

At regna Neptuni secantem,
Horrida mille premunt pericla.
Amplum esse censum fac mihi diuiti,
Fac esse Crœsi gazam Alyattici;
Tunc si peregre est exeundum,
Cuncta miser metuam inque tutus.
Sin dura nudum pauperies premet,
Et farta nullâ bulga pecuniâ
Pendebit; eheu, quàm molestum est
Hospitem egere virum, Rutili!
Vinclis iugatum connubialibus
Curæ sequentur, multaque acerbitas:
Torquebit ægrum solitudo,
Si placeat mihi vita cœlebs.
Fœcunda coniux me sobole auxerit;
Enutrienda est non sine tædio ac
Sudore: sin deerit, carebit
Lumine vita gementis orbi.
Lanugo primo flore teget genas;
Nullo iuuenta est consilio efficax;
Canis inalbescet senecta;
Viribus inualida est caducis.
Ergo, quod optem quid reliquum mihi est,
Nisi alterutrum si cupiam catus;
Exisse vel numquam parentis
Ex vtero, interiisse vel mox?

Ad Franciscum Regem.

Regum maxime Rex potentiorum,
Annos iam prope bis decem labore
Sum summo ipse tua frequens in aula,
Et te persequor huc euntem & illuc,
Nec quicquam inde fero tamen lucelli,
Aut rem promoueo peculiarem;
Exhausto iam animi mei vigore.
Cultori ô steriles suo Camœnæ!

Quæ

Quæ cùm tot pariant ſubinde curas,
Tantos vndique & afferant labores,
Nil proſint tamen,& maligna fallat
Ex agris toties ſeges recultis.
Nimirum hæc leuius forent ferenda,
Si illo tempore forte natus eſſem
Cum triſti Genio maloque fato
Noſter barbarie iaceret orbis.
Sed felicia me tulere ſecla,
Quæ te Principe perpolita raris
Cunctarum artibus eruditionum,
Linguarumque trium diſerta cultu,
Ætati nihil inuident beatæ
Pellæi iuuenisque Cæſarumque.
Hac regni ergo tui feraciore
Tempeſtate tot exteri atque Galli,
Qua donis & honoribus fouentur,
Doctrinæ modo gratia ac leporum:
Qui fit,maxime Rex tuarum vt vnus
Reſtem expers ego liberalitatum,
Tam pronum neque ſentiam fauorem?
An ne id ſegnibus imputem Camœnis?
An fato mage ſyderumque cauſis?
Cum Muſis tibi par ſed eſt poteſtas,
Ad præcordia concitanda vatum:
Et,maior Ioue,ſyderum ſiniſtros
Aſpectus potis es leuare præſens.
Proinde abs te peto,flagitoque ſupplex,
Vt me lumine lætiore poſthac
Deiectum aſpicias,& in tuorum
Admittas numerum,gregemque Vatum.
Facturum puto te rogata,cùm ſis
Regum maximus,optimus virorum.

Ad Titum Pinnium Iuliodunen.

Ergóne Orphæis fidibus,carebas

Queis

Queis modos nuper vacuus, relictis
Atque Parnassi bifidi valere
Numine iusso.
Castra Gradiui sequeris cruenti,
Militem mauis Tite, quàm poetam
Esse te? plus quàm bona Musa cordi est
Letifer ensis?
Et quis hæc quæso ratus esset vnquam?
Quis neget cursu Ligerim reflexo
Iam meaturum, reditura ad ipsos
Flumina fonteis?
Hactenus sacris operata Nymphis
Dextra, crudeles gladios coruscat;
Proque concentu chelys, it tubarum
Clangor ad aures.
Cùm tibi immundæ latices lacunæ
In cauâ fesso galeâ bibentur;
Subque cogéris Ioue ferre duræ
Frigora noctis:
Cùm relegati cupido soporis,
Atque speranti placidam quietem
Ingruent hostes, subitoque cingent
Agmine vallum.
Quàm velis pugnas adiisse nuncquam,
Nec latus munisse tuum ense sæuo!
Quàm domum, at frustra, cupies perosus
Bella redire!
Est quidem belli studiique præses
Ipsa Tritonis: sed enim libenter
Otium vsurpans, posita frequentat
Gorgone Athenas.
Antefert pugnæ Dea sæpe pacem,
Iurgio & rixæ requietem: oliua
Arguit pacis typus id Mineruæ
Nobilis arbor.

Ad Claudium Mangonem.

In comparandis mî nimis anxius
Videre, Mango, diuitiis; neque
Audire diuinos libenter
Veridici monitus magiſtri:
Ne ſitis vnquam ſolliciti diem
De craſtino, inquit; ſufficiat ſua
Sed cura præſenti diei,
Anxietas & amara victus.
Nimirum abundè eſt diues & affluens,
Quem Patris almi larga benignitas
Cornu locupletat perenni,
Æthereis ſaturans ſaginis.
Auro micanti iam laquearia
Diſtincta, marmor iam Parium tibi
Sordeſcet, affabreque quicquid
Artifici ſtudio expolitur:
Poſtquam excolendum te mage ſciueris,
Magiſque adornandam eſſe tibi domum,
Cœleſte quam numen frequentans
Inſideat, vice templi & intret.
Hæc penicillo Iuſtitiæ domus
Pingenda, Claudi, mentis & integræ
Splendore puro luminanda,
Grata Deo ſit vt ipſa ſedes,
Hunc nempe cultum Rex ſuperum probat,
Has ſolum *Ieſus* diuitias vocat,
Ærugo quas nec perdat olim,
Nec caries tineæue rodant.
Talem flagranter nos opulentiam
Optemus; hæc & lucra ſalubria
Sectemur, hoc cenſu beatos
Nemo inopes homo reddet vnquam.

Ad ſeipſum.

Sirenum illecebris captus inanibus,

Vatum

Vatum & mellifluâ vaniloquentiâ;
Ceu Circes biberis pocula noxia,
Indulges modo fabulis.
Indulges; oculos, heu, nec ad æthera
Sustollis, nec agis quæ placeant Deo,
Dauides veluti vaticinus sacrâ
Cœlesti enucleans lyrâ.
Quid verbosa tibi proderit Ilias,
Pellacisue duplex cursus Vlyssei?
Quid regnũ in Latium Anchisiadæ manu
Latos Dardaniæ Deos?
Vites quæ posuit mollis Horatius,
Lasciua & nimium Musa Propertii,
Tu Nasonem aliis & Cythereias
Prudens linque agedum faces.
Verba Euangelii sint tibi cantio
Amplectenda magis, *Christus* & optimus,
Qui Patris solio missus ab aureo
In terras hominem induit.
Aluo qui Mariæ virginis editus,
Affixusque cruci, morte vicariâ
Humani generis crimina sustulit,
Et cœlo asseruit pios.
Culto nec sileas carmine martyres,
Argutaue chely, Dominum ducem
Sectati, accipiunt iure perennia
Fusi præmia sanguinis.
Nimirum his studiis, his bone cantibus
In doctas hominum peruenies manus,
Sudoresque fauens respiciet tuos
Alto *Christus* ab æthere.

Ad Gilermum Buccetellum Secretarium Regium.

Si versus tibi, Buccetelle, mittam,
Propter quos vadimonium relinquas,
Molles, dulciculos, venustulosque;

Ecquid

Digitized by Google

Ecquid præmii erit tuo Macrino?
Illum munere de ſuo anne amabis,
Adiungeſque gregi intimo tuorum?
Si noui bene te, tuas & aures,
Queis nil terſius eruditiuſque eſt,
Non emblemata, ſericaſque veſtes,
Non rubri niueos maris lapillos,
Aut pluris facies metalla Gryphum,
Quàm poemata florulenta vatum,
Et factos criticum modos ad vnguem.
Quidni? cùm tibi profluente riuo,
Fontis Pegaſæi Thalia cuſtos
Sedarit cupidam ſitim bibenti?
Nec ſit carmina belliore rhythmo
Qui vernacula factitet poeta,
Si quando vacat hiſce feriari,
Et defeſſum animum otio fouere,
Miſcenti tibi ſeriis iocoſa,
Per gratas operum remiſſiones?
Hæc aurem mihi vellicant ſubinde
Vt verſus tibi, Buccetelle, mittam,
Hoc eſt, in mare aquam feram, quod aiunt.

De lauru Germani Brixii.

Tu laure felix, inter & arbores
   Spectanda raras; ſiue quis æſtimet
   Vmbramque odorataſque baccas;
   Siue tui ſtudium coloni:
Qui primus inter millia ciuium
   Auctoritate ac diuitiis, ſuâ
   Vnius excultam manu, te
   Delicias vocat atque amores.
Quamuis ad Arcton conſita frigidam
   Propter ſilentis flumina Sequanæ,
   Auram reformides iniquam,
   Duræ hyemis, Boreamque flantem:

Solers coloni ſic tamen anxii
 Dextra allaborat, ne tibi quâ gelu
 Sit parte creſcenti moleſtum,
 Neu pluuii noceant Decembres:
Vt te educatam vertice Delphico
 Mitique quiuis ſub Ioue iudicet,
 Sic fronde ſublimes in auras
 Perpetuo viridante ferris.
Sub te frequenter Mnemoſynes ſolent
 Dyrce relictâ ludere filiæ;
 Mutare Cyrrheâ tuamque
 Sæpe ſpecu *Pataræus* vmbram.
Leui ille plectro, nox vbi conticet,
 Candetque iunctis Cynthia cornibus,
 Ducente cum Nymphis choreas
 Cypride, tangit ebur canorum.
Illius actus numine Brixius,
 Idem ſacerdos & citharæ ſciens
 Bacchatur, ac miranda ſeclis
 Scripta parat meditans futuris.
Vtraque linguâ doctus, & ingeni
 Exercitati, ſeu libitum foro eſt
 Limare non temnenda rauco,
 Seu numeros ceciniſſe dulces.
Vt nemo dotes commemoret tuas
 Hunc præter, æuo ſat tamen ac ſuper
 Laudata noteſces ſequenti,
 Atque hominum venies in ora.
Nec turba vatum non tibi ceſpitem
 Lectæ dicatum ſanguine victimæ
 Tingetque, votiuaſque ramis
 Adiiciet tabulas onuſtis.

Ad Io. Bellaium Card.

Cùm Sol Herculeum tenet Leonem,
Et multo aridulas perurit æſtu

Herbas Sirius, atque hiulcat arua
Immenſo rapidi caloris igne,
Si forte irriguum ſoluta nubes
Imbrem fuderit hiſpidos in agros,
Marceſcens videas repente gramen
Vires ſumere priſtinas, aquiſque
Epotis nitido virere luxu.
Sic qui triſtitiis moleſtiiſque
Inuiſis prius obrutus iacebam,
Et vitam in tenebris miſer trahebam,
Præ deſiderio impotente veſtri;
Accepi ſimul ac tuas tabellas
Iucundiſſime mi Patrone dulci
Et ſolatia dulciora melle,
Queis curam releuas clientis ægri:
Criſtas erigere ilico, quod aiunt,
Et mœſtum caput alleuare cœpi.
Nec viſa eſt tua vox minus valere,
Vox, inquam, tua me vocantis ad te,
Succis *Pæonis* Æſculapiique,
Diâ quorum ope Virbius reuixit.
Proin ſi dicere veriora veris,
Collatumque velim referre munus,
Hoc vſurpem ego carmen eſt neceſſe,
Hoc læto mihi ſit frequens in ore,
Quod ſpiro, & valeo; tuum, Patrone, eſt.

Ad Margaritam Valeſiam Franciſci filiam.

Regis filia gratioſa Franci,
Nomen candida cui celebre bacca
Eoi maris indidit merenti,
Vt candorem animi tui notaret,
Morum munera ſingulariumque,
Queis virguncula regia eniteſcis:
Res quænam obſecro quæue cauſſa mouit
Vt me ruſticulum & rudem poetam

Tanto prosequier velis fauore?
Adscribasque libens tuorum in albo
(Est qui summus honor) domesticorum,
Ac procliuiter audias loquentem?
An quòd me esse aliquem tui parentis
Iussit gratia liberalitasque,
Musas munificè measque fouit;
Tu vestigia persecuta patris
Quos charos habet aduocas, & ornas,
Tanti & carmina ducis ipsa vatum?
Vt nuncquam potis est latere, flamma
Quàm æratis Pharos euomit lucernis;
Vrbs nec vertice structa montis alto
Vicinis nequit à locis videri:
Sic Heroica nobilisque virtus
Non erumpere non potest, & in se
Admirantia vertere omnium ora.
Nec fas Rege satam, auream que prolem
Tritâ incedere semitâ popelli,
Fuso lædere vel manus seuero
Læues, more inopum pedissequarum.
Perge ò regia perge Nympha quæso,
Altorum patefac tenore morum
Quo sis sanguine procreata & ortu.

Petri Galandii Elegidium ad Sal. Macrinum.

Primus ad Ausonias numerosus Horatius aures
  Deduxit lyricis carmina culta modis.
Primus ad armisonos diuino munere Gallos,
  Salmoni, hæc eadem Pindaricâ arte feres.
Quæ quid adhuc limas, decimumque recudis in annum
  Iampridem leui pumice tersa nimis?
Cur tenebris & nocte premis, Quinquatria sacræ
  Promeritum, & summum Pallados arcis, opus?
Cur cedro digna inuoluis caligine cæcâ,
  Ne rutili radios Solis & astra petant?

Digitized by Google

Pande ſinus ventis, nec tu, obluctante Mineruâ,
Sacra per inuidiam carcere clauſa preme.
Nec dubita quin ſint cunctis placitura modeſtis:
Quin age Muſophilis tam fore grata puta,
Formoſæ quàm adamata fuit præſentia Thisbes
Pyramo, & obiecto pariete colloquia:
Quàm gratè Cytherea ſuum ſuſcepit Adonim,
Quamquam natatorem Seſtia Nympha ſuum.
Adde quòd eximio Bellaii nomine fulta,
Liuoris facient verba canina pili:
Bellaii, qui purpureo præſignis amictu,
Laurigeros donis prouocat vſque choros.
Quocirca auſpiciis huius deductus & aurâ,
Cæruleos fluctus & maria alta ſeca.

Ad Sangelaſium Mellinum Hort ielauſi Antiſtitem.

Mirari nequeo, Sangelaſi, ſatis
Multò cur hominum maxima pars opes,
Luxus, ſceptra, curules,
Sani & gaudia corporis.
Cum ſegni requie plus nimio appetant,
Tamquam ſumma; nihil de interea anxii
Morum fruge bonorum, &
Summi pollicitis Dei.
Maiorum hic celebri ſtemmate glorians,
Nil præter veteres iactat imagines;
Ceu ſint atria céris
Plena olim decori viro
Qui virtutis inops. Alter odoribus
Perfuſus liquidis tortilem acu comam,
Bis Sidonide conchâ
Infectis & amictibus.
In ſe quo exierit cumque oculos trahens,
Gemmarum teneras munere virgines
Corrupiſſe laborat,
Intactumque nihil ſinit.

Sun

Sunt qui diuitiis insatiabiles
Cogendis inhiant, nec statuunt modum
Quærendi, sitiuntque
Semper vel mediis aquis.
Vt quem Graia refert fabula Tantulum.
Sunt quos mollis item soluit inertia
In luxum, improba Syren,
Consumptrix & opum gula.
Verùm fare, quorum quemque videbimus
Amplecti alma Dei iussa fideliter?
Vitai atque salutis
Non esse immemorem suæ?
O feros studiorum, ò malè prouidos,
Melli præferimus noxia toxica,
Seruatore relicto
Hæremus Cacodæmoni.
Hanc intemperiem auertat Olympicus
Rector propitio numine, nec sinat
Nos transuersa secantes
Infernum ruere in chaos.

Ad virginem Mariam

Ortus beati festa celebritas
Plectro canenda est, virgo puerpera,
Iunctimque cum nato genitrix
Æoliis socianda chordis.
Formam caduci corporis en Deus
Et membra morti obnoxia suscipit,
Vt protoplasti ne propago
Vnius ob facinus periret.
Quippe omnis eius posteritas rea, &
Addicta morti primâ ab origine,
Ob iussa diuini Parentis
Heu vetito violata pomo.
Tam luctuosis conditionibus
Mærebat; alto cùm Deus à throno

Digitized by Google

Demiſit in terras coæuum
Vnigenamque ſuum iacentes·
Tu fœta ſancto femina Spiritu,
Lecti iugalis prorſus & inſcia,
Enixa Bethleis in oris
Es ſuperorum hominumque regem.
Os cùm decorum protulit aureus
Mundi redemptor, ſidera purius
Fulſere conſueto, iubarque
Purpureum duplicauit æther.
Cœli altitudo ſumma decemplicis
Huic pſallat orto, cœtus & aliger;
Et quicquid eſt virtutis vſquam,
Huius amet recinatque laudem.
Vox cantet omnis, nulla ſilentio
Iam lingua mutis faucibus hæreat;
At lege concordent amica
Ora lyræ fidibus iugata.
Quem turba vatum præſcia ſeculis
Priſcis canebat, veraque notio
Quondam Prophetarum fideli
Dixerat admonitu futurum;
Præſepis arctæ ſtramineo toro
Pannis puellus vilibus emicat:
Magni ille verus Rex Olympi,
Omnium inops, tenerumque vagit.
Arcana vatum pagina iam pater,
Promiſſus olim dius adeſt puer:
Hunc cuncta collaudent, & orto,
Sponte nouum modulentur hymnum.
Hunc paruulorum ſuauiloquens chorus,
Hunc & iuuentus, & tremuli ſenes,
Et turba matrum, virginumque
Voce vehant, celebrentque caſtâ.
Et fluminum vndæ, curuaque littora

Vmbroſ

Vmbroſa denſis frondibus arborum,
Syluæque, ſpirantes & auræ
Lætitiæ pia ſigna monſtrent.

Ad Melpomenem de morte Chriſti.

Si te digna rogem dari;
Longum Melpomene lætitiæ, iocis,
Longùm dic fidibus vale:
Lugubremque mihi concine næniam,
Et triſtes querimonias.
Funeſtâ propera dicere tibia.
Quales Lutea non parens
Poſt ſtratum Iliaco puluere Memnona,
Quales Cærula non parens
Rhœtei ſcopulos fudit ad æquoris,
Cùm Phœbi auxilio Paris
Teli lethifero fixit Achillea:
Sed nec fronde ſuper nouâ
Ales Threicium crebra gemens Ithyn.
Beryllum à niueâ manu,
Flores à nitidis deripe crinibus:
Externis nec odoribus
Spires, nec Tyriæ cyclade purpuræ
Tete inſigniter excolas.
Non conuallibus in dulce virentibus
Sub ſpiſſa nemorum comâ;
Non iam perſpicui margine fluminis
Molli dic citharâ melos.
Lætos plectra decent. & choreæ leues,
Et cultus phaleratior.
Lætos blandiſonæ carmina barbiti.
Pectus tundere planctibus
Fas nos aſſiduis, & lachrymas dare
Damnatos tenebris caputque
Aſperſos bibulo puluere. Quis meis
Fontem luminibus dabit,

Quis vocem ad querulos ſufficiet modos,
Vt gentis Solymæ ſcelus,
Vt fixum aëriæ flebiliter cruci
Auctorem querar Ætheris?
Illum, cui virides Nereidum ſinus,
Neptunusque tridentifer,
Cui paret Cereris frugiferens ſolum,
Qui curſum dedit omnibus:
Illum, qui tetricis rupibus arbores
Frondenti excoluit comâ,
Cælum ſyderibus pinxit & aureis:
Illum, cui medio mari
Et Cauri poſuere, & celeres Noti,
Cui ſtrauit ſolidam Tethis
Obdurata viam, cùm pede lubricum
Calcaret pelagus ſacro.
Hæc Iudæa tuo præmia Principi
Seruabas? erat hoc plagâ
Propter quod Phariâ, & ſeruitio graui
Patres eriperet tuos?
Et rubri latices finderet æquoris
Mergens agmina regia?
Idem, cùm nimiis vſta vaporibus
Tranſires fugiens loca,
Cæleſtes volucres, & riguos tibi
Rores præbuit affatim.
Idem pumicibus de recauis aquas
Illimi ſcatebrâ dedit,
Optatumque diu tranſtulit in ſolum,
Bacchique & Cereris ferax:
In quo dura fauos robora, & arduæ
Stillatim piceæ darent;
Riuis nectareus proflueret liquor,
Lactis copia & obuii.
At tu, gens Pario marmore durior,

Getu

Getulæ ſoboles leæ,
Nullis victa datis, immeritum mori.
Affigis rigidæ trabi:
Et clauis terebras brachia ferreis
Extenta, & geminos pedes;
Sertis ſancta tegis tempora ſpineis,
Pro dulcique fauo, aſperi
Fellis ſuppeditas triſtia pocula.
Hæc agnus tulit innocens,
Vt nos à Stygio carcere ſolueret.

Ad Eutychum Pontanum.

Iam Maii aperta eſt, Eutyche, ianua,
Nidos hirundo conſtruit & redux,
Excita iam verno tepore
Dat tenues philomena cantus.
Molli fouentur prata Fauonio,
Gemmant & herbis verſicoloribus:
Luxuque crinitur comarum
Ac foliis renouatur arbos.
Dum ver iuuentæ tu quoque floridæ
Formoſus annis in teneris agis,
Ignara curarum tibique
Luxurians adoleſcit ætas,
Fac, Eutyche, ipſo flore renideas
Morum bonorum, antiquius & nihil
Virtute præclarâ ſit vnquam,
Ingenii dociliſque cultu.
Æſtatis vt cùm mox veniet tuæ
Matura meſſis, cumque virilitas,
Cornu refundat larga pleno
Copia opes, placitoſque fructus
In fructuoſo nam tibi ſi ingruat
Bruma acris, & te frugis inuberem,
Heu, Parca crudelis recidat;
In rapidum abiicieris ignem.

De morte Domini.

Ergone cæli lucifer aureus
Vultum decore lumine ſplendicans
Ante hac, & Auroram nitore
Purpureo exuperans rubentem,
Pendens in alta flebiliter cruce,
Collo reclinat languidulo caput?
Aſtriſque formam clariorem
Funereus nigror occupauit?
Quis ſauciauit tot modò liuidis
Hæc ora plagis? ſpinea vertici
Quis ſerta diuino implicauit,
Vulnifica ac latus hauſit haſta?
Tractaris ô quam lugubribus modis
Rex CHRISTE regum, dulce poli decus,
Lætantur os cuius videre
Spirituum aligeræ cohortes!
Hucne immerentem te popularium
Culpæ tuorum, factaque noxia
Traxere, placares vt omni
Adamidum generi parentem
Traxere clemens ô Deus, & tua
Fixere clauis brachia ferreis;
Heu brachia, adductasque plantas,
Supplicii genere inſueti.
O fons amoris mirificus tui,
Inuſitatæ venaque gratiæ:
In gentis humanæ ſalutem
Vberibus ſaliens fluentis;
Tu noſtra ſoluis funere debita,
Pœnaque, quam nos commeriti, volens
Torqueris, infeſtos & hoſtes
Exitio redimis cruento.
Amare amantem cuilibet obuium, &
Vulgare factu; rarum at & inſolens.

Pro crimine illius subire
Sponte necem, mihi qui sit hostis.
Quo pertulisti tempore atrocia,
Heu fata trunco pendulus arduo,
Iudæa certatim omnis,& gens
Ethnica præcipites ruebant.
Scriba & sacerdos cum senioribus,
Cæcis flagrabant ambitionibus;
Mandata cælestis magistri
Irrita præque suis habebant.
Veri negatrix ethnica gens Dei
Lucos & aras spurcifico Ioui
Delusa sacrabat, Sabæa
Thura focis adolens prophanis.
Nec te morata est propterea tamen
Cæca vtriusque plebis iniquitas,
Qui mente constanter parata
Supplicium hoc paterere crudum.
Atqui sciebas quid tibi barbarus
Tortor pararet.nam celer angelus
Cum ter patrem orares in horto.
Ordine rem prius explicarat.
Seruare tanti sed fuerat tuos,
Regnumque sæui frangere Dæmonis,
Immane qui late tyrannus
Imperium in populos habebat.

Ad Franciscum Regem.

Secura tamdem quod tua Gallia,
Rex magne,floret deposuit metu,
Formidat hostiles nec vltra
Cæsaris Austriadæ tumultus:
Quod disciplinæ tetrica bellicæ
Prisco reducta est more seueritas,
Nec tela, districtos vel enses
Francigenæ pedites pauescunt:

Pro-

Promota regni quòd fuerint tui
   Pomœria, armis tam modò ſtrenuis,
   Et durus Allobrox, Padique
   Accola, iam iuga non recuſet:
Pacemque tecum quod prior Auſtrius
   Fœduſque longum percutere ambiat,
   Qui nuper inſultans, minaxque
   Italiam tremefecit omnem:
Virtutis hoc eſt, muneris & tui,
   Vt qui perinde ac murus aheneus
   Opponeriſque hoſti furenti,
   Illius & rabiem retundis.
Hiſpanus axem vaniloquentiâ
   Qui territabat, ſummaque ſydera,
   Mox fractus aduentu tuorum
   Terga dedit, ſpolia & reliquit.
Seruata iactet Roma moras Fabii,
   Nec non Camilli prælia Furii,
   Iam penè qui promptas ruenti
   Suppetias patriæ tulerunt:
Cum noſtra te, Rex, vindice Gallia
   Manſiſſe vires grata ſibi integras
   Exultet, omninò ampliata
   Liligeri ditione regni.

Ad eundem Regem.

Principum princeps, meritoque regum
Summe, quos ætas mea cumq; vidit,
Protulit quos & prior, & futura
   Proferet olim:
Nemo iam poſthac putet eſſe vanum,
Fabulæ nemo nouitate fictum,
Eſſe te Trois genere è ſuperbo
   Hectoris ortum.
Nam fauor tantum tibi ſtemma nullus
Finxit; id factis ſed enim probaſti

In-

Inclytis, ipſa quoque veritate
Verius eſſe.
Sic ferox Pœni ſoboles leonis
Viuidæque audax aquilæ propago
Degener nuncquam à ſolito parentum eſt
More ſuorum:
Vnguibus ſed iam vel aduſque primis,
Impigrè in viſos animatur hoſtes,
Dote natiua, generiſque auitâ
Indole pugnax.
Quo die primum tibi contigerunt
Fræna tam lati moderanda regni,
Quàm Deus Francos oculo feroces
Vidit amico?
Rex bonus genti pelagus bonorum eſt,
Cuius exemplum prope ſolus affers,
Rex bonus, prorſum velut ipſa pleno
Copia cornu.
Litteræ per te redeunt in vſum
Priſtinum, & cultu potiore florent,
Dum fouet doctos tua, ſumme regum,
Cura magiſtros.
Voce iam Muſæ triplici docentur
Vrbis in multis dominæ Lycæis,
Qua bipartitum ſinuoſus amnem
Sequana findit.

Ad Municipes ſuos.

Qui Ligeris ripas colitis, flauique Viennæ
Herbida olorigera prata ſecantis aquâ:
Tuque vrbs, magnanimus Cæſar quam condidit olim,
Gentis Aquitanæ dum loca Marte domat:
Indigenæ Vatis ne faſtidite, precamur,
Hæc ſucciſiua carmina ſcripta mora.
Quæ genuere inter mordaces otia curas
Rapta, animum alterna quando quiete leuo.

Si mentem affertis cæco liuore carentem,
  Fors fuat ingratum non sit vt istud opus.
Pace mihi verum liceat modò dicere vestra;
  A Musis, patriæ est fama futura meis.
Et sunt qui Flaccum vocitent me temporis huius,
  Cùm ferio argutæ fila Latina Lyræ:
Cumq; animi caussa deducta Epigrammata torno,
  Opponor vati, Bilbili Ibera, tuo.
Non tamen assumo tantum mihi aniliter amens,
  Meque meo tantum metior ipse pede.
Ergo satis fuerit si quem haud dixisse pigebit,
  Natali confert nonnihil iste solo.

Descriptio vitæ Domini nostri IESV CHRISTI.

Cum Deus oppressos densa caligine aueret
  Clara Euangelii spargere luce sui:
Et læsos culpâ primi sanare parentis,
  Eximere à Stygii seruitioque iugi,
Protinus in terras demisit ab axe ministrum
  Aligerum ad Mariam, qui sua iussa ferat.
Hæc Patriarcharum vatumque ab origine ductâ,
  Longo sceptriferos ordine habebat auos.
Nec fastu tamen idcirco maiore tumebat,
  Turgidior grandi facta supercilio:
Exiguos habitans at enim summissa penates,
  Quærebat manuum gnaua labore cibum.
Vitabat strepitum vicinis cognita paucis,
  Iuuit & in parua delituisse domo.
Et lanam digitis tenuare, aut texere telas,
  Scripta Prophetarum voluere vel veterum.
Huic fuit ex regum clara quoque stirpe maritus,
  Sinceris præstans moribus, arte faber.
Sed quamuis essent coniuncti lege iugali,
  Atque ambos festus conciliasset Hymen:
Cura tamen sacrum fuit haud temerare pudorem,

Perpetuæque inerat virginitatis amor.
Vir datus, vt caſtæ cuſtos tantummodo nuptæ,
Et comes aſſiduus gentium vbique foret:
Seu magis vt partus myſteria ſacra laterent,
Mirificum ſciret nec niger Orcus opus;
Integra quod virgo tactuſque ignara virilis,
Vmbrante æthereo flamine conciperet.
Ingreditur Mariæ tecta Angelus alite lapſu;
Splenduit inſolita luce repente locus.
Diuinum aura nitens latè ſpirauit odorem,
Qualem purpureis lilia mixta roſis.
Attonitam blando hinc affatur comiter ore:
Æterni ſalue plena fauore Dei;
Qui tecum. Stupuit tali ſermone puella,
Quid velit & ſecum cogitat, illa ſalus.
Angelus huic iterum; ne perturbere timore,
Maxima apud Dominum gratia parta tibi eſt.
Concipies natum, parienſque vocabis IESVM,
Dicetur ſummi filius ille patris.
Dauidis ſedem dominus Deus offeret illi,
Iuſti regnabit Iſacidæque domo.
Regni eius nec finis erit, nec terminus vllus.
Talia, ait Virgo, quei fieri valeant?
Nec cognoſco virum, nec mens cognoſcere poſthac,
Perpetua optanti virginitate frui.
Ille refert; in te veniet ſuper halitus almus,
Et tibi obumbrabit dius ab axe fauor.
Ex te quod ſanctum naſcetur origine mira,
Dicetur ſummi filius eſſe Dei.
Heliſabe cognata tua eſt, quæ debilis æuo,
Ecce ſuo prægnans facta tamen ſenio.
Menſis & hic illi ſextus quæ effœta fuiſſet;
Vult quæcunque, poteſt omnia quippe Deus.
His dictis firmata inquit pulcherrima Virgo:
Ecce ancilla Dei, fiat vt ipſe refers.

Pro-

Hymnifero fari granditer ore dedit.
Et laudare Deum diuino carmine, cuius
Munere tam raras fauſta habuiſſet opes.
Omnis poſteritas, inquit, ventura nepotum
Me, domini propter munera, laude vehet.
Et me felicem dicet, cui contulit æther
Vt ſim indiuiduo fœdere Virgo parens.
Læta puerperii iam ventum ad gaudia ſacri eſt,
Aurea cum peperit paupere Nympha caſa.
Gratia Chriſte tibi, Mariæ qui Virginis aluo
Editus, humanis artubus indueris.
Naſceris in ſtabulo, præbent præſepia cunas;
Panniculi viles membra tenella tegunt.
Te grege paſtores viſum venere relicto;
Venere Eoo tres & ab orbe Magi.
Poplite ſucciduo læti tria munera promunt;
Aurum, thus, myrrham: regi, homini atque Deo.
Heroas Bethlæa nouum ad magalia ſidus
Ducit, & ignotum luce miniſtrat iter.
Vt tetigere locum, ſe fulgida ſtella repreſſit,
Stramineamque ſupra conſtitit alta caſam.
Ii moniti in ſomnis, alio ſunt calle reuerſi,
Ne caderent vafri regis in inſidias.
Ponis adhuc infans Samiâ præputia teſtâ,
Moriger vt patriis legibus ipſe fores.
Hinc templo offerris, priſco de more parentum,
Geſtariſque vlnis à Simeone ſene:
Cui ſacer afflatus iuſto promiſerat ipſum,
Viſurum extremos non prius eſſe dies;
Quam Chriſtum Domini complexu ſtringeret arcto, &
Æternæ adſpiceret dulce ſalutis opus.
Ergo recens natum templum in ſublime parentes
Te tulerant, Domini lex vti ſancta iubet.
Cœleſti monitu Simeon ſe contulit illuc,
Sperati lætus cernat vt ora Dei.

Cùm te accepisset tremulas gauisus in vlnas,
Fatidico tales edidit ore sonos:
Dimittas famulum me nunc in pace cupitâ,
Pollicitus fueras vt, Deus, ante mihi.
Ecce salutare hæc viderunt lumina pignus,
Oblatumque meæ sustinuere manus.
Nam populis coram, claraq; in luce parasti.
Promissi oblitus ne videare tui.
Gentibus affulgens tenebras illustret vt atras,
Israelitis gloria sitque piis.
Hæc postquam effatus, Mariam conuersus ad ipsam,
Præsagis illam vocibus alloquitur:
In tristem hic positus multorum est, crede, ruinam,
Hic etiam multis caussa salutis erit.
Insignem breuiter, cui plurima turba repugnet,
Abnuat & verbis eius habere fidem.
Proinde tuum mucro cor pertransibit acutus,
Vt pateant tacito quæ latuere sinu.
Expromant liquidas & se manifesta sub auras
Quæ fuerant imis obdita pectoribus.
Vaticino hæc senior matri denuntiat ore,
Eius dum natum brachia tenta fouent.
Dein sæui fugiens immania iussa tyranni,
Ægypti terras cum genitrice petis.
Tunc cadit Herodi puerorum innoxia turba,
Dum solio excludi barbarus ille timet.
Stagnauit tellus roseo proluta cruore,
Flet passim laceris crinibus orba parens.
Heu cæca ambitio, regnandi heu dira cupido,
Audet cognatum quæ violare genus!
Vincula nulla putat quæ sanguinis esse propinqui,
Menti auidæ postquam est insinuata semel!
Mutua Thebani currunt in vulnera fratres,
Alter & alterius fossus ab ense cadit.
Romulus inficitur germani cæde, quòd olim

Digitized by Google

Auſus erat muros tranſiliiſſe Remus.
Vt Nero ſecurus Latias tractaret habenas,
Sæuiit in matris viſcera foſſa ſuæ.
En ferus Herodes nati reſpergitur atro
Sanguine, dum regnum conſtabilire putat.
Talia cùm patret dominandi inſana libido,
Non trabeas Regum, non ego ſceptra velim.
Cur miſer Herodes regem te, Chriſte, timebat
Eſſe? polo florent, non tua regna ſolo.
An te erepturum mortalia ſceptra putemus,
Regna alto ſoleas cùm dare in axe tuis?
Herode extincto Diris vltricibus, ipſe
In patriam Phario rurſus ab vrbe redis.
Doctorum in medio biſſenos circiter annos
Natus, doctrinæ prodis operta tuæ;
Exuperaſque ſenes púer admirante Senatu:
Abſentem interea quærit vterque parens.
Ad Iordanis, aquas triginta meſſibus actis
Is quo te liquido Prodromus amne lauet.
Illic baptiſmi primordia ſancta fuere,
Ad vitam indugredi quo ſine nemo poteſt.
Ore columbino tum Spiritus adſtitit almus,
Inuolitans humeris maxime Chriſte, tuis.
Et tonitru natum genitor teſtatus honoro;
In quo mî placui filius iſte meus,
Ipſum audite inquit. nil non cæleſte docebit;
Æternas ad opes ille magiſter erit.
Inde vocas comites; bis ſex ſua retia linquunt
Acciti, extemplo teque ſequuntur herum.
Nuptiæ erant vico Galileæ paupere, lympham
In vinum mutans prima ea ſigna facis.
Mox Euangelium Iudæa per oppida vulgas
Impiger & certam pandis ad aſtra viam·
Multa obiter fiunt miracula, ſurdus & audit,
Et loquitur mutus, cæci oculiſque vident.

Et qui priuatus fuerat vitalibus auris,
Te rurſum ad vitam præcipiente redit.
Getuli citius pelagi metibor arenas,
Nocturno niteant ſidera quotque polo:
Dicere quam poſſim quot perſanaueris ægros,
Diuinâ incolumes reddideriſque manu.
Rerum harum genitori omnem concedis honorem,
Legatum ſummi teque ais eſſe Dei.
Nempe interpres eras noſtrâ ſub imagine verax,
Natura humano dia ſub ore fuit.
Id manifeſtatum eſt prærupto in colle Taboris,
Tres eius teſtes tuncque fuere rei.
Nam tua tum facies radiis par reddita Solis,
Veſtis & intactas eſt imitata niues.
Elias, Moſes, ſunt tecum in monte locuti;
Petrus eo cupiit ſemper & eſſe loco.
Quippe hilarem ſupero perfuſus nectare mentem,
Hauſit ibi æthereas ad breue delicias:
Menſurâ hauſturus pleni crateris eaſdem,
Mens vbi corporeas liquerit exuuias.
Concio haberetur per te cùm crebra per vrbes,
Iuſſaque cùm ſereres patris vbique loci;
Ipſe loquebaris vi præditus immortali:
Ambroſiam explicuit lingua diſerta phraſim.
Conſummata pii pſaltæ tum dicta fuerunt,
Quæ de, Chriſte, tuo prompſerat eloquio:
Verbum, inquit, Domini eſt omni precioſius auro,
Et lapide, Eois quem legit Indus aquis.
Illi Hyblæa ſuâ cedunt dulcedine mella,
Meſſe fit & florum qui redolente fauus.
Quid iuuat huic igitur nugas præponere aniles,
Frugibus & ſpretis paſcere glande famem?
Sæuiat vt mundus, bacchentur cæde tyranni,
Manſura æternum ſunt rata verba Dei.
Et, te teſte, potes qui falli & fallere nunquam,

Sermo tuus finem non habiturus erit.
Sed viuax, ſtabiliſque per omnia ſecla vigebit;
Tellus ipſa licet tranſeat atque polus.
Inuidere tibi ſeniorum turba, reumque
Te, licet inſontem, ſeditionis agunt.
Regni affectati, iudex quo promptior eſſet,
Crimen & impingunt, & fora ad alta trahunt.
Namque tenebroſo poſtquam remearat ab Orco
Lazarus ipſe, tuâ viuificatus ope;
Prodigium inficias iri nec nobile poſſet,
Vt pote cui teſtis ciuica turba foret:
(Proxima Metropoli quod erat Bethania parua,
Lazarus & magnas diues habebat opes.
Quodque frequens procerum cætus conuenerat illuc,
Debita facturus funeris officia:
Et ſolaturus637 Martham, Mariamque ſorores
Mœrentes chari fratris ob interitum)
Conſilium celeres ineunt, ſecumque volutant
Pontifices, quonam protererére modo.
Quippe animos tua maieſtas vrebat eorum,
Et caligabant Solis ad intuitum.
Illos, tabificus tranſuerſos liuor agebat,
Te lita nec poterant pectora felle pati.
Vnum ex diſcipulis modica mercede ſubornant,
Vt domini fieret proditor ipſe ſui.
Oſcula libauit tibi, ſe mentitus amicum,
Quo tegeret diræ proditionis opus.
Pelle ſub agnina latuit vulpecula fallax,
Perfidiæ pœnas mox luitura graues.
Nam dum deſperat veniam ſe poſſe mereri,
Arboris à trunco triſte pependit onus.
Quam prius aſtires trunci ſublimis ad aram,
Et vitam humano pro genere exueres:
Miri argumentum dare vis, Chriſte optime, amoris,
Ac te diſcipulis exhibuiſſe tuis.

Accipiens igitur panem benedicis,& inquis
  Omnibus; hoc corpus ſumite, nempe meum eſt.
Hinc calicem accipiens pariter benedicis,& inquis;
  Hic ſanguis,mundi qui datur in pretium:
Quique effundendus pro multis, crimina terget,
  Pignus erit vobis,mnemoſynonque mei.
Alme Dei fili, nil te dare maius habebas:
  Tecum omnes vno munere dantur opes.
Monte ab oliuarum denſis circumdatus armis
  Tecta Annæ & Caiphæ vinctus iniqua ſubis,
Multaque perpeſſus tota conuitia nocte,
  Cæderis ah colaphis,dum foret orta dies.
Illic Pontificis ſeruus præferuidus ira.
  Vtque ſuo aſſentans gratificetur hero:
Siccine Pontifici reſpondes,inquit, & ora
  Sauciat immiti trux reuerenda manu:
Ora,ſerenantur magni quibus atria cæli,
  Cernere Spirituum quæ chorus axe cupit,
Ter te noſſe negat Petrus formidine cæca,
  Quamuis ante palam pulchra minatus erat:
Quamuis iactarat tenebroſi carceris vmbras
  Velle pati tecum,velle ſimulque mori.
Vnius ancillæ verbis perterritus,heu, te
  Abnegat, & criſta prædita cantat auis.
At tu conuerſus periurum reſpicis: exit
  Ille foras,lachrymis & maduere genæ.
Primo mane dehinc ad Pontii præſidis ædes
  Duceris: accuſant, falſaque probra vomunt;
Inuidiâ ille ſciens inſontem odioque grauari,
  Tetrarchæ Herodis mittit ad arbitrium.
Qui mutum admirans, albo velauit amictu;
  Conueniens fuerat moribus ille color.
Vt ſe falſum animi, & te Pontius eſſe reductum
  Nouit;agenda alia res (ait) iſta via eſt.
Ocyus exuite hunc, ſæuis & cædite flagris,

Licto-

Digitized by Google

Lictores, multo vulnere corpus hiet.
Iuſſa obeunt plagis laniant tua membra cruentis;
Omnis ibi fuſo ſanguine terra rubet.
Inde coronaris ſpinis; fluuialis arundo
Pro ſceptro eſt; humeros coccina læna tegit.
Lictores lacerum rident, regemque ſalutant;
Curvato ſunt qui procubuere genu.
Non poſſet Solymos Præſes cum flectere, ceſſit:
Atque manus ſumpta lauit ineptus aqua.
Se putat innocuum damnato ſanguine iuſti:
Tethyos haud illum lauerit vnda vagæ.
Haud tali eluitur labes tam noxia pacto,
Auctorem ad Stygias vſque ſequetur aquas,
Delebunt nec eam taciturnæ obliuia Lethes.
Manibus ah mœſtis pœna perennis erit.
Nam qui tam grauiter peccat, niſi pœnitet illum,
Vltorem iuſto ſentiet igne Deum.
Et nimium ſero commiſſa piacula flebit;
Proderit at miſero tum lachrymare nihil.
Figendum ergo cruci Præſes te tradit, I E S V,
Inter latrones vt moriare duos.
Hoſtia cœleſti patri illâ factus in arâ,
Humani generis morte piacla luis.
Ante tamen patrem pro te mactantibus oras,
Illis ignoſci ſuppliciterque petis.
Diſcipulo matrem commendas, atque viciſſim
Eſſe ſuum hunc natum ducat vt illa, iubes.
Veſtimenta necis ſibi diuiſere miniſtri,
Atque ſuper tunicam eſt alea iacta tuam.
Artifici textu nam cùm inconſutilis eſſet,
Inter eos dirimi partibus haud potuit.
Fel tibi turba nocens ſitienti, & porgit acetum;
Illa tibi extremo potio fine data eſt
Commendas animam, valido clamore, parenti;
Mox inclinato vertice pronus obis.

Digitized by Google

Luxerunt elementa tuam, Rex maxime, mortem,
Turbaruntque ſuas mota dolore vices.
Sol caput obſcura mœſtum ferrugine texit;
In partes templi ſciſſaque vela duas.
Mouit terra; petræ fiſſæ; patuere ſepulchra;
Et ſurrexerunt corpora multa palam.
Talia centurio ſpectans portenta Latinus;
Nempe Dei, dixit, filius iſte fuit.
Attonitis multi plangentes pectora pugnis,
Vindictam, hac noxa quam meruere, timent.
Inde latus nudum tibi lancea militis hauſit.
Quo demanarunt vulnere ſanguis, aqua.
Infelix Solyme, infelix Hebræa propago,
Tempore non vllo vatibus æqua piis:
Hæc digna hoſpitia, & ſedes has ipſa paraſti?
Hæc Regi exoluis præmia Cælicolum?
Qui propter genus humanum delapſus Olympo,
Mortalem terris induit effigiem?
Hic gentem ipſe tuam Phariis eduxit ab oris;
Impunè & pedibus per mare abire dedit.
Marmoreum tibi ſtrauit iter, pontumque diremit,
Perdere diſcuperet cùm te inimica manus.
Idem etiam te cæleſti dape pauit, euntem
Per deſerta Arabum, per loca vaſta ſiti.
Huius opè hauſiſti dulcem de caute liquorem,
Cùm liquidi fontes, & procul vnda foret.
Hic te poſthabitis aliis longe omnibus vnam
Aſſumens, cunctis gentibus ante tulit?
Elegitque alto meritis quam ferret Olympo,
Muneribusque ſuper tolleret aſtra ſuis.
His meritum cumulas donis? hæc digna rependis?
Auctori reddis præmia ne iſta Deo?
Non Vatum voces, non te miracula rerum
Vlla mouent, viſus ante peracta tuos?
Cui ſcelerata vnquam tam deteſtanda paraſti

Sup-

Digitized by Google

Supplicia has pœnas corpore quiſve luit?
Ferro illi palmæ atque pedes terebrantur acuto,
Depreſſum vallant ſpinea ſerta caput.
Fel pro melle datum eſt, pro vino infundis acetum;
Et pro cæleſti tetra venena dape.
Perpeſſus dira iſta tua eſt tamen omnia cauſſa;
Quò tibi ſternatur molle ſalutis iter.
Iam reſipiſce igitur, Solyme, commiſſa fatere;
Crede agedum; Chriſto fidere perge, ſat eſt.
Sponte animam ſimul ac poſuiſti, ô rector Olympi,
Infernos manes regna inamœna ſubis.
Eripias vt eos tenuit quos carcer opacus,
Aſſumas Comites celſaque ad aſtra tibi:
Lurida tum primum micuere palatia Ditis,
Dæmones inſolito contremuere metu.
Tertia lux ſuperis viuum te reddidit oris,
E tumulo victor ſurgis & ipſe tuo.
Veſcentem te diſcipuli, & videre loquentem
Nonnulli, & quibus eſt te tetigiſſe datum.
Nam niſi clauorum creuiſſet vulnera Thomas,
Tardo incredulitas non minuenda fuit.
Poſt quadraginta conſcendis ad æthera luces,
Et ſummo ad dextram patris in axe ſedes?
Dum redeas iterum, iudex vt totius orbis
Aſſignes vni præmia cuique ſua.
Æthere ab excelſo Paracletum in corda tuorum
Mittis, vt illuſtret, perdoceatq; rudes,
Inſtructi linguis diuerſa ad climata mundi
Læti abeunt, paſſim dogmata & alma ferunt.
Salue æterne parens, ſalue ſpes vnica rerum,
Qui patris es ſacro miſſus ad ima ſinu:
Virginis illibatæ vtero nec claudier horres,
Humanæ ſortis nec mala dura pati:
Quem nos Androtheon, Graio ſermone, vocamus,
Cuique pias humili fundimus ore preces:

Participes obitæ facias nos mortis, & ipſo
  Sanguinis effuſi largiter imbre laues,
Crimina noſtrâ æquant numerum flauentis arenæ,
  Stellarumque poli quæ regione micant.
Æquoream ſuperans tua ſed clementia arenam,
  Stellarum & numerum, neſcit habere modum.

Ad Margaritam Valeſiam Regis ſororem.

In tenui natus re, Virgo regia, ſolor
  Me tacitum, Muſis exhilaroque meis.
Nam quoties paucos verſus ſuggeſſit Apollo,
  Et vena fluxit diuitiore furor;
Principibus magnis par viuo, regno, triumpho?
  Ter me hac felicem conditione puto.
Circumſtant nati dulces, & amabilis vxor,
  Atque recens mecum carmina facta canunt.
Et cui non melli fuerit ſymphonia diſcors
  Imparibus numeris diſſimilique ſono?
Hiſce potens opibus fateor ſum; at cætera pauper;
  Hanc vitam ſi fas ducere pauperiem.
Si linguam cauſſis acuiſſem intentus agendis,
  Fortunas poteram multiplicare meas.
Sed fuerat tanti manare poetica mella,
  Rerer vt hæc magnas ocia diuitias.
Voluebamq; animo, permultos eſſe potentes,
  Quorum arcis grauibus vix caperentur opes:
At qui laudandum poſſet componere carmen,
  Vnus vix noſtro tempore & alter erat.
Ergo videbantur quæ cuilibet obuia tempſi;
  Ardua quæ multis, impiger arripui.
Sat ſcio non valde me profeciſſe; ſed hoc ſum
  Promeritus, Flacci ſimia vt ipſe vocer.
Aſſequor id Momo non refragante, ſecundus
  Dicar vt in lyricis eſſe poeta modis:
Præcipue latos qua pandit Gallia fines,
  Nota vno tellus hactenus Auſonio.

Illo turgebat magnus ſcriptore Garumna,
Noteſcat flauus me quoque vate Liger.

De Regis & Reginarum ingreſſu in vrbem Lutetiam.

Parrhiſiam cùm Rex intrauit Gallicus vrbem,
Inque cataphracto ſedit honorus equo:
Vicit Alexandri feſtos ea pompa triumphos,
Romulei egerunt quoſque aliquando Duces.
Anteibant proceres auro fulgentibus armis
Lecti omnes; equitum pone magiſter erat.
Inde ſub vmbellâ argento gemmiſqué decorus
Maieſtate ſuos Rex ſpecieque premit;
Auricomus Titan vt cætera præterit aſtra,
Et phœnix alias Indicus inter aues.
Regius à tergo ſequitur pulchro ordine ſanguis,
In quo Vindocinus primus honore fuit,
Mox reliqui ſacra prognati ab origine Regum,
Torquibus auratis conſpicuique ſagis.
Aſt alacri plebes, Viuat Rex, intonat ore,
Ingreſſoque vrbem proſpera fata rogat.
Hac ſummam ſerie Rex tamdem inceſſit ad ædem,
Ante Deum flexo procubuitque genu.
Cuius adorauit ſyncero pectore numen,
Expoſcens ſophiam qua data regna regat.
Auſpiciis Salomon primus ita cernuus olim,
Talia ab æthereâ dona popoſcit ope.
Vrbem at enim poſtquam Regina intrauit eandem,
(Lux ea ab ingreſſu tertia Regis erat)
Nulla æque flexere oculos ſpectacula noſtros,
Atque magis grata detinuere morâ:
Quam quæ & Reginam & Regis lectica Sororem
Aduerſo poſitas vexit aperta loco.
Nec mirabamur baccata monilia, gemmas,
Picta nec auratis ſerica textilibus.
Nec quam geſtabant proceres prædiuitis vrbis

Vm-

Digitized by Google

Vmbellam pulchris conſpicui in togulis.
Regali neque matronas à ſanguine claras,
Ex auro preſſit queis diadema caput.
Sed Reginarum iubar immortale duarum,
Quas currus niueis ipſe vehebat equis?
Sed conſenſum animi, ſancti ſed fœdus amoris,
Qui nodo Herculeo firmus vtramque ligat.
Altera Lucinæ quater ante experta laborem,
Eximia Francas prole beauit opes.
Altera virginei illibato flore pudoris,
Expectat digni lætitiam thalami.
O felix lectica ſacram quam dicere thenſam
Non dubitem, geminas cum ferat ipſa Deas?
Hanc ego vbi pompam conſpexi; defluus imber
Lætitiæ ex oculis ſigna fuere meæ.
Elicuere mihi lacrymas nam gaudia largas,
Spectarem te illo quòd reſidere gradu,
Vnica magnanimi Franciſci ô nata ſuperſtes,
Nec potui patris non meminiſſe tui,
Fratris & Henrici qui tunc, pulcherrima Nymph
Oſtendit liquido quam ſibi chara fores:
Te quia honorata iungi cum compare iuſſit,
Gloria tamtum non par vt, & æqua foret.
Et cur diuideret, quas ſic concordia nectit,
Vt non eſſe tuas velle recludat idem:
Nimirum hæc adeo populus ſpectacla probaui
Maius vt in pompa duxerit eſſe nihil.
Macte ambæ virtute pares, ſaluo illa fruatur;
At tandem digno Nympha iugêre viro.
Deinde & percipias fructus quos illa, feratur
Nupta diu, Franci tu Iouis eſſe ſoror.

Ad Franc. Valeſium Galliæ Delphinum.

Nate puer ſolii Francorum & nominis in ſpem
Admiſſo in cælum ſceptra vti patre feras.

Quod precor in ſeros Nelæi Neſtoris annos
 Eſſe regas nos vt cum ſeniore ſenex.
Felices populos magnus Plato cenſet apud quos
 Imperitet Sophiæ ſi quis amator erit:
Aut ſi operam dederit Sophiæ diademate cinctus,
 Quo melius populos & data regna regat.
Hæc Franciſce cati ſententia dia Platonis
 Acre ad Socraticas ſit tibi calcar opes.
Quas teneri diſces annis primoribus æui,
 Daneſio rectas expediente vias:
Et iaciente tuæ fundamina prima iuuentæ,
 Indole quæ ſpondet grandia plauſibili.
Hoc pater Henricus cupit, & Catharina genitrix,
 Gensque tuæ deinceps quæ ditionis erit.
Exemplar tibi ſit præſtans auus ille paternus,
 Non abs re cuius nobile nomen habes.
Cerne amitam baccis faciendam pluris Eois,
 Artibus ornatur hæc etiam ingenuis.
Ante oculos ſtatuens exempla domeſtica, diſce
 Quæ decori Gallis ſintque futura tibi.

Ad Annam Mommorantium Equitum Magiſtrum.

Fortè fatigatus cœlum dum vertice fulcit,
 Et numeroſa poli ſydera magnus Atlas;
Errantem Alciden Libycis conſpexit in oris,
 Supplice, & optatam voce popoſcit opem.
Indicat oranti Alcides ſuccurrere iuſtum,
 Pondus & oblata ſuſtinuiſſe mora.
Axem humero torquet pictum fulgentibus aſtris,
 Fertque polos vltrò quos aditurus erat.
Sic inſtauratæ conceſſa per ocia vires,
 Translato vacuus faſce quieuit Atlas.
Tu quoque militiæ celeberrimus Anna, domique,
 Inclytus armorum iuxtà & honore togæ:
Henricum vt nimio releues à pondere Regem;

Fræna

Fræna per alternas & moderere vices;
Sponte immenſa ſubis huius faſtigia regni,&
Admittis tantæ prægraue molis onus.
Commiſſum at lato ſic dirigis æquore clauum,
Spernat vt iratas tuta phaſelus aquas:
Vt placidos intret victo diſcrimine portus,
Rideat & flantes in ſtatione Notos.
Quod fuit Atlanti Tyrinthius, Æſone nato
Typhis; es Henrico, belliger Anna, tuo.

Ad Cardinalem Guyſium.

Regia nobilitas, Virtus, & gratia linguæ,
Floricomans quantæ eſt cumque iuuenta capax;
Sedem in te vnanimes ſibi delegere cupitam,
Carle, Lotharingæ gloria rara domus.
Vtque nihil deſit, quin omni ex parte beatus,
Perfectus numeris quin habeare tuis;
Corporis ipſius filum, & procera figura,
Immenſæ te & opes, & ſacer ornat honor.
O iuuenem (modò enim quinta eſt tibi Olympias acta)
Vix dari cui poſſint ſecula noſtra parem!

Mich. Hoſpitalio, Senatori.

Pythagoræ doctrina monet nos ſæpe renaſci,
In diuerſa animas corpora & ire vagas.
Id ſi credibile eſt ſophiæ neque fabula priſcæ:
Irrita fallaci decipit hiſtoriâ:
Qui fuit ante animus Flacci, nunc corporis hoſpes
Non abs re, dici ſit potis eſſe tui.
Sermones per humum repentes (inquit vt ille)
Nam quoties ſcribis, Pythagoræa probas.
Sicque repræſentas Flaccumque imitaris ad vnguem;
Hoc vt Flacci animus viuat in hoſpitio.
De ſcriptis loquor; es quoniam non cætera Flaccus,
Nec de Epicuræâ porcus obeſus harâ.
Sed pius, & Chriſti ſincerum dogma profeſſus,
Quo ſine vitalis vita nec eſſe poteſt.

At lepor eloquii, Venus & Venuſina, Michael,
Iudice me, calamo eſt ecce renata tuo.

De Gilermo Dumanto.

Dumanius noſter Muſis tam deditus olim,
Prona Meduſæo merſus & ora lacu:
Nunc enſes, & equos, & Martia ſpicula tractat,
Nec latere abſcedit bellipotentis heri.
Quinetiam blandis aſſuetas cantibus aures
Terribili tonitru machina ahena ferit.
Quid rerum poſthac fieri non poſſe putemus,
Cùm ſtudia abiiciat Muſica Dumanius?
Iam ſe gryphes equis iungant, damæque moloſſis,
Contiguos metuat tuta nec agna lupos.
Auri ô ſacra fames, & habendi inſana libido,
Quàm clara interdum ſubruis ingenia!

Ad Henricum Regem.

Eſt Solis rapido feruore notabilis annus,
Quo ſucceſſiſti, Rex generoſe, patri.
Quid cauſſæ eſſe putem? niſi ſi Titania lampas
Se tibi auet radiis inſinuare nouis?
Atque explere ſuum flammis fulgentibus orbem,
Menſuram imperii ſignet vt illa tui?

Ad M. Antonium Flaminium.

Non mirabilibus carucre hæc tempora monſtris:
Te pariunt hominem namque ea tergeminum.
Flaccus, Ariſtoteles, Cicero ſunt Marce, renati,
Quâ primum enixa eſt te tua luce parens.

De Paulo Iouio Hiſtorico. Iocus.

Vitam, Paule, meam ſcripſes, ſi mortuus eſſem,
Doctorumque hominum me numero adiiceres.
Pace tua, liceat verum mihi dicere; tanti
Hiſtoriis non eſt me celebrem eſſe tuis.

Guyſio Card

Eſſe aliquem Regi cum quo conſultet amicum,
Curæ & participem quem velit eſſe ſuæ:

Iam

Iam inde à temporibus solemne est, Carole, priscis,
Cùm terra Heroas Semideosque tulit.
Sic pius Æneas fidum delegit Achatem,
Patroclumque sibi Thessalus Æacides:
Sic & Alexandro bellaci Ephæstio charus,
Augusto Thuscis Regibus ortus eques.
Rex quoque te cunctis Henricus prætulit vnum,
In tacito cuius condat operta sinu.
Qui-cum etiam curas vltrò communicet omnes,
Seu belli tractet seu facienda domi.
Percipiat vestrum fractis ô Marte Britannis
Consilii fructum lætus vterque sui.

Ad Ianum Oliuarium, Cancell. primogenitum.

Iane, tua vis de genitura scire, quid aiam?
Protogonus qui sis, es quoque Calligonus.
Hæc tibi diuersa ratione vocabula quadrant,
Calligonum nam sors, protogonum ordo facit.

Ad Iac. Huraltum Vibraiæ Dominum.

Non, Huralte, queam grates persoluere dignas
Tot meritis vinctus, parque referre pari.
Quod fecisse tamen nequit imbecilla facultas,
Hoc desiderii copia sola facit.
Sume igitur pro re, vir mansuetissime, mentem,
Hoc summum necnon pacto imitare Deum.
Summum imitare Deum, cuius tibi notio grata est,
Qui, quàm dona, magis pendere vota solet.
Exiit hinc illud verbum memorabile; placat
Ture carens salsa Numina sancta mola.

Ad Franc. Oliuarium magnum Franciæ Cancell.

Dicite io, rursum florescet Palladis arbor,
Et solita fructus fertilitate refert.
Pax cum Iustitia placidæ sunt fructus Oliuæ;
Quo fructu quidnam lætius esse potest?
Iustitiæ regnant diuino munere Reges:
Pace vigent vrbes, rura colonus arat.

Digitized by Google

Pacem ergo quicumque & amant,& iura verentur,
Exultent horum conualuisse ducem.
Aduentu,Francisce,tuo conspeximus Aulam
Abdere lætitiam non potuisse suam.
Amplexu Rex quinetiam testatus amorem,
Chara reuelauit quàm sibi Oliua foret.
Et meritò.regni nam vis te nititur vno,
Restitui læso qui sua cuique iubes.
Viue precor,sic iustitiâ & rege Celtida gentem,
Henrico vt renoues aurea secla tuo.

Ad Margaritam Valesiam Regis sororem.

Voluimus assiduè numeris quibus,aurea Nympha,
Lucida tollamus nomen ad astra tuum.
Sed Reginarum minimè præconia debent
Plebeiis vates trita referre modis.
Dum tantum agresti Maro ludere norat auenâ,
Dumtaxat pecudes,pascua carmen erant.
Ast vbi præclaris est redditus artibus ingens,
Detonuit Reges,prœlia & alta Ducum.
Debilis ingenii nisi sit mens conscia nobis,
De te aliquod magnum condere tentet opus.
Iudicat at satius de maiestate silere,
Nympha tua,quàm nec digna,nec apta loqui.

Ad Gelonidem.

Lux centena agitur mihi
Mœrenti in tenebris,semper & abdito,
(Nam quei compare gaudeam
Amissâ,vacuis solus in ædibus,
Hortatrice Gelonide,
Illa inquam,& studii signifera mei !)
Ex quo te rapuit fera
Mors,fatique grauis summa necessitas.
Tu saltem interea memor
Nostri coniugii tedæ & amabilis
Visisses viduum virum.

Digitized by Google

Tu ſolata tuo colloquio fores
  Curis anxium edacibus
In ſomnis, medio vel referens die
  Te notâ ſub imagine.
Non noctes tacitæ grataque ſomnia,
  Non reddit mihi te dies.
Hunc vmbra in thalamum non tua ventitat
  Blandis vocibus admonens
Me, ſint quanta tibi gaudiaque indicans,
  Stellata ætheris in domo,
Lætisve Elyſii florigeri locis.
  An, quem flere vides virum.
Spernis deliciis ebria iugibus,
  Et Diuûm addita cœtui?
An te parua Helene, paruus Honorius,
  Prima alui duo pondera, &
Dulces coniugii primitiæ tui,
  At nobis nimium breues?
An cum Dorotheâ cumque Theophilo
  In cunis Helenus puer
Extinctus propera morte, Philippus &
  Horum maximus omnium,
Tecum in floricomo gramine luſitant,
  Ac ducunt choreas leues,
Æternis hilares in viridariis?
  An ſi iſtic volucres canunt,
Mulcent mellifluoque aëra gutture,
  Et lactis liquor & faui
Iſtic & latices nectarei fluunt,
  Numquam deficientibus
Riuis, ad nemoris frondicomi latus,
  Iucundoque virentia
Curſu prata ſecant, Manibus & piis
  Præbent obuia gaudia;
Tu ſecura tui coniugis interim

Solati nihil afferas,
Nec gratâ facie triſtitiam leues,
Cor preſſum mihi quæ comeſt?
Fac quod Philacides,& cupidum tui:
Me tecum rape ea in loca
Quæ felix colis,in regna perennia:
Vt tamdem hos gemitus graues
Hæc vitæ fugiam tædia languidæ.

Ad Ioachimum Bellaium.

Supreme vatum,heic poſtera quos feret,
Exacta & ætas quos tulit hactenus,
Facunde Bellaï,coruſcum
Andegauis Ligerique lumen:
Me bellicoſo condita Iulio,
Illuſtre cuius nomen habet,tulit
Vrbs,anſerem rauce ſtrepentem
Inter Apollineos olores.
Dulci tuo effers carmine me tamen,
Inter poëtas atque aliquem facis,
De muſca auens barrhum videri:
Metior at modulo meo me.
Dixere multi Pictona quem prius:
Malim ſed Andes ſint mibi patria,
Vrbs vrbium quòd noſtra prorſus
In medio ſita ſit duarum.
De indicatum ſic & Horatio:
Lucanus,anceps,eſſet an Appulus
Vtrumque ſub finem colonus
Cum Venuſinus agros araret.
Te propter atqui hinc Andegauus ferar;
Excitus auræ flatibus vt tuæ
Sublime cantem,proſperoque
Sydera celſa petam volatu.
Felix Oliuæ carminibus tuæ;
An vate felix illa ſuo magis,

Lauram ſecutura hinc Petrarchæ,
Quintiliam, Nemeſin, Corinnam?
Coniungeretur his vtinam mea
Olim Gelonis! mortua ſit licet,
Triſtemque decedens Macrinum
Liquerit heu, ſaturumque vitæ.
Sic illa vixit cum vnanimi viro,
Laude vt perenni digna ſit euehi:
At ſolus argutis valeres
Tu facere id, Ioachime, rythmis.

De morte Margaritæ Valeſiæ Nauarræ Reginæ.

Semotis ſcopulis freti Sicani,
Sirenes perhibent fuiſſe ternas,
Pulchras ſcilicet ore virginali,
Filo corporis & venuſtiore
Tamtum pube tenus pares puellas,
Piſces cætera, tortilique cauda
Spiriſque implicitas voluminoſis:
Quæ dulcedine voculæ canora
Et miro numeris lepore tinctis,
Incautos vada in æſtuoſa nautas,
Amfractuſque maris voragineſque
Aſtutè traherent, & enecarent;
Fallaci illecebra darentque peſſum
In diſcrimina fluctuum profunda.
Illas præteriit ſagax Vlyſſes
Ceratis comitum auribus; dediſſet
Seſe malo vbi nautico ligandum.
Salſis Oceani Albion in vndis,
Et ponto vndique cincta beluoſo
Felix inſula, prorſus at remota
Orbis corpore ab integro vniuerſi,
Noſtro tempore treis tulis puellas
Ianam, Margarin elegantem, & Annam.

Ortas ſanguine regio puellas,
Forma conſpicuas venuſtiore,
Sanctis moribus, ingenique cultu, &
Muſarum ingenua eruditione:
Quæ Sirenibus vt pares canore,
Et mulcedine dulcium modorum;
Sic Sirenibus haud pares doloſa
Submergentibus arte tranſeuntes
Nautas æſtibus æquoris maligni.
Hæ quæ carmina funditant, Olympi
Concentum rutili exprimunt, melosque
Quod flectunt Genii beatiores
Æterni ante thronum patris ſupremum
Nam laudant numeris ſuis Tonantem;
Præſagus chely vt aurea propheta,
Rexque idem pius aſſolebat olim
Sancti numinis entheatus œſtro:
Cùm prædiceret affutura Chriſti
Incunabula, virginisque partum.
Cùm nuper Libitina ſuſtuliſſet
Hac ex colluuie orbis inquinati
Ad palatia luminoſa cœli
Et ſedes Superûm perenniores
Reginam occiduæ piam Nauarræ,
Franci Regis & vnicam ſororem,
O quæ diſticha regiæ hæ puellæ
Non tamtum decus Angliæ puellæ,
Orbis ſed triplicis ſuique ſecli
Fuderunt animos ciente Phœbo!
Chriſto dicere verius volebam,
Qui plectra enthea virginum piarum,
Afflatuque animos ſacro ciebat.
Lydi non melius canunt olores,
Meandri ad vada & Aſiæ paludis,
Non ſymphoniaci chori per artem,

Quando gutture mobili remiſcent
Confuſas vario ſonore voces;
Hæ quàm melliſtuæ ſonant puellæ
Parentalia, næniasque triſtes,
Reginæ ad tumulum recens ſepultæ
His ô ſi mea præficis Gelonis
Collaudata foret; Simonidæum
Illis non ego carmen anteferrem.

De morte Saulis & Ionathæ.

Vrbes & agri, fundite triſtia
Lamenta; voces ſydera ad aurea
Efferte, nam ferro cecidit
Impia gens decus omne Hebræum.
Gens clara bello procidit arduis
Deuicta fœdè montibus. obſecro
Non compitis hæc Aſcalonis,
Neve Gethi vaga fama perfer.
Ne tanta clades excitet hoſtium
Lætas puellas ad choreas leues;
Terræ Paleſtinæ iuuentus
Ne tumeat, Dominumque temnat.
Nec ros nec imber lapſus ab aëre
Humectet herbas; omine Gelboë
O triſtis æternùm ſiniſtro,
Gramina nec tua inundet humor.
Iucunda vitis collibus haud tuis
Pubeſcat vnquam, granifera haud ſeges
Flaueſcat aruis in profanis;
Luxurient neque fronde oliuæ.
Heic, heu, relictis non bene parmulis
Fuſa & fugata eſt Iſacidum manus;
Heic militum virtus piorum
Marte cadit ſuperata diro.
Heic Dux cruento in puluere corruit,
Terramque mento turpiter attigit;

Proſtra-

Proſtratus è multis vt vnus ;
Nec miſerum diadema texit.
Cùm ſæua obiret prælia Ionathas
Eius ſagitta haud exiit irritá
Sagitta velox, fortiumque
Sanguine ſueta virûm rubere.
Non hoſtis vnquam, vel pede, vel fero
Congreſſus, acri ſe tulit obuium
Impunè, cum Saules rotaret
Fulmineum fremebundus enſem.
Saules parens, & ſtrenue Ionatha,
Saulis parentis conſpicuum decus,
Vis dura non mortis diremit
Quos amor vnanimos ligabat:
Vobis duobus non leo fortior
Qui errat Libyſſis vallibus infremens,
Regina non vobis volucrum
Ocyor in trepidas columbas.
Vos ò decoræ coccina virgines
Quas induebat veſtis, & aurea,
Rex quas & ornabat monili
Gemmifero, niueiſque baccis:
Regi miſellæ iam lachrymas date, &
Lamenta veſtro, triſtibus omnia
Iam tecta crebreſcant querelis;
Compoſitum lacerate crinem.
Vt militum vis fracta ferocium
Martis cruento concidit æquore!
Vt Ionatha fortis iaces, heu
Montibus in patriis peremptus!
Effundo mœrens has tibi lachrymas
O luce charâ dulcior: ò meis
Dilecte frater plus ocellis,
Viſceribus mihi fixe in imis;
His in medullis condite, Ionatha,

Dilecte quantum non ſpecioſam amans
Acer puellam, non parentes
Quam in ſenio genuere natam.
Vt militum vis fracta ferocium
Martis cruentis concidit æquore!
Vt Ionathas cum bellicoſo
Montibus hiſce iacet parente!

De Morbo Gelonidis inſanabili.

Hactenus immodicè nobis dilecta Gelonis
Prima puellarum quando puella fuit:
Dein matronarũ princeps vbi iuncta marito,
Biſſenoque parens facta puerperio eſt:
Proh dolor, in triſti recubat propè mortua lecto,
Pulmones tuſſi concutiente cauos.
Depaſcente artus & tabe ita nuper honeſtos,
Contracta in nugas vt cutis omnis hiet.
Acta tamen miſeræ vix quadrageſima meſſis
Vrget eam ſummum iam trepidare diem.
Affectam abſtulerit ſi præceps Atropos illam,
Stamina & imiti pollice meſſuerit:
Extemplo in vaſtam concedam orbatus eremum,
Rorabunt lachrymis graminaque vda meis.
Vatem flebilibus vincat neque cantibus Orpheus,
Si functam Eurydicen quærere rurſus amet.
Nam qualis blandâ viduatus compare turtur,
Frondibus arboreis nocte dieque gemit:
Complebo quærulâ nemus & loca confraga voce,
Irriguo fletus paſcar & imbre mei.
Tunc vos, Sangelaſi, Bellai, Ronſarde, Salelli,
Et Cellæ Antoni Cœnobiarcha ſacræ.
Carmina de noſtrâ quàm mœſta Gelonide, quamque
Luctiſonum flentes conficietis opus!
Terſi albi Nemeſis, Tyrrheni Laura Petrarchæ
Non mage erit doctis nobilitata modis,
Quàm mea clareſcet rythmis cantata diſertis,

Exors

Exors Lethææ ſcita Gelonis aquæ.
Ibit in ora virum fœcundæ dotibus alui,
Eloquio, & raræ laude pudicitiæ.
Vt formam taceam, mihi quæ pulcherrima, ſemper
Contento ſolâ coniuge viſa fuit.
Dii tamen auertant crudo ne funere merſa
Materiam tantis præbeat ingeniis.
Sed viuat potius, natos & ſedula curet,
Atque oculos claudat me moriente meos.
Quandoquidem digna eſt Cumææ æquare Sibyllæ
Secula, quæ Pylius vixit & ante ſenex.
Me verò iam agitur cui ſexageſimus annus,
Vix iactura poteſt eſſe dolenda mori.

Ad Gelonidem iam defunctam.

Cur te deſerui, cùm iam vicina ſopori
Eſſes perpetuo, cara Geloni, viro?
Hæc mihi præduras memoreſque abſentia noctes,
Excuſanda parum perque odioſa, feret.
Donec enim viuam, me iugiter ipſe dolebo
Abs te ſemotum quo morerere diem.
Conueniens fuerat cùm vixiſſemus amanter,
Turbaſſet noſtrum nulla querela torum:
Cùm me diligeres pluſquàm matrona maritum
Sueuit, diligerem te quoque lege pari:
Mutuus eſſet amor totum hic diſperſus in orbem
Carmine conſortis, caſta Geloni, tui:
Conueniens fuerat, inquam, vt ſuprema viderem
Tempora, ad æternam te redeunte domum.
Haurirem ſanctos monitus, diuinaque verba,
Quæ fata extrema es mortis in articulo.
Nam tunc noſſe datum eſt, quo proſequerere Tonantem
Affectu, quantâ ſuſpicereſque fide.
Hæc mihi certa tuæ ſunt argumenta ſalutis,
Cum magnis & te degere Cœlitibus.
Qui viuit, veluti vixti inculpata, Geloni,

Non bene non poſſet tamdem aliquando mori.
At mihi ſeiuncto rapuerunt inuida fata
Te iuuenem, morum ſed ratione ſenem,
Biſſeno inſignem partu, tamtummodò luſtra
Cum tibi vix octo clauſa, Geloni, forent.
Nec miſero licuit ferre oſcula caſta marito,
Ora tua extremumque ore fouere meo:
Auguſto quondam coniux vt Liuia fecit,
Cùm moriens mœſtum diceret ille Vale.
Lumina poſt mortem manibus non claudere quiui,
Soluere iuſta tibi quæque iuberet amor.
Tunc aberam infelix, domina & verſabar in aulâ,
Fata reformidans hæc lachrymoſa nihil.
Vt nil eſt homini tutum! cùm gaudia captas,
Res tibi luctificas ſors inopina parat.
At tu, nupta alto ſeu degis in æthere felix,
(Vita quod vt credam puriter acta facit,)
Addita ſeu caſtis meritò comes Heroinis,
Vatum & laurigeros inter honora choros;
Elyſii gaudes nemoris conualle virenti,
Et niueâ texis florea ſerta manu:
Flaminiumque vides, quem mors hoc flebilis anno,
Ante rapit paucos quàm moriare dies:
Syncerum, Strozaſque duos, & Thraca Marullum,
Et cui fleta piis nupta Ariadna modis.
Viue memor noſtri, cariſſima viue Geloni;
Letheis ea nec cura aboleſcat aquis.
Nam tibi coniugii ſocii per vincula iuro,
Vincula non vllo diſſocianda modo:
(Cuncta licet dicant diſſolui morte rapaci,
Pactam interq; duos non remanere fidē:)
Me fore, nupta, tui memorem dum hoc aere veſcar,
Mutabit primam nec noua tæda facem.

Ad Gelidonidem.

Deſereres vt me, iuſſit Deus, optima compar,

Pars

Pars deſiderii ſumma, Geloni, mei.
Deſereres matrem, natos, triſtemque ſororem:
Amplius his velles nec remanere locis.
Fauſta tibi (fateor) facta eſt mutatio rerum,
Terra tuis nec ſat moribus apta fuit.
Non natale ſolum, non incunabula nota
Virtutis norant facta decora tuæ.
Proinde Deus voluit cœlo te præpete bigâ
Efferri, vt fidei congrua dona feras.
Corpore adhuc viuens, membriſque onerata caducis,
Spirabas toto pectoris igne Deum.
Quem ſponſum tamdem felici ſorte ſecuta,
Iugiter æthereo perfrueris thalamo.
Nos tamen interdum placidis nos reſpice ocellis,
Continuas abſens quos agis in lachrymas.
Et ſolare virum flentem noctesque dieſque;
Deleni notis ſaltem & imaginibus.
Manibus iſta piis patet orbita: Proteſilaum
Sic olim aſpexit Laodamia ſuum.
Terribili non tu deſcendes pallida vultu,
Intrabis ſolitam nec grauis vmbra domum.
Sed qualis ſummi Patris ante ſedilia fulges,
Adſtabis niueâ candidula in tunicâ.
Mœroremque tuis verbis ſolabere noſtrum,
Ni penitus totâ mente tibi exciderim.
At cur exciderem, cùm te plus ſemper amarim
Quàm natos, quàm qui me genuere, meos?
O mihi ſi liceat tantum ſperare, Geloni,
Mecum vt ames fari, huc more & adire tuo!
Ceruicem amplecti blandis effuſa lacertis,
Oſcula & in longam figere caſta moram!
Ah non ſum dignus poſthac te tangere Diuam,
Admiſſam ſancto Cœlicolumque choro.
Delicias amens mihi vota & inania fingo,
Atque ardore tui noſter inepſit amor.

Axe mane potius contemplatura Tonantem,
Afflictæque domus te meminiſſe iuuet:
Ceu ratis amiſſo quæ fluctuat orba magiſtro,
Quam ſibi & imploret turbida neſcit opem.
Tecum igitur poſthac non fabor amata Geloni,
Nec iam deinde tuo perfruar alloquio?
Me miſerum, qui tam dulci ſolamine priuer,
Nec conſueta mihi nomina voce vocem.
Ore nec aſpiciam mœſtam hanc hilarantia frontem,
Quæque ſerenabant nubila corda viri.
Sed cur inuideo tantis ſucceſſibus? aulâ
Cùm ſuperâ degas, ſuſpiciaſque Deum?
Hoc eſt, nupta, ſuis nimis intabeſcere damnis;
Vix frenare animi vota ſed ipſa queam.
Et rapiunt triſtes mentem in dementia curæ
Somnia: quid deceat non videt æger amor.

Ad eamdem.

Mauſoli coniux cineres bibit, atque ſepulchra
Fecit ei artificum ſculpta ſciente manu.
Non Mithridati vxor magno tulit eſſe ſuperſtes;
Ceruici innexo ſed periit laqueo.
Quæ percara viro coniux, ſimul vritur Indis;
Vxorum in tenebris cætera turba latet.
Tullius in natam nimium pius, æthera donet
Si poſſit, referat in numerumque Deûm.
Affectum affectus hi ſi conſientur in vnum,
Æquare affectus vix queat ille meos.
Te quibus amplector, thalami ò dulciſſima conſors
Extinctam, heu Lacheſi præcipitante colos.
Quippe mori vellem, ſi me ſupereſſet humato
Qui noſtra amborum pignora curet, alat.
Claraque virtutum celebret monumenta tuarum
Præco memor laudes quaſque merere canat.

De funere Guilielmi Budæi.

Budæus voluit mediâ de nocte ſepulcro

Infer.

Inferri, & nullas prorſus adeſſe faces.
Non factum ratione caret: clariſſima quando
Ipſe ſibi lampas, luxque coruſca fuit.

De Veſtali corruptâ.

Veſtali inceſtæ cùm plena tumeſceret aluus,
Obiurgaret eam duraque Præſes; ait:
Sub luctata diu; fueram ſed viribus impar
Succubui: quis ceu crimen id obiiciat?
Excuſata fores, Antiſtita dixit; ibidem
Si clamans, fieri vim querere tibi.
Feciſſem Veſtalis, ait: res acta ſed illo,
Præcipitur nobis quo reticere, loco.

MELINI SANGELASII.

De Helide.

HElis Pompilii furoris ardor;
Cuius nequitas, iocos, ſaleſque,
Inceſſum, intuitum, allocutionem,
Formam denique ceteræ vel vltrò
Probant, & ſibi præferunt puellæ:
Heſterno fuerat die vocata
Ad conuiuia lauta nuptiarum,
Quibus Cicilio Camilla iuncta eſt.
Dumque ornatior huc cupit venire,
Dum flauam ad ſpeculum comam reuectit,
Vernantes ſtropheo & premit papillas,
Dum monilia, gemmeaſque torques
Adfigit modò, mox ſibi refigit,
Vt loco ſtatuat decentiore:
Mirum quàm miſerè diuque torſit
Nos deſiderio ſui moraque.
Nam ſine Helide quid poteſt venuſtum,
Quid totâ lepidum videri in aulâ?

Tandem

Tandem de numero iuuenculorum,
Vnus nec facie infimus, nec ortu,
Penetralia clam domus puellæ
Ingreſſus: quid agis, mea, inquit, Heli?
Quæſitum tibi non ſatis decoris,
Quo mortalibus imperas Deiſque?
Neſcis, de tabulâ manum, vetuſto
Præcepto artificis boni mouendam?
Helis, de ſpeculo prius loquentem
Contemplata, parum caput reflectens,
Et riſu excipiens modeſtiore
Inquit, dum tabulâ haud queo mouere
Manum; ne faciem, puer, caueto.
Vt nec tu inde oculos mouere poſſis.

In Aquilam.

Quæ tibi iam ſedes, Aquila, aut quæ regna petuntur,
Turpiter è nido nuper abacta tuo?
Aera vis? Gallus pennis melioribus vſus,
Hunc tenet; & mediis ſtat Salamandra rogis.
Tum terris hiſtrix arcebit, & æquore Delphin;
Vt poſſis nullo tuta manere loco.

Epitaphium Annæ Galliar. Reginæ.

Contendunt dum fortè Venus, Tritonia, Iuno,
Cui prior ex ipſis ſit tribuendus honor:
Iupiter iſta Deos veritus ne rixa moueret,
Expulſas ſupero priuat honore Deas:
Præreptamque Annam terris, ſuffecit Olympo;
Atque erit hæc, inquit, pro tribus vna ſatis.

Eius verba, cùm animam ageret.

Barbite, qui varios leniſti pectoris æſtus,
Dum iuuenem nunc ſors, nunc agitabat Amor:
Perfice ad extremum, rapidæque incendia febris,
Quà potes, infirmo fac leuiora ſeui.
Certè ego te faciam, ſuperas euectus ad auras,
Inſignem ad Cytheræ ſidus habere locum.

GODO

GODOFRIDI MALVINI.

Ad Petrum Brachium.

PEnè puer clarios inter dum ludis olores,
Conſtitit ad cantus tota Toloſa tuos.
Queis ſtupefacta nouos variè ſplendeſcere flores,
Ornari auricomo tempora flore dedit.
Laudaui hæc teneræ ætatis monumenta: ſed illa
Iam cumulata nouis laudibus exſuperas.
In mare præcipitant totis ſe flumina lymphis,
Nec tamen æquoreas creſcere ſentit opes.
Scilicet exiguos lapſus deſpectat aquarum,
Externiſque ingens non eget auxiliis:
Sic tibi nulla poteſt laus noſtra accedere laude;
Ars nempe illuſtri ſtat tua ſumma loco.
Seu tibi Dauidicas ſæuus Mars fulminat iras.
Seu te efflictim oculis vrit Amata ſuis:
Seu feſtam pacem, maturi aut munera ruris,
Seu canis antiquæ mœnia, Burdegalæ:
Singula ſunt viuis expreſſa coloribus, omnis
Poſſit vt artificum cedere victa manus.
Ingenium in partes varias ſic diuidis; illa
Vis animi vt nuſquam ſit labefacta tui.
Aſt vt ſponte ſuâ pronum rapit alueus amnem,
Nilque iuuaturas in mare voluit aquas:
Sic, tibi qui ſacros vltrò prælibat honores,
Nil addit; laudi ſed fauet ille tuæ.

IACOBI MANGOTII.

Pulex Catharinæ Rupellæ.

Pulex

PVlex ò Pictæ pictæ pictor virginis,
Pulex rubelle, rupis hospes arduæ,
Tot eruditis expolite vatibus:
Feres vt ipse Liberis iambulis
Festiuitatis osculer lucem tuæ
Poeta tanto pessimus, quantò optimi
Qui te priores & decus tuum sacris
Ad astra metris extulerunt æmuli.
Salue ò animule, politule, bellule, blādule,
Beate animule, sorte quàm libens tua
Virilitatis lumen immutem meæ,
Fiamque quod tu es, seu nihil nisi Pulex,
Seu quicquam es aliud, siue mas, seu femina.
Nam te Latinæ virgines ferunt marem,
Gallæ salutant feminam: me iudice
Illæ profecto verius; versutius
Istæ, pudori dulce quærentes suo
Sub femininâ tegmen innocentiâ.
Tu nempe verus mas es, & maritulus
Amœnus ille, qui puellaris rosæ
Carpis venustos vere primo flosculos,
Mulcens tenellas mentulâ tenellulâ.
Tu sol es ille qui vagaris in loca
Ipsis negata solibus cœlestibus:
Vbi solutis arcularum zonulis,
Euoluis omnes inuolutas cellulas,
Rimaris omnes curiosus cellulas,
Hauris & omnes ebriosus guttulas.
Egressus inde, corculo tu cum tuo
Lubet (lubetque semper & semper licet)
Exoscularis gemmulas gemellulas,
Mulgesque molles mollicellas mammulas,
Dissuauiatus mille mille basiis.
Hinc est rubelle, quod licet, te candidum
Natura primo fuderit spiramine,

Rubes

Rubes puellæ purpuratus hymene:
Dein cùm virilem virgo ceſſit in manum,
Iuſtos adulter polluis viri thoros.
Sed talionem, quippe cælebs, non times.
Verum ò ſceleſte, Rupis huius limina
Profanus intrans expiandum per ſcelus,
Fines modoſue iuris excedis tui.
Nec enim profana ludis, vt ſoles, domo,
Mortalis hoſpes & tyrannus feminæ:
Nouo ſed auſu & impiâ proteruiâ
Ipſum profanas Palladis ſacrarium,
Pictum relicto quæ colit ſolum polo,
Mentita Pictæ nomen oſque virginis:
Ipſam laceſſis filiam magni Iouis,
Magnam puſillus, & puſillis editus,
Mortalis immortalem. inermis & rudis
Armis tremendam, atq; arte doctam bellicâ.
Ipſam, ſuperbe, pungis audax Pallada,
Quam nec ſagittæ, nec faces nec ſpicula.
Auro coruſca cœlitis Cupidinis
Diuoſque diuaſque furiare crediti,
Læſiſſe flammis verioribus queunt.
Fallorne? an ipſe es ille verus arciger,
Cupido verus ille, verſutus puer,
Qui, quos apertus non poteſt, tectus petit?
Non fallor; ipſe es: ſic proteruis, ſic volas,
Sic & venuſtus, ſic leuis, ſic mobilis,
Iramque facilis ſumere & deponere.
Sic & ſagittas tu geris, ſic ſpicula;
Sed ſub mamillis occuluntur alulæ:
Sic & puſillus, vulnus at magnum facis:
Sic & parentem ludis impius tuam:
Sed nec ſorori parcis inceſtus tuæ,
Frater, maritus, filiuſque feminæ
Eiuſdem, & idem ſanguinoſus carnifex.

Sic & ſonoras alites, & ortygas,
Rupes & ipſas & racemos & rubos
Animas iocoſus ad iocos, cantus, choros.
Quin & fidelem nuncium Iouis moues,
Facundiorem Priſco Atlantis filio,
Summum eruditæ principem eloquentiæ,
Summumque iuſtæ præſulem prudentiæ,
Pictæ benignum lumen & decus chori.
Immò & tu Achillem præpotentē filium
Themidis ſupernæ non marinæ Thetyos,
Heroa victorem domitoremque hoſtium,
Picti ſtupendum reſtitutorem ſoli,
Ahæneumque iuſtitiæ murum ſacræ
Ipſum moueres: ſola ſed mouet Dice,
Sola hunc perurit, & potitur integro.
Quid ò proterue hic quæris? an Pſychen tuam?
(Nam quæritantis ora certè geſtitas,
Et ſic vagaris, ſic & incertus ſalis)
Pſyche heic Cupido eſt, nec Pſyche tamē tua,
Malæ ſorores cui duæ: ſunt huic nouem
Doctæ bonæque; Diua Memoria eſt parens.
Erras, amice, Pallas eſt in quam ruis,
Eſt ipſa Pallas, quæ Iouis de vertice
Virago fortis, pura, ſolers prodiit
Et erudita. Sed Cupido cæcus es.
Fuge ò miſelle: nam hæc Minerua eſt fortis, &
Ad terſus omnes dura morſus ignium:
Nec vulneratur, vulnerat ſed duriter,
Et duriorem rupes ipſa reddidit.
Fallor, Cupido, pelle non tectus tuâ,
Sciens Mineruam pelle non tectam ſuâ,
Sed rupe amictam, verſipellis, impetis,
Et quam ſagittis non potes tentas dolis.
Caue tamen tu: nam Minerua eſt cautior.
Nec te tenelle falle, quod nudam feris:

Hac arma rupe certiora nulla ſunt.
Et hoc puſille ſcire tu debes tamen;
Armata tota eſt, quando nuda Pallas eſt:
Quin ipſa tantò eſt fortior quo nudior.
At at ò animule iam tuos intelligo
Senſus, id ipſum nempe prudens quæritas:
Huic Rupi animulam vis tuam collidere,
Vis vulnerari, vis mori hac à Pallade,
Hoc glorioſum mortis affectas genus.
Sed morere animule: morte quàm tali velim
Mutare vitam ſideris detur mei.

L. MEMMII FREMIOTI.

In M. Muretum, præceptorem.

MVrete, eximios inter celebrande poëtas,
Cui numerat paucos Gallia tota pares.
Cui pater ipſe Lyram & plectrum tranſcribit Apollo,
Quem ſibi Pierides ſpemque metumque putant:
Hos per te exculti primos cape turis honores,
Quos tibi dat tremulâ noſtra Thalia manu.
Scilicet auriſluæ numeroſo verbere linguæ,
Dum tu corda loquens obſtupefacta quatis,
Pectore & à docto gemmarum proiicis imbrem,
Quem rapiat celeri lecta iuuenta manu;
Per tua ego ingreſſus timido veſtigia paſſu,
Sedulus, hæc tandem qualiacumque dedi,
Quæ tibi dum placeant, aliorum haud puncta morabor,
Iudicio tutus deſpiciam illa tuo.

De eodem.

Dicebam, mihi Pierides præſtò eſte canenti,
Et mihi tu vatum ductor, Apollo, faue.
Aure meas ſurdâ Muſæ ſpreuere querelas,
Aure meas ſurdâ ſpreuit Apollo preces.

Verùm vbi Mureti me ſum de gente profeſſus,
Et dixi, Marcus me quoque veſter amat:
Mureti audito accurrerunt nomine Muſæ,
Sponte & opem Phœbus detulit ipſe ſuam.

In eiuſdem imaginem.

Atqui te Aonias dicebas velle ſorores
Pingere: ſolue datam, pictor amice, fidem.
Plus etiam feci: namque hac ſub imagine lector,
Cum Phœbo Aonidum turba diſerta latet.

ARNVLPHI MICRONIA LINGONENSIS.

Coniuratorum præmium mors.

TEntauere polo conuellere clara Gigantes
Aſtra, & captiuo tollere ſceptra Ioui.
Gallia præſtat idem: Erricum detrudere regno
Mille modis tentat, vultque γιγαντομαχεῖν.
Vani ò conatus! iterum nam Iupiter Ætnâ
Cum ſociis Siculum ſubruet Enceladum.

De Errici Regis percuſſore.

Plaudite punitorum vmbræ, vos plaudite Manes:
Clauſtralis flamen veſtra piacla ſubit.
Cede rotam Ixion, & vincula cede Prometheu;
Æolides ſaxum; Tantale cede lacum.
Linque iecur Titii, fœcundaque viſcera vultur
Tunde: vrnas miſero cede genus Danai.
Idem vnus pœnas Erebi ferat impius omnes.
Punitur Regis vix homicida ſatis.

Sub Errici IV. Regis imagine.

Rex, pugnax, pius, accepi, domui, celebraui
Sceptrum, hoſtes, Superos, numine, Marte, fide.

Regis Errici III. tumulus.

Hoc ſub marmore dormit Imperator

Fran

Francorum, populi breuis voluptas.
Hunc facundia Neſtorem vocabat.
Neſtor non potuit tamen vocari,
Quem præcox Lacheſis citò peremit.

Futuro coniugi.

Eſto animo forti, atque audacter conſere dextram,
Vibrataſque omnes cuſpide rumpe moras.
Et ne parce cuti; quia te commilito vincet,
Tela habeas quamuis tot quot Echinus habet.
Ergo congredere, & pulchrum committe duellum.
Bellatorem odit virgo puſillanimem.

Muliebris indoles.

Ictibus auritos aſinos compeſcit agaſo,
Seſſor & admotâ calce faceſſit equum.
Fuſte bubulcus agit lutulenta animalia, nec non
Paſtoralis oues funda rotata regit.
Cuſpide ferratâ ſtimulant ad aratra iuuencos,
Manſueſcit, paſſus verbera crebra, Leo.
Denique miteſcunt animalia cuncta flagello:
Vapulat at quo plus femina, plus fera fit.

IOANNIS EDOARDI MONINI.

Ad Iacobum Huraltum.

IMpiger auriferos iterat mercator vt Indos,
Si patriam merces Indica ditat humum:
Sic mea prima tuo cùm pagina nomine tantum
Creuerit, ò Galli gemma ferenda ſoli:
Ecce tuos eadem mea captat cymbula portus;
Vt conto ſubigas carbaſa noſtra tuo.
Auſpice te, Siculas ridere capeſſimus vndas,
Torua licet rapido vortice *Scylla* fremat.
Nam Syceæ fias ſi remus & aura carinæ,

Dat pater Hippotades, Cymothoeque viam.
Ecquid enim? elapſis ſi te duce Gallica quiuit
Effugiente ſuos prendere Marte ſinus;
An mea deſperet te te duce & auſpice Muſa?
Ergo ades ô noſtro dux, Palinure, libro

Ad Sphæricam.

Sphærica promittis ter centum baſia vati:
Baſia ſed baſin non habuere tuam.
Oſcula ter centum promittis: at oſcula centum
Ori vix vnum os exhibuere meo.

Ad Io. Meſguierium Muſicum.

Quam tua Dircæo ſunt conſona carmina cycno;
Tam mea ſunt cycno diſſona Dirciaco.
At tua carminibus, quam diſſona carmina noſtris;
(Nam mea ſunt Panos: ſunt tua Deligenæ)
Tam tua pectoribus ſunt conſona pectora noſtris:
Pectus habete: meæ carmina temne chelys,

Ad Guidonem Faurium.

Quum grauis Actæas fureret Bellona per vrbes,
Nullaque non rigido frenderet ære manus:
Doliolum ille manu Cynicus voluebat vtraque;
Symbola ne patriæ non daret vlla ſuæ.
Non aliter, Franci Guido diadema Senatus,
Siſyphio preſſit nunc mea membra lapis.
Quiſquis enim Clario ſua ſomnia duxit in antro,
Is tua Phœbeis nomina vectat equis.
Nempe tuo Francam quum vectes Pallada curru;
Te vehit & curru Pallas amica ſuo.
Stertere Lethæas ſolus ne credar ad vndas
Hæc tibi tango meæ tinnula fila chelys.
Metra ſed hæc, mammæ cum vix lallare recuſent.
Forte Palatini pellis ab arce chori?
At tibi Dulichio Crœſus non diſtat ab Iro;
Ara pio fumet ſi modò ture tibi.

Ad Oliuarium Dracium.

Suppl

Supplicibus, vir ſumme virum, præfecte libellis,
Dracice, Celtiaci lecte pyrope ſoli;
Cùm Themicos patulâ ſuſcepies aure libellos;
En tibi Phœbæis iſte libellus equis.
Aſtreæ vehitur iuſto meus axe libellus,
Quà vitreis trepidans Sequana garrit aquis.
Fac tua ſigna micent noſtri præ fronte libelli,
Te facili ſupplex hoc rogat ore liber.
Draciaco niteat tremulus ſi Sole libellus,
Tutus ad Arctoam iam dabo vela bouem.
Nempe tuæ volitant quò lintea candida cymbæ,
Huc comes it ſummi turba nouena Iouis.
Illa nouena meo libabit amica libello
Oſcula, quæ ſparſit Pallas amica tibi;
Compita ſic tuto terat vt ramoſa libellus
Tramite, ſis libri remus & aura mei.
Sic meus auſpice te ridebit tela libellus:
Auſpice ridebis tela triſulca libro.

Ad Ponticum.

Tranſigere inſomnem te dicis, Pontice, noctem,
Obſequio quoties quis tua corda ligat:
Sic quoties dederis, vinces Epimenida ſomno:
Da mihi; Lethæo namque ſopore premor.
Atque vt grata, quies placidos tibi ſerpat in artus,
Nil cape: quoque vigil ſim, dato multa mihi.

Ad Sphæricam.

Sphærica, menſis adeſt, gemini quo mater Amoris,
Et geminus gemino ſidere vernat Amor.
Vernat Amor geminus: gemino vernemus amore.
Iam geminus gemino gramine vernat amor.
Gramina poſcit amor gemino geminatus amore.
Lilia ſint violis, ſint minioque roſæ.
Si dare lilia vis, violas, miniumque roſaſque;
Iam mihi colla, ſinum, labra, genaſque dato.

De foramine.

Digitized by Google

Adiicias reliquis, creſcent maiora: ſed iiſdem
Detrahe; decreſcent facta minora tibi.
Aſt aliquid noui, quòd quantum ſubtrahis, auges:
Quantum addis, minuis. dic age quale putes.

Ad Car. Moretum.

Feſtines quamuis, ne nos, Morete, moreris;
Moraris longâ longius ipſe morâ.
Tu potius primâ morari deſine longâ;
Noſque morere decem ſæcula, vel morere.

In quendam.

Aut nihil, aut primus ferri vis. ferris vtrumque:
Et nihil; Arcadici primus & ipſe gregis.

MARTIALIS MONERI LEMOVICIS EPIgrammata.

Ad Pet. Fabrum.

Monſtrabat puero Phœbus ſua barbita quondam,
Atque emiranti talia verba dabat.
Hoc age: Tum Phœbo, nulla eſt mora, iuueris, inquam
Eſto tuum voto, Delie, quicquid erit.
His ita, me intruſi Muſarum audaculus antris;
Atque harum ex illo tempore ſacra colo.
Cæterà, Muſarum & Phœbi niſi nomina noram,
Dum vidi orbe tuum numen id eſſe, Faber.
Siue igitur Phœbus, vota hæc tibi debita porto:
Sin minus, vt peccem verus Apollo facit:
Qui ſic ferre poteſt Fabrum ſibi ad omnia fingi,
Sit ſimulatoris crimen vt ambiguum.

Ad eundem.

Parriſiis dum ferre typis mea ludicra curo,
Scis, Faber, eluuiis quàm periere prope.
Si quid diuino; læuum eſt læui omnis omen:

Neptuno prædam Mulciber eripiet.

In Amorem, ex græco Aurati.

Iampridem exoſus Superos Cythereius infans;
In noſtro fieri maluit orbe faber:
Non artis ſtudio, ſed me læſurus ob artem;
Inque meo fornax viſcere facta Deo eſt.
Vt flammam adſperſet, lachrimas his haurit ocellis,
Quodque ego ſuſpiro, follis ad inſtar habet:
Vtitur vt prunâ venis, Incus iecur illi eſt;
Quam viroſa ſuper ſpicula mille acuit.
Deterit & & limis mentem aſperioribus ægram.
Et curas vanâ credulitate polit:
Quodque magis mirere, nouæ puer inſcius artis,
Noſtra rudimentum viſcera ſubter agit.
Et puero impunè eſt quicunque admittitur error:
Artificiſque mali crimine plector ego.

Imitatio eiuſdem.

Fabrilem Cytheræus apud me exercuit infans:
Cui iecora incudis noſtra dedere vicem,
Humoriſq; meæ lachrymæ; ſuſpiria follis;
Venaq; carbonum præbuit vſta locum.
Cudentem vt ſenſi; nihil obluctatus agenti,
Cæpi operas fabro velle locare faber:
Sudatumq; meis longo eſt fornacibus igne,
Seraq; mercedis ſpes mihi luſa meæ.
Tum puerum blandè affatus, bellè hîc agis, inquam,
I, dominam vincis ſi modò, vincis opus.
Nec mora, ventoſas quaſſans Deus impiger alas
Effugit, & victus mox mihi corde redit.
Hic faber inquit ero; fruſtrata eſt illa laborem:
Ferrum eſt tota, ſed ignibus haud caleſit.

Cardinali Lotharingo Roma redeunti.

O ſpes fluxa hominum! ò caduca vota;
Illa olim caput orbis, illa Roma,
Illuſtriſſime Principum, putabat

Vt te ad ſe & ſua templa iam propinquum,
Tyrrhenis equitare vidit vndis,
Se rurſum caput orbis aſſequutam:
Coniecit bene Roma, ſi teneret.

In Arionem à nautis ſubmerſum.

Si non mens homini vitam dare, perfida turba, eſt,
Artifici ſaltem ne prohibete ſacro.
Vndique quod cœlum eſt pelaguſque, impune putatis?
Indicis hoc munus; vindicis illud aget.

In Amorem.

Memini puer magiſtrum,
Elementa cùm doceret
Heliconidâm ſororum,
Vbicunque amoris eſſet
Veneriſ-ue ſermo ſumptus;
Oculis docere captum,
Facilem regi puellum;
Pharetrâ in manu & ſagittis
Sine fraude & huc & illuc
Solitum eſſe pipilare.
Veneri fauore cœlum
Genus & manere noſtrum;
Veneri calere ſemper
Meliore ſacra fumo.
Ego tum ratus docentem
Monuiſſe, non iocari,
Reliquos Deos peroſus,
Sacer eſſe vtrique cœpi;
Lyra nil ſonaret vt iam
Niſi de Deâ & puello;
Quod erat ſuaſus error.
Sed vbi Iuuenta mento
Noua primulùm cohæſit,
Puer infit ad parentem:
Age mater, hic ſacrorum

Satis extitit miniſter:
Doceamus ampliore
Iuuenem litare farto,
Doceamus acer arcus,
Pharetræ, ſagitta, nerui,
Oculis carere, quid ſit,
Volucris quis vſus alæ:
Cupio, inquit illa, quid ni?
Puer illico ad ſagittas,
Petit è duabus Vnam:
Placet, inquit ille, Mater
Prius hunc docere quid ſit
Rigidi ſagitta plumbi?
Age, ait, puelle, tenta:
Ibi nil moratus infans,
Oculatus abſque ocellis,
Malè ſauciauit artus,
Cor ad intimum pererrans,
Mihi poſteà vnde ſolus
Lachrimæ liqueſcit humor,
Oculos qui abinde rumpens
Fluuios facit perennes.
Satis heu, Puer, ſatis iam,
Docuiſſe ſit magiſtro:
Scio quicquid vllus vnquam
Potuit tui doceri;
Et eò magis, quòd artem
Mediis alo medullis.

Dido in annulo.

Annulus illæſo conſtringit fœdere gemmam,
  Et niſi vtrumque cadet, non cadet alterutrum.
Par animos primi mecum mihi coniugis olim
  Strinxerat: vnius caſus vtrumque tulit.
Non quæ falſidici memorant opprobria Vates:
  Nam mihi Phryx nullus, nulli ego nota Phrygi.

Quid

Digitized by Google

Quid querar? ipſe ſuæ patitur diſpendia famæ
Iuppiter, haudque horum ſe benè dente tegit.
Iſque mali ambobus cœlo ſe ſuſtinet auctor,
Neſcio fraude magis, an magis arte Maro.

In amorem ſuum. Imitatio Ronſardi.

Si cuiquam eſt miſerum videre cordi,
Cuius ſe nece venditet Cupido;
Et quem ſæuius impotentiuſque
Horum quos Amor vſſit; vrit, vret,
Diuorum atq; hominum domet Tyrannus;
Si cuiquam libeat videre amantem
Quem plus flamma geluque verſet intus,
Cuiuſque Idalio malum puello
Plus lucri referat pudorque laudis:
Si quis prima volet videre vt ætas
Fontes exitii ſui ſequatur;
Et quò plus periit, perire certet:
Me-me, vulnere viderit malorum
Quod quiſquam potis eſt videre in vno:
Cernet quid ſapere atque amare diſtent.
Sed nec, ſi quod amo æſtimet, negabit
Hac dignum eſſe mihi perire cauſſa.

Ad Corinnam.

Cùm primum mihi viſa, ſimul, mea vita, cupita es:
Quæque oculos, eadem ſurpuit hora animam.
Heu ſpecioſa luo infœlix non noxius ora;
Doque tuæ pœnas vtilitatis ego.

In puerum ſuper Hebri glacie ludentem ex Græco Politiani.

Paruulus ad ludum glaciali inſederat Hebro,
Concretumque ſuo pondere fregit iter.
Subſiluitque miſer mento tenus abditus vndis,
Et rigidum ſecuit pendula colla gelu:
Inferiora fluens abſorbſit membra vorago;
Mœſta caput triſti condidit igne parens:

Et lach

Et lacrimoſa, quibus genui te ait. vſibus infans?
Paſceret vt corpus bina elementa tuum?

In Venerem armatam. ex Græco eiuſdem.

Cur haſtile manu? cur Cypris inutilis vmbo?
Cur lorica humeros, tempora caſſis habet?
Quid tibi cum bellis; quid cum, Cytheræa, cruore?
Quaque vales thalami ni genialis ope?
Non pugnas, hoſpes, meditor, ſed forſitan armis,
Mars meus armorum deſinet eſſe memor.
Vtque ſuam Venerem & ferrum me nactus in vna,
A noſtro nolit longius ire thoro.

Ad Corinnam.

Non tot ſe ad Libycos, Corinna, Soles
Hibernis glomerant aues pruinis,
Non tot fulminibus tremunt Cerauni,
Non mortis videt arbiter tot vmbras,
Non tot vellera Creta, Libs ceraſtas,
Non tot, Theſſale, faſcinas venenis,
Non tot baſia conſerunt columbæ,
Nec tot nauita Syrtibus tremiſcit:
Quot me nox lachrymis rigat, dieſque;
Nox rurſum repetit, dieſque rurſum.
Hæc ſi mala nil mouent; Corinna;
Tange tu Venus, arroganter iras.

In Pythagoræ imaginem.

Viua ſenis, Samiique, hoſpes, ſapientis imago:
Noſcas Pythagoram quò magis, ecce tacet.

Tumulo Pteronis famoſiſ. furis.

Pteronis tumulo fuerat digniſſimus aer,
Inuidiſſet humus ni properata crucem:
Et patricidarum vindex aqua tolleret eundem,
Ni prior hunc pelago ſubripuiſſet humus:
Deniq; ſacrilegos tellus quod poſſidet artus,
In ius raptricem flamma trahit dominam.

Quid

Quid tellus? par ius auræque, vndæque, rogoque,
Non negat: at ſeſe quo tueatur habet.
Nempe quod iſta lucrum captent expertia damni,
Exanimi hæc repetat quod dedit incolumi.

In Tutorem quemdam.

In iure Tutor cùm fuiſſet edere
Iuſſus recepta atque erogata de ſui
Rebus Minoris, comminante iudice
Proferret vt libris, quod adſolet, datum ac-
Ceptum-ve: libros en, ait, gulam indicans
Et podicem: hoc accepta ſunt, data altero.

In fœminas.

Saxorum ad numerum formabat Pyrrha puellas,
Quique prius fuerat, reddita virgo, lapis.
Sed cur blanda magis quædam eſt, magis aſpera quæ
Materies vnum ſi dedit vna genus?
Nimirum è ſaxo nata eſt quæcunque puella,
Sed ſaxis fuerant marmora mixta ſimul.

Tumulo Arnoldi Ferronii Conſil. Burdig.

Quid demens tumulo ſubeſſe credis
Ferronum? nihil eſt minus, viator:
His corpuſcula deſident latebris.
Quod Ferronus erat, Pudor, Fideſque,
Splendor iuris, apex ſui Senatus,
Æqui maximus artifex bonique,
Neſcit frigidulo latere ſaxo.

In leporem à puero curſu captum.

Dum pede longinquos emenſi præpete curſus
Penè darent animas hinc puer, inde lepus:
Pernici pernix ſuccumbens præda puello,
Audiit adſtantes dicere, vter lepus eſt?

Ad M. Antonium Muretum.

Barbarus Aonio Muſas Helicone fugarat,
Omnia Vindelicâ cùm tremuere manu.
Dumque foret priſcum referens Adſertor honorem,
A

Amiſſum ſyluis ingemuere decus.
Scilicet vnus eras, per quem non Græcia priſcos;
Nec gemeret caſſos lumine Tibris auos.
Non iam Varrones Itali, Flaccoſ ve requirunt
Marce, nec erepto pro Cicerone dolent.
In te ſuſpiciunt quod in his mirata vetuſtas,
Mnemoſynen, Muſas, eloquiique decus:
Denique quod patrii mallent debere Penates,
Quæque ſuam deflet Gallia tota vicem.
Quod ſi plus Italæ placeant natalibus vrbes,
Et tibi præ Latio Gallica ſordet humus;
Saltem erit hoc laudi, Solem genuiſſe, Viennæ;
Qui velit Italiæ fulgere, non patriæ.

In eiuſdem Commentarios Catullianos.

Exi Poeta, & tete vendica ſitu,
Obliuionis victor atque temporum.
Cur ire differs? an quod elegans prius
Nec non Latini primus eloqui decor,
Nunc, ò dolorem, mille claudicas locis,
Quos inſciorum audacia in dies tulit?
Hoc te Muretus, ecce liberat malo.
An quod libelli purior tui Venus
Noſtrum tenebris tempus obſitum latet?
Lapſæ creatus ferret vt rei manum,
Flacco, Maroni, Tullio, & quod his pares,
Idem leuamen, ne paue, feret tibi:
Non te Latina, quantus es, toga minor.
Exi Poëta, & tete vendica ſitu.

In pinum nauticam, ex Græco Mori.

Strauere in ſyluis Boreæ, cur mittor in vndas?
Stare ſolo haud licuit; ſpesne licere ſalo?

Ad Cupidinem.

Viſceribus noſtris duo pugnant, vnda roguſque:
Hic quantùm ardoris ſuſcitat; illa necat.
Hic iecur interdum in tenues facit ire fauillas;

Mox

Mox illa edurum me facit eſſe gelu:
Alternis ſua regna tenent, nec tertius annus
Alterutro expertem viuere vidit adhuc.
Diue puer, face quæſo aut hic, aut imperet illa:
Toxica ne vitæ ſint mihi cauſſa duo.

In Bracham canem, partu extinctam.

Quæ ſpes eſſe queat puerperarum?
Iratâ pariunt canes Dianâ,

De initio Amoris ſui. Imitatio Ronſardi.

Hortus erat, quo mors primum mihi fluxit amanti:
Hauſtaque ſunt animæ prima venena meæ.
Viſus Amor lunare arcus, & ſpargere flammas,
Corda quibus ſubeat frigidiora calor.
Nec mora, virgineis Dominæ ſe infudit ocellis;
Præſentem excubiis nunc ratus eſſe locum.
Mollibus hic ſertis caſſem intertexuit auro;
Retia mox animæ certa futura meæ,
Quid facerem? arcigeri infantis tam grata venuſtas,
Sic placuere faces, ſic coma texta dolo:
Vt laqueis hæreſcat adhuc mens immemor iiſdem,
Oblitumque mei me iuuet eſſe mali.
Vſque adeo arcitenens placidè me ſauciat infans;
Flammæ vrunt; auro retia texta tenent.

Ad Camillam.

Me vicinia pernegante iurat
Hos non eſſe tuos Camilla, crines.
Sed vicinia peierat Camilla.
Namque eram, memini, te emente præſens.

In Daphnem fugientem.

Cur Pæana fugis, Penëia virgo, ſequentem?
Telá ne, non Deum times?
Parce fugæ innocuus Deus eſt: aut virgine Pæan,
Aut potietur arbore.

In vitam humanam.

Haud certum eſt fuerit ne parens, an vita nouerca,
Tot bona mixta malis, tot mala mixta bonis.
Nunc ridetur Io; mox flebile lachrimat *αἶ αἶ*,
Nec retinet motum diſcolor hora parem.
Credo hominem vacuo cum fingeret orbe Prometheus,
Prædurum lachrimis diſſoluiſſe lutum.

Ad Corinnam.

Si de nomine fluxit omen vnquam,
Nomen neſcio quid mihi Corinnæ,
Ipſo me augere denotat ſiniſtri.
Naſonem malè nomen hoc peredit.
Qui ſi perniciem tulit fruendo,
Quem ſperem miſer exitum ſequendo?

De Homero, ad Hermum.

O ſortis furor impotentis! Herme,
Septem mortuus vrbibus rogatur,
Viuus ſub Ioue qui cubabat vdo.

In eiuſdem patriam

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ,
Natales magni cedite Mæonii.
At quia vir fuerat, veſtrum iuratis alumnum;
Iuppiter eſſe Deum clamat, ob idque ſuum:
Mens Iouis eſt. patriam probet his ex vrbibus vna:
Vindicias, dum ius non liquet, orbis habet.

Tumulo Io. Sereſii, eccleſiaſtæ piiſſimi.

Quid lector huc frequens ades?
Viſurus exitum? ſapis:
An lachrimas vt afferas?
Has impii ſibi petant:
Nil ſortis obtigit malæ
Mì, qui recumbo, nec tibi,
Vt fletibus moram trahas:
Ni tu putaris id malum,
Quod, me docente, ſæculis

Viues beatus omnibus.
Quod ſi magiſter extiti,
Cur me præire ſic doles?

De Henrico Memmio, Supplicum libell. in Regia magiſtro.

Audierat lento Gallos ſe obducere luctu
Princeps Aonidum Deus:
Adria quod Bembos iactaret, Rhenus Eraſmos,
Solis meta Sepuluedas.
Sed ſibi Budæi poſt fata ſequuta, manere
Æquandum reliquis nihil.
Tum querulam iuſto miſeratus nomine gentem,
Cur ſic cur lachrimas: ait.
Non fuit hoc nobis, quæ veſtra eſt gloria, cordi
Vllis tradere gentibus.
Spes bona, poſt aliquot naſcetur Memmius annos,
Budæi pede, & auribus,

In Phelinum aleatorem.

Conuaſata patris Phelinus æra,
Pol nequiſſimus omnium vorator,
Mille exhauſerat aleâ ducatos:
Qui malùm, pater inquit hoc voraſti
Improbiſſime gurgitum? quod omne
Vix mihi prope congerens per æuum
Eluſi genium, nefaſque faſque
Auſus, quoque fuit mihi ſenectæ
Iuuentæque tuæ fides repoſta?
Ne ſæui pater, inquit ille: bellè
Colluſorum aciem dolo fefelli:
Eraſi prope ſub fuere centum.

In Hermum furem

Tres homini Parcas dixerunt eſſe Poetæ
Sit vitæ exitium quas penes, atque caput.
Prima colo orditur nobis filamina Clotho,
Quæ torquet Lacheſis, Atropos vngue ſecat.

He

Heu, Clothon nimis & Lacheſim cognouit Ilermus,
Funificaſque nimis ſentiit eſſe Deas!
Præcluſere animam miſero ſuſpendia furi:
Defuit oranti tertia funiſeca.

Antonio Prenotio Archiepiſc. Burdig.

Burdigala inflexos tua quod curuetur in arcus,
Lunatam, Præſul maxime, fama putat,
Aut quia perpetuâ Tethyn vice fertq; refertq;,
Et mare cum ſocia Tethye Luna regat.
Da libertati veniam, peccatur vtrinque,
Hanc dicti cauſam, ſi placet auctor, habe.
Ecquis Parthenopen, Genuam, totque oppida late,
Lunata ex-ve ſinu dixerit ex-ve freto?
Credo ego fraterno natum de fœdere nomen:
Sol frater Lunæ eſt, huius & illa ſoror.
Hoc te Luna loco fratrem germana ſequuta eſt;
Alteruter nequiit ſtare ſine alterutro.

Ad M. Antonium Columnam ſacro exercitus præfectum in Turcos Roma in Hiſpanias ſoluentem.

Miramur, te aptante rates, mugire profundum,
Mox intrante, quieſcere?
Marce, Rubro Siculum ſapit æquor ab æquore, & vndis
Abs Moſe Auſonio timet.

Ad I. B. Lagium Baſtonium ſummum Præſidem. Senatus Burdigal.

Æthereum regnaſſe Iouem mentita vetuſtas,
Credidit eſſe Deum neſcia, qui vixerat.
Credibile eſt meritis vectum ſuper æthera famâ;
Vnde Iouis nomen poſtera ſæcla tenent:
Propterea dictus cœlo exercere tribunal,
Iuſtitiæ retinens & pietatis opus.
Par fuit Elyſios alio quoque iudice manus
Viuere, ne quiſquam ſit ſine lege locus.
Æacides, Minos, Rhadamanthus, ſorte vocati,
Tres ſimul, immani nempe magiſterio.

Reſtabat tellus quo iudice viueret exlex:
   Quo? niſi qui primis par-ve prior-ve foret?
Viciſti pietate Iouem Minoaque, Lagi:
   Tertia diuiſi pars tremit imperii.

Tumulo Ioſ. Chaſſanei Præſidis Burdig.

Quo ſe tanta cohors, hoſpes, pullataque turba?
   Chaſſaneo præbet flebilis inferias.
Huic rogo, Burdigalæ fora quem ſublimia quondam
   Viderunt populis dicere iura? Tenes.
Mors auſa eſt tam triſte nefas? Hic terminus hæret.
   Infula cur vna & purpura funus agunt?
Sic tumulandus erat: non deſiit eſſe quod olim:
   Mutata extincto Curia, non honor eſt.

Ad F. Baulonum, Senat. Burdig.

Nobile opus populis ius dicere, magne Senator:
   Inferius tamen eſt dicere, quàm facere.
Et facis, & dicis, veteri grauitate priorum,
   Quos æuo pietas ſub meliore tulit.
Non habuere alios Romana palatia Patres,
   Adſpectu Cyneas cum pudefactus abit.

In Poetices ſtudium.

Ec-quibus perit, heu, Iuuenta tricis!
Nequam carmine, frigidiſque Muſis,
Quæ non ſint pote, ſi ſequaris æuum,
Simplicis dare poculum Garumnæ,
Aut ſolatiolum eſuritioni:
Nec quæ vel miſeris habere promptum eſt,
Salillum, cineres araneoſque.
I nunc, & lege Mæonem, Sophoclem,
Sapphonem, Euripidem, Æſchylum, Philetam:
Et noſtros quoque, ſi libet, Marones,
Flaccos, Papinios, Propertioſque,
Diræ nomina poſtulationis
Ad fores tetricas potentiorum.

I nu

I nunc, & redime indigere tanti.
I nunc, nec fuge quicquid eſt laboris;
Vt riſus populi ambules tabernis:
Vt poſſis latitare per popinas:
Vt poſſis culices pati rotundos.
Næ dignus fuit eſurire, quiſquis
Non Cæſar voluit, ſed eſſe Florus.

In libellum ſuum..

Iurauit nequam liber hic euiſere lucem:
Euiſet lucem, Mulciber, herclè tuam.
Aut, vt ab Ædili mala merx, mittetur in vndas;
Miſſilis aut rapidos ibit in Æolidas:
Nil, niſi de tribus his, tot næuos eluat vnquam:
Purgabunt ignis, vnda, vel aura, malum.

In eundem.

Nullus ſic pluteum quatit libellus,
Cui non ſint mala multa, ſi requiras;
Nec tam repperias malum libellum,
Cui non ſint bona, ſi ſequare, multa:
Non legunt etiam boni malique?

Ad F. Riuerianum, Cauſ. patronum & ſyndicum Burdig.

Effigiem ciuis ſcripſit Plato, nempe Chimeram;
Æmula gens fecit multa Platonis idem:
Conati fruſtra ſpeciem quæ non erit vnquam;
Nec, ſi ſit, poſſit ciuis habere ſatis.
Adde quod hanc animo ſpeciem, non cernimus vſu.
Publica res animo non agit, vſus agit,
Quippe fuit ciuem tam magnæ quærere molis:
Nunc facit exemplum, quod facere ars nequiit.
Nam poſtquam tu puppe ſedes temone receptus,
Forma boni ciuis, Riueriane, liquet.

Ad S Milangium, Typog. Burdig.

Si quo dura modo redimantur fata, Milangi,
Id pol Calcographi nobile præſtet opus.

Rurſus opus ſi Calcographi mala fata domaret;
Pol totum exaniment prœla tua Elyſium.
Sed lex dicta neci, quicquid conabimur arte:
Aut curſum curres, aut gradiere gradum.
Vos tamen eſt vitæ quibus ars, quoſque arte iuuatis,
Si quoque Letheæ vector habebit aquæ;
Saltem Mancipibus ſimiles qui publica cogunt,
Tolletis veſtri de Styge dimidium.

Ad R. Mul:tum Procuratorem Regium in Senatu Burdig.

Si regio in cœlo eſt tantum his conceſſa teneri,
Qui patriam officiis demeruere ſibi:
Qui ſi quis latè regnum, vel iuuerit orbem?
Quæ tecum parua eſt, ſed Ioue digna cohors.
Quos Mulete, loco in cœlis, quoque ordine ponas?
Toto inquis. cælo, nec regione ſat eſt.
Ius tibi tute facis; patria, regno, orbe merendis,
Iuſtitia in cunctis, & pietate duce:
Cætera *Iuſtitia & pietas* tectoria lambunt,
Hac niſi quod legis lege magiſter agis.
Non alio potuit melius lex ſtare magiſtro,
Quàm qui vel legem cùm tacet eloquitur.

In Lopſum.

Duxit Lopſus anum cadauoroſam,
Qua cum delitias facit miſellus:
Cor ſuum vocat. & ſuam columbam,
Et ſuum iecur. & ſuos ocellos,
Aut quod plus dotis eſſe delicatum:
Nil non congerit in ſuos amores,
Mille baſia identidem refigens.
Quas, Deus bone, ſuauiationes?
Nardos cynnama, malobathra, amoma,
Aut ſi plus quid habet flagrationum.
Vxorem pote Lopſe amare talem?
At nummos habet, inquis: ô beatam!

Quæ ſit cum loculis repente bella.
O vires magicas pecuniarum,
Per quas non liceat cadauer eſſe!

Ad S. Culturium Lagardium Lemouicũm Præſidem

Natali ambitioſa tuo dum littora iactat,
Perdiderat proprium penè Vienna decus.
Riuali Nemeſis faſtum abſtulit: æmulus ille
Inclyta Vaſconici templa fuere fori:
Qui tamen & tollens animos iactantius vltrà,
Vltricem faſtus cœpit habere Deam.
Quid Dea? quos populos tam charo munere donet?
Pol patriam: iuſtè patria ſola petit.
Si te, Culturi, iactant, ait, omnia; iactet
Te tua gens potius quàm peregrina ſuum.

De Io. Maludano, Conſil. Burdig.

Prima noui miſerans contagia Iuppiter orbis,
Aſtræam ſuperâ miſit ab arce ſuam.
Quæ mox Inuidiæ perterrita dente refugit
Infœlix, nec par virgo tenella oneri.
Hactenus amiſſam gemimus, nec viſa reuerti:
Donec clamato Iuppiter exitio:
Quem mittam? Aſtræam? rurſum terrebitur, inquit:
An fratrem Aſtrææ te, Maludane, magis?
Hoc placet: ito, inquit, vinces ſed pluris emetur:
Virtutis pretium non leue liuor habet.

In Martem & Amorem, ex Gall. Ronſardi.

Hui! quàm Mars & Amor pares vterque:
Hic noctu, ille diu ſuëtus armis:
Hic non fert ſocium, parem alter odit:
Hic clauſtris inimicus, ille portis:
Terrent excubiæ nec hunc, nec illum:
Hic vult delitias, vt ille prædam:
Hic famæ inſidiatur, ille rebus:
Hunc ſæpe ante fores amica torquet

Imbre,luctibus,eſuritione,
Illum, nix,Boreæ,pruina,nimbi
Exercent medio iacere campo,
Aut nudis patulæ ilicis ſub vmbris,
Cœli vt porta ſupertonauit ingens:
Hic ſorbet lachrymas,vt ille rores:
Hunc noctis nihil emoratur horror;
Illum nil magis,vt ferant ſodalem.
Ergo qui reſides timet veternos,
Fiat,cenſeo,miles,aut amator.

Tumulo Io. Menſencalli,præſidis Tholoz.

Menſencallus obit:tota eſt in funere tellus,
Non obiiſſe hominem,ſed latuiſſe Deum.

In St. Forcatulum, I. C.

Non tam ſe populo Tholoza tollit,
Nec tam turriculis ſuis tumeſcit,
Nec tam purpureo poteſt Senatu,
Nec tam fœminea beata forma eſt,
Nec tam iuribus orbe nata priſcis:
Quàm quòd Forcatulum videt,colitque;
Qui linguæ queat,atque iuris arte,
Integrum facere vnicus Senatum.
Hoc vno ſat habet Tholoza,quem ſit
Fas Romæ oppoſuiſſe,venditanti
Trium nomina magna Scæuolarum.

De Lupo milite ignauo.

Eſt chiragroſus Alers,pede claudicat Harpalus vno.
Harpalus eſt miles,eſt quoque miles Alers.
Harpalus in rixa chiragram exprobrabat Alerti;
Obiiciente illi mox quoque Alerte pedem,
Vtrius in bello maior defectus eorum
An pedis,an manuum,iudicium eſto Lupi:
Qui ſibi ſæpe manus cauſam necis eſſe daturas
In bello iurat,ni pede ſe eximeret.

Ad Aulum, de Pauli & Dextri incredibili amore, & poſt-modum ſubſequuto odio.

Iunxerat impatiens Paullum Dextrumque voluntas:
Et cui viderunt ſecula nulla parem.
Tuſſiret Paulus; Dextrum quoque tuſſis habebat.
Mingeret; in matulis mox quoque Dexter erat.
Iret inæquali Paulus pede; crura ſubinde
Obuoluens pannis Dexter agebat idem.
Rideret, fleret; ridebat, flebat & alter:
Credo ſequuturus fata hic & alterius.
Sed ſtetit hic vehemens triduum non amplius ardor,
Succeſſitque pari par odium ſtudio.
Horrendum, ferro ceſſere in fata viciſſim:
Qui conſultus amat non timet, Aule, odium.

Ad Boream, vt Corinnæ proficiſcenti hyemem temperet. Imit. Ronſardi.

Horrifer Arctois Boreas regnator in oris,
Quo Rhodopæa metu ſaxa furente tremunt:
Et reuoluta ſalo Neptunia monſtra paueſcunt,
Qui cœlum à Stygia terminus æde ſecas:
Si te cura tuæ retinet memor Orithyiæ,
Fac rigeat Diuæ mitius aura meæ.
Parce genis, parce his oculis, colloque nitenti,
Atque illis quæ me complicuere comis.
Parce: ita non vnquam repetat Pandiona virgo;
Sic amet & Zethen ſic amet & Calain:
Sicque tuis trepident terræ ſpiracula bombis;
Quaque ieris patulis ſis tremor ilicibus.

In Poſtumum.

Vnquam ducere coniugem negaras,
Ni cui ſit pudor æmulus decoris.
Non Dii tot bona conferunt in vnam.

Ad Cupidinem.

Mentitur quicunque Deum te credit amoris:
Sed qui diſſidii te putat eſſe, ſapit:

Digitized by Google

Nam te depeream quamuis auctore Cupido;
 Quam pereo, redamet me niſi, diſſidium eſt.

Ad ſeipſum.

Cur te, cur miſerè gemendo perdis
Perditiſſime amore perditorum?
Cur æuum melioribus terendum
Sub Cupidine tranſigis tyranno?
Qui nunc, cùm videt impotem ſalutis,
Caſſum conſilio, malo furentem,
Deſperatum animis, dolore fractum,
Ridet, gaudet, ouat, ſalit, triumphat.
Nunc voca illachrymabilem gemendo;
Surdis auribus ede cantiones;
Exſtincto ad tumulum refer querelas.
Non ſi fletibus innates, Moneri,
Aut faxis mare lachrymationum
Poſſis flendo mouere. fletus vnda eſt.
Ex vnda repetit genus Cupido.

In Neronem, matrem interficientem.

Nate ferox, ferrum mammis, vtero-ne minaris?
 Maternique potes ſanguinis eſſe reus?
Primum vtero vitæ lumen tibi cœpit: at illæ
 Quas modò diſtringis, dure aluere manus.

In Steph. Broſſeum de Iure reſponſurum.

Procurent alii diras adſpergine noctes,
 Nam mea nil iſtis ſomnia rebus egent.
Virgo mihi cœlo viſa eſt auguſta ſereno,
 Cui ſtabat tenerâ pendula libra manu.
Ponè puellarum (dubium ne an Muſa, Dryaſve)
 Nectebat iuueni laurea ſerta cohors.
De iuuene incertum, niſi quòd de fronte notaui
 Cùm lances Virgo, ſerta dedere Deæ.
Cætera criſtatæ ſoluerunt viſa volucres:
 Phœbe moue ſortes: Broſſeus ille fuit.

Tumulo Hattonis, Archiep. Mogunt. à muribus erroſi. Ex hiſtoria Danica:

Exemplar ſcelerum & furoris Hatto,
Vnus cui ſcopus, vna meta vitæ,
Vt faſtos vitio præiret omnes,
Carcallas, Varios Vitelliosque,
Et quicquid fera Roma nacta monſtri eſt;
Dum grandem populi famem cruentat,
Immani ſatiatus ora cæde,
Hoc tandem cubat obrutus ſepulchro:
Non hic, ſed cinis oſſium repoſtus,
Reſtans de grege murium ſuperſtes:
Quos dum per vigiles fugare flammas
Vltricesque putat paludis iras,
Nequicquam trepidam phalanga fugit;
Cui vis nulla metum dedit, nec ipſis
Naturâ loca denegata monſtris.
Pol edens capra mordeat nocentem.

In St. Forcatulum I. C. cùm in iudicio cauſsâ cecidiſſet.

Forcatulus cauſa cecidit: quis litiget vnquam,
Si nolint myſtæ iura fauere ſuo?
Papiniane vale, vale, inquam, Papiniane,
Si pelagus Tethyn ſæuiat in propriam.

Cupido ales, ex Græco Moſchi.

Nemora inter atra viſco
Puer alites ſequutus,
Veneris procul puellum,
Viridi hinc & inde ramo
Reſilire conſpiciatur:
Nihil hîc ratus pericli,
Neque cogitans quis & cui
Volucri excubaret auceps,
Procul arbori latenter
Pedicas tetendit omnes,

Quot

Quot amor parare prædæ
Puero ſüaſit huius:
Sed inanium peroſus
Sibi fraudium laborem,
Vt Amor neque ipſe falli,
Neque fallere ipſe ceſſans,
Procul à dolo volabat.
Puer ergo concitatus,
Pedibusque humum laceſſens,
Ad anum ſtatim futuri
Abiit minans ſcientem:
Vetula, vt ſciit querelas,
Puerum manu prehendens,
Age auem petamus, inquit:
Potes indicare quali
Volitaret illa ramo?
Viden', inquit ille, mater
Volucrem? Caue, infit illa,
Caput & rotans ocellos,
Genus hoc auis ſiniſtrum eſt,
Amor omnium ſuperbus
Hominum Deûmque tortor,
Nimis es futurus olim
Procul à malo beatus:
Sed vbi hoc prioris æui
Cumulaueris ſequente,
Malè pertimeſco ne iſthæc
Fugiens modò ales, olim
Fugitiua terga captet.
Laquei dolique poſcens
Amor ex amore pœnas.

In vitam humanam.

Ride: ſed præſtò mors eſt quæ gaudia ſoluat.
Ingeme: ſed gemitus nil niſi pœna duplex.
O nihil, ô huius non commoda commoda vitæ!

Si riſiſſe pudet, ſi doluiſſe piget.

In Lupercum, iocus ex Lucilio.

Si cœnas properè nimis Luperce;
Si lentus pede tardiore curris:
Cœnes cenſeo calce, dente curras.

De Antigene amatore cæco, ad Ponticum.

Lumine ſi primum Veneris ſeſe implicat infans,
Sique, videre malum, maxima cauſa mali eſt.
Non amet Antigenes, oculo priuatus vtroque:
Quo nullus totâ peius in vrbe perit:
Si ſit Amor fato, præſtat mala cognita amare,
Quàm ſine luminibus, Pontice, amare aliquid.

In Faliſcum.

Vadenti in bellum prohibebat Cotta Faliſco
Plus properare aliis: Ne mone, ait, monitum.

Tumulo Macardi inſignis potoris.

Quod nunquã Hippocrates, nunquam Ægineta putauit,
Nunquam Pergamei gloria magna ſoli,
Nec quos diues Arabs medicos, aut Græcia vidit,
Nec qui Romanâ pòſt nituere togâ;
Noſtra tulit vini mirandam Hydropiſin ætas,
Dicere quam poſſis verius Oenopiſin.
Prima nocens intercute aqua, hæc intercute vino;
Prima ſiti indulgens, hæc quoque plus ſitiens.
Exſtinctum videas morbi nouitate Macardum,
Addubites homo ne, an amphora mortua ſit.

Tumulo Franc. Biays neptis chariſſ.

Quidnam experta mali, nihil vt tua fata moretur,
Quominus in cœlum vix bene nata voles?
Non cunæ fuerant animo ſatis? ipſave quæ te
Vbere debuerat paſcere, non placuit?
Non riſit partu genitrix infirma recenti?
An fuerat voto plus genuiſſe marem?
Saltem ſi qua tuos eſſet mens noſſe parentes,
Quamque fores claris ſponſa petita procis.

Hâc

Hac equidem iuſtum lenires parte dolorem,
 Luctusque extaret, quàm modò, cauſſa minor,
Ergo vale æternùm fœlix quam nulla malorum
 Quæ vitæ comes eſt, tinxit amarities.

In Lapum, & Hermen, cauſidicos.

O flores gemini aduocationum,
O fori duo fulcra litiumque,
Patronus Lapus, & patronus Hermes:
Non verbum daret iſte ſi rogaris,
Reſpondet malè quod rogaris alter:
O ſuperbia, contumeliæque,
O flores gemini aduocationum!

In Amantes. Imitatio Anacreontis.

Signat equum ſtabuli ferro candente magiſter,
 Vt referat domini coxa peruſta notam:
Lunata eſt capitis Parthorum inſigne tyara.
 Cuncta ſolent aliquo noſcier indicio:
Et quodcunque notæ eſt extrà ſe promit apertum,
 Signa ſui ſolus viſcere celat amans.

In hominis natiuitatem, ex Græco.

Hoc ipſum eſt aliquid de quo tu ſemine ſurgis;
 Sed quod quis longè mauelit eſſe nihil.

In beatam vitam Im. Automed.

Nil debere, boni ſuprema meta eſt;
Huic, non ducere coniugem, propinqua;
Cognatis prope par carere votum.
Quod ſi mens adeo eſt ſupina cuiquam;
Aut ſi quis ſibi ſic ſiniſter ipſi eſt,
Vt ſe coniugii implicet periclis;
Extremo medicina ſola damno eſt,
Vt nunquam Superos rogare ceſſet
Poſt dotem cita mors malis tenebris
Vxorem malè nuptiásque perdat.
Hæc qui commoda quantacunque norit,
Quod ſummum eſt homini bonum, fruetur;

Secu

Securus quid ita ambiat lauari
Hybernus pelago dies; an extra
Orbem ſit vacuum an ſequatur orbes:
Et quæ cætera ſenſuum flagella
Turbant ocia prorogantque curas.

Tumulo I. Aleſinii, conſiliarij Burdig.

Te quoque (ſi fari fas eſt) mors preſſit Aleſini,
Fari? ſi fieri non fuit imò nefas.
I nunc, extinguique Heroas poſſe negato,
Virtutem æternam finge, Deamque face.
Finge, fides Dea ſit, pietas, doctrina, pudorque,
Finge, licet videas rapta nequiſſe rapi:
Omnia ſi tollit fatum an non ſingula tollet?
Hoc vno in tumulo ſingula & omnia ſunt.

In R. Bocherium, Conſil. Burdig.

Dicebam Muſis: Ecquem de gente Aquitanâ
Qui biberit veſtras pluris habetis aquas?
Auſonium, dicunt: Quid nunc Bocherius, inquam,
Maioris claui gloria prima Deæ?
Auſonium certè ſuperat Bocherius, aiunt:
Sed ſuper hoc nobis lis mala cum Themide eſt:
Arbitrium Iouis eſt: grandis metus vrget vtrinque
Ne neutri dicat ſed ſibi iudicium.

In Mich. Martinum, Conſil. Lemouic.

Tu quoque ius dicis, raptus Parnaſſide ab vnda,
Cum tria vix cumules luſtra duobus adhuc.
Ne iacta vlterius præcoctum Romule Neruam:
Plus tibi quàm Neruam ex vrbe minore damus.

In Nannium.

Vt primùm octauâ ſurrexit Nannius horâ;
Aſſa datur perdix, teſſera, vina vetus.
Mox ſatur in ſtrato recubans: Da Iuppiter, inquit,
Fortiter hæc, quæ tot fert mala vita, pati.

In imaginem Helenæ.

Sigæis olim mirabar neſcius vndis,

Stare

Stare Mycenæas tot potuiſſe rates,
Ortaque fœmineâ tam triſtia funera formâ,
Troicus vt largo fluxerit amne cruor:
Cædibus Atriden potuiſſe obſtare Parinque,
Iſte carere velit, ſi velit ille pati.
Sed poſtquam tanti viſa eſt mihi cauſa duelli
Tyndaris, Argiuæ gloria prima nurus;
Atridis cauſſam Paridisque haud ferre recuſem,
Quòd neget hic cogi, quòd neget ille pati.

In Vibennium.

In cœnam ire Vibennius negantem,
Me, credo herculè, centies vocarat:
Donec me prece traxit impotente.
Hic porri, raphani, allia, intybique,
Atque harum quod erat cupediarum,
Quales vinitor aut colonus eſſent,
Dum ſæuit Canis & Leonis ardor.
Hoc ego ſtupefactus apparatu,
In Bellaria totus intremebam
Ne fœnum daret eſſe, ſuſpicatus
Me ſtatim ex oue redditum caballum.

In vitam humanam. Ad Lygdamum.

Heu, quæ mortalis ſunt gaudia, Lygdame, vitæ,
Quæ nec cùm fruimur ſat bene percipimus.
Heu, quæ mortalis non ſunt mala, Lygdame, vitæ:
Quæ, vel cùm leuiter nos tetigere, premunt.

Tumulo I. Peruſœi, Medeæ Tragœdiæ ſcriptoris.

Caniciem, Colchis, tumulique opprobria rugas
Te quondam Æmonio eſt fama fugaſſe ſeni:
Idne negare tuo potis es Medea poëtæ,
Quem minor eſt iuuenem reſtituiſſe labor?
Quo ſine adhuc remo incaſſum tentante, fuiſſes
Phryxeo præter vix bene nota mari.
Nunc age, ſi certi quicquam eſt medicaminis, orbi
Redde virum, orba fores qui niſi in orbe foret.

Æte:-

Æternum dedit hic Vates mihi carmine nomen,
Has noſtrum vires non medicamen habet.
Vnde dedit, ſumat: par, hoſpes, gratia non eſt,
Ex quo æterna feras, huic iterata dare.

De Somnio ſuo. Im. Anacr.

Dum feſſis ſopor artubus pererrat,
Et Somnus placidiſſimus Deorum
Cornu ſe vacuam inſerit per aurem;
Ferri præpete ſum mihi volatu
Viſus, læuibus vndiquaque pennis:
Pone me puer, emorante greſſum
Plumbo, Cyprius inſequens prehendit.
Quid monſtri ſonat hocce ſomniorum?
Hoc, credo: veteres abiſſe curas,
Primoſque innocuos fuiſſe amores,
Hoc noxam mihi nunciari in vno.

De Probâ & Lycori ſororibus.

Tam pudibunda Proba eſt, tam non pudibunda Lycoris;
Diſſimiles vna ſic genitrice duæ:
Hæc quoque nolentes vt poſſit cogere mœchos:
Illa vt nulli auſit dicere, non faciam.

In Charinum, deformis uxoris maritum.

In re præteriens mea occupatus,
Vxorem, memini, tuam, Charine,
Vidi, tam lepidam, venuſtulamque,
Tam cultam, niueam, aureamque totam,
Vt ſi tres ſimiles mihi domi ſint;
Binas ſim Stygio daturus Orco,
Si non tollere tertiam recuſet.

In Ponticum.

Pontice, Philoſophum ſimulas ſartagine linguæ,
Verbaque amas ipſo penè timenda ſono:
Iudaici parat Ædilis ſpectacla furoris,
Tu ſine perſona, Pontice, ages Caypham.

Tumulo G. Rondeletij Medici præſtantiſſ.

Frugum pessima ficus: hac Philemon
Omnium optimus occidit poëta:
Hac ipsa quoque prima lux medentum
Rondeletius occubat sepulchro,
Sponsu cum nece gloriatus ire.
Ne moue mala fata, Rondeleti,
Neu voca nimis arroganter Orcum:
Vocatus venit, atque non vocatus.

Tumulo Baudeti nobiliss. potoris.

Dolia, labra, cadi, tibi sunt Baudete, sepulchrum:
Non poteras tumulo commodiore tegi.
Noluimus saxis inter pia busta locare;
Ne tibi cum reliquis spargeret vllus aquam.

Ad Ant. Bordelium

Cur quereris Musas Phœbumque obstare volenti?
Scribere non Musis, non Helicone datur.
Musa, Helicon, Phœbus, Parnassus, somnia vana,
Vanaque Pegaseæ fabula riuus aquæ:
Vanus & Eurotas, quæsita scientia potu
Vanior est Phœbus, Musa, Heliconque, labor.

Ad Maur Lascurium adolescentem cytharæ arte incomparabilem.

Perdiderat chordâ obtritâ decus Eunomus artis,
Palmaque Aristonis deterioris erat:
Ni fidis hoc vitium suppleſſet voce cicada;
Vsque adeò est Virtus cedere dura suo.
Si cytharam quâ tu, Lascuri, tangeret arte,
Hoc ageret digitis voce quod egit auis.
Dignus eras, si fata velint, Parnasside curâ,
Aut si Parnassis cura tuo ingenio.
Quòd Musis ita sis vetitus, plaga herculè magna est:
Plus tamen hæc Musis quàm tibi plaga nocet.
Non Musas omnes animo Phœbumque teneres
Vno qui gestas pollice Terpsichoren?

Ad Corinnam.

Quòd

Quòd totus pereo impotenter, ex te
Non ex me, mea lux, petenda causa est:
Sed non tu lachrymis, meoque luctu
Molliris, neque condoles dolenti:
Rursum nec tibi nec mihi, Corinna,
Fructus solliciti est amoris vllus:
Vtrique est tamen ex amore crimen.

In Fabrillum iactatorem.

Cùm proauos gemino ex ouo Fabrille, recenses,
Antiqua dictis quæris ab arce fidem:
Si placet hoc, generis porci te stemmate vincunt,
Quos carie in stabulis lapsa ruina premit.

Corruptis Rom. vrbis moribus.

Quæ morum & priscæ fuerat virtutis imago,
Cùm prius intonsis Roma niteret auis:
Heu Crocodilæos spirat nunc illita succos,
Quæ spurcis moueant ilia Laïdibus.
Scilicet ad veteres redeunt hæc sæcula fastos,
Cùm potuit matrem credere Roma lupam.

Ad Cupidinem.

Non tot nocte micant silente flammæ,
Nec tam multa Notis tremiscit arbos,
Nec se putribus inquietus vlmis
Tam multo cruciat dolore turtur:
Quàm multæ Veneres meæ Corinnæ
Instant crinibus, ore, fronte, labris,
Atque illis oculis, vbi meorum
Fatorum series resedit omnis;
Ni mens sit comes huic superba formæ,
Ex qua mox mihi fata dent ruinam.
Quid istud tamen est, quòd ipse possit
Quo mors stat mihi sic placere languor?
Cur aras fugio & sequor misellus,
Ad quas victima cæsa colliquescam?
Nil hoc: Quin face mortuo, Cupido,

Quod placet cruciatque sit superstes.

Mallij Pictoris iocus, ex Lucilio.

Cœnatum ad Malli Seruilius excitus ædes,
Pingendi primum cui fuit arte decus.
Deformem intuitus puerorum in limine turbam;
Tam bene cùm pingas, quàm malè fingis, ait:
Cui pater: haudquaquam factum miraberis, inquit:
Pingimus ad lucem, fingimus in tenebris.

In Maurum, causidicum.

Totum penè diem studio das, Maure, forensi,
Nec redit à rauco nummulus ore tibi.
At tua terdenos numerat sibi Faustula nummos,
Si nox ardentem viderit v[illegible]procum.
Maure, dies (si quis pudor est) face pluris haberi,
Aut face vt hos coniunx elocet vberius.

Ad Mat Clarium Poëtam.

Cùm te, quod soleo, voco Maronem,
Ipsi, non tibi, blandior Maroni:
Cùm te, quod soleo, voco Catullum,
Ipsi, non tibi, blandior Catullo:
Fallor, Virgilium vt voco & Catullum,
Ceu non sit Clarium vocasse maius:
Cui debent quod erant, Maro & Catullus.

Tumulo M. Foberti, adolesc. doctiss.

Sic charum quodcunque rapi? sic maxima quæque
Ante diem Manes abdier in Stygios?
Atqui te Astrææ dicebas velle potentis,
Quod super ætatis discere iura foret.
Nempe suo iudex timuit Rhadamanthus honori;
Palluit iniusti Gnosius esse reus.
Sic patriæ raptusque tuis Foberte recumbis,
Qui frustra, heu, mutos voce vocant cineres.
Hæc si Ciuilis tua sit Prudentia merces,
Malo dare nobis, quàm dare iura aliis.

In Corderium.

Qui

Qui cor vel iecur ederit draconis,
Inquit Corderius, feras loquentes,
Et quicquid pecudum ſoni notabunt,
Vt noſtras capiet repentè voces.
Corderi, veniam dabis merenti,
Si quæ tu loqueris minus capeſſo:
Nec cor nec iecur edi ego draconis.

In Cupidinem diſcentem, ex Græco Bionis.

Alligero mater comiti comes hæſit Amori,
Repſit vt illuni primula nocte quies:
Nutantemque mihi monſtrans, en, inquit, Amorem,
Quem ferulæ mittas ſub iuga dura tuæ.
Tum, docilem ratus eſſe, leui dictata puello
Carmina, quæ facili redderet arte, dedi.
Vt Deus argutæ nactus modulamina vocis
Pan, calamos cera fecerit eſſe pares;
Vt lyra Mercurio ſtrepat inuentore; Mineruam
Electro vt referat tibia iuncta Deam.
Continuò puer obſiſtens parere docenti,
Et pendere meo durus ab ore negat.
Perſonamque grauem dominique indultus habenas;
Subdola me matris diſcere furta iubet;
Sparſaque mortales Veneris mala gaudia circum,
Et captum pedicis ſæpe fuiſſe Iouem:
Pluraque quæ miſero dictata tenaciter hærent:
O merces triſti dura magiſterio!

Ad Phœbum, pro incolumitate amicæ.

Quis languor? quænam hæc macies depurpurat ora?
Oribus ora tuis, Memnonis, æqua parens?
Phœbe, aliquis ſi viuit adhuc tibi Daphnidis ignis,
Theſſalicusque manet ſi tibi mente frutex.
Phœbe, ades ô dexter, Phœbique Epidauria proles,
Rhaguſiâ fumant cui ſacra templa molâ.
Torrem animæ ſeruate meæ, vitæque necisque,
Cui mihi, quicunque eſt, certus inhæret apex.

Digitized by Google

Si moritur, morior; ſi viuit ſpes quoque vitæ eſt:
  Inſtarque Oenidæ ſors mea ſortis habet.
Sidus ita huic fixit clauo mea fata trabali;
  Sidus quo nullum fortius æther habet:
Cuncta adeò certant aduorſum ſidera ferri;
  Soluere pertentant, proficiuntque nihil.

In Poſtumum, Ventidiæ anus maritum.

Qui cœlebs oculo carebat vno,
Duxit Ventidiam, caret duobus:
Hoc iudex ſcelus ad metalla poſcit:
O nullius anus pudoris, inquit,
Hoc tu es auſa mali in virum ſceleſta?
Illa tum genibus voluta, Egóne
Vxor buſta viri exciiſſe credar,
Quæ proferrem animam impotem ſepulchri?
Teſtis eſto Deûm & tuum trbunal;
Cùm me duxit, ait, nihil videbat.

Tumulo Ioſ. Petioti conſobrini, apud Montalbanum extincti.

Candida qui poſuit tam furuo nomina Monti;
  Is Parcis etiam parcere poſſe dedit:
Eumenidumque truci tam dulcia nomina turbæ
  Indidit, & lethum nomen habere necis.
Non ſit mors lethum, non Eumenis Eumenis vnquam;
  Et Mous Albanus nomen habeto nigri.
Hæc te, iurata in patriam, Petiote, ruina,
  Elyſii in numeros hinc rapuere Dei.
Heu quid non miſeri blandimur Manibus atris?
  At ſurdi Manes quem miſerantur ob id?

In Eudoxum.

Qui tibi vult, Eudoxe, malum miſcere venenum,
    Te non odit, amat magis.
Viroſo virus prodeſt; mixtusque colubro,
    Nil noxæ coluber creat.

In cornicem ſcorpione veſcentem, ex Græco Archiæ.

Repſerat

Repſerat è terræ latebroſo ſcorpius antro,
Viſaque cornicem beſtia non latuit.
Cœlo agitur præceps, rapit & fugit ille vorantem;
Extremo caudæ protinus orbe ferit.
Ecce venenatum quod auis tendebat in anguem,
Inde ſibi miſeram conſciit ipſa necem.

In Leandrum.

Heu, quam aduerſa tuæ mea ſors, Leander, amando eſt:
Atque tibi eſt voti, quàm mihi, palma prior!
Inuideo audaci per cærula littora dextræ,
Solaque cuius erat conſcia Luna, faci:
Atque illi cui ſæpe oculos intenta feneſtræ
Maiores animos altera flamma dabat.
Nocturniſque Dei quibus inuidere tenebris,
Mutatumque aliàs tæduit eſſe Iouem.
Me metus, & Veneri primus pudor hoſtis, idipſum,
Quod te audax animus fecerat, eſſe vetat.
Crinibus abſterſit laſſoque è corpore guttas
Humidulumque ſuo fouit amica ſinu.
Non ego plector aquis; ſunt noſtræ incendia pœnæ,
Quæque mei cauſſa eſt vlceris, vlcus alit.
Te flammis gratam ad turrim tua cura vocabat:
Me mea mors flammis ſera futura trahit.
Omnia diſſimiles, niſi amor quòd tollet vtrumque:
Hic flamma infœlix, ille beatus aqua.

In Machaonem, qui ad Caletes ligneum pedem amiſit.

Caletes vis dum Gallorum circum furit;
Ignotus, at pol acer, aggerem Machon
Dum ſcandit, ictu ligneum glandis pedem
Vt ſenſit crepuiſſe, nihil, inquit, deperit:
Nam crus aliud eſt integrum mihi domi.

Emblema de perfidia nouercarum matres ſimulantium.
Ad Io. Robertum Tholoz.

Virgineos felis vultus habitumque rogabat;
Atque audita Diis vota petita tulit:

Vt tamen indocilis natura est legis & artis,
Et licet hanc furca truseris, vsque redit.
Qui fuerant mansere animi: vt non dixeris esse
Ex animis quod erat, quodque erat ex facie.
Captabat felis mures, virguncula formam,
Vngue rapax subter, corpore comta super.
Immanis vera effigies, Roberte, nouercæ.
Emendicatis matris imaginibus.
Virgineo, ficulna fides, si riserit ore:
Si noceat, rediens in sua prima animus.
Fidite priuigni si felis, virgove tota est:
Hybrida mirandum est si bene quid faciat.

Ad Cupidinem.

Aut ne sic, Veneris cruente fili,
Subuertas domini locum pudoris,
Seu stat demere, deme vtrique mentem.

In Pamphagum.

Ruribus & fundis nimium ratus esse negoti,
Hæc euorauit Pamphagus:
Horti, rura, domus, onus hinc, ait, ite molestum;
Nec peior ob rem sit quies:
Pol, magis est, dominus voret vt vos Pamphagus, æquum,
Quàm si voretis Pamphagum.

Natalibus alterius filiæ Petri Fabri Suppl. libell. mag.

Hoc restabat adhuc, gemino vt duce sidere tandem
Sideribus peteres sideris auctor iter.
Iunior ecce Helicen primam Cynosura sequuta est;
Vtraque certa patri sternere in astra viam.
Ne properate tamen, Diuæ, sua debita cœlo:
Diuorum est illic plus satis, orbis eget.
Poscitur humanis vestri mora longa. patrisque:
Est rata conditio vestra, caduca hominum.
Sic semper suberunt Fabrâ de gente nouelli,
Qui super & cœlo & sint super orbe Dii.

Tumulo

Digitized by Google

Tumulo I. Pererij G. filij I. C.

Vincendæ hic modus inuidiæ est, in fata Pereri
Cedere, viuendo sed poteras melius.
Quam fugis æmula gens hercle est, verùm æmula tantùm;
Vtile quamque fuit te præeunte sequi.
Quò fugis? ista tibi nomen dabit amplius Hydra,
Quàm mors, ni properè hæc, serius illa daret.

In Martem, & Amorem, ex Græco.

Loripedi Veneris fornacem ardere marito
Viderat, & ferrum Mars rutilare calens:
Spicula quod tundens numeris fabricabat Amori,
Quæ tingebat Amor felle, Erycina fauis.
Tum Deus illudens, isthæc quibus vsibus arma?
Et sua commonstrans: Ista, ait, ista valent.
Hos risus pertæsus Amor, non riseris, inquit,
Si mea quid possint arma nocere, scias:
Hinc te forte tuus bellorum haud eximet horror,
Quando meæ victus matris ad ora tremes.

In Symeonem Bosium, Lemouic. supprafectum.

Astræam dedit oppidis relictis
Puro simplicitas latere ruri:
Astræam dedit ad Deos reuersam
Duro nequities abesse rure:
Iuratam populis redire nunquam,
Dum doctrina pudorque abesset orbi:
Viuit Bosiu', Diua: Quid moraris?

Tumulo L. B R.

Sum natus, vixi, morior, non flendus ab vllo:
Cur ergo extinctum Gallia deflet? ais:
Rideor, hoc tandem quia contegor ossa sepulchro:
Sed mors eripuit me quia sera, gemor?
Quid tot equis? quid tot facibus? quid gessimus armis?
Nempe orbem sitii; cespite nunc superest.

Seb. Albaspinæo, Lemouicorum Præsuli, & ex secretioris concilij proceribus.

Hærentem proræ perhibent Echeneïda, Præsul,
Immanem pelago ſiſtere poſſe ratem.
In tenui vis tanta latet: contrà Æolus inſtet,
Hinc remi vires, carbaſus inde ferant;
Non tamen impellant lato procul amplius vngue,
Dum tenet in pedicis anchora viua ratem.
Heu, Mauors, Francam in nauim quot protulit Euros!
Quid non ventorum Galla carina tulit?
Quis Boreas? quis non Notus inſtitit? omnia contrà:
Stat tamen, vt rupes cedere dura loco.
Colligeret iam fracta trabes, digniſſime Præſul,
Tu niſi ſis vento Franca Echeneïs obex.

Ad Ponticum.

Ingenio cumulabat opes gens, Pontice, priſca:
Nunc non ingenio, Pontice, ſed genio.

De amore ſuo. Im Ronſardi.

Dii magni, vt nihil otii Cupido
Largitur miſero aut quietis vnquam!
Sperabam, dolor ille qui peruſtis
Longas viſceribus perennat eſcas,
Si forem procul, exitum teneret:
Sed mî, cum fugio magis, magisque,
Læuus neſcio quis Deus, priorum
Qui præſes fuerat mihi malorum,
Spectrum fertque refertque idem ſubinde:
Vt, nox cùm tacet altius, lacertos
Eludat thalamo petitus error.
Fallacesque Deæ meæ figuræ
Arcentes placidam mihi quietem,
Suffundant rubeum in metu pudorem.

Ad Mich Campanum, medicina relictâ poëſi immorientem.

Atqui te Aoniis Epidauria fallere plectris
Tædia, ſæpe datam mens mihi certa fidem.
Sic lyra, ſic Veneres, ſic quæ tua cura Camœnæ

Tum

Digitized by Google

Tum fuerant, quò nunc? quò mihi pacta fides?
Tu face ne vindex repetat periuria Phœbus,
Cui medicus curat, cuique poëta canit.

Ad Fr. Moncaudum Burdegal.

Heu, quò venimus? ecquid istud æui est?
Quo, Moncaude, sacra illa turba, vates
Vni si placuere, olent trecentis:
Nec sunt amplius, vt fuere primùm
Laudis nomina & osculationis:
Sed opprobrii & inquinationum,
Noxæ, nequitiæ, impotentiæque:
Seu primi magis extitere nostris
Cinctuti atque cati & seueriores:
Seu seclum nimis istud in farinis.
Nam postquam mala sors tulit per orbem
Quærendi aucupia, & vorationes,
Si quis sit minus ad nefas nefastus,
Si quis sit minus ad scelus scelestus;
Ætas lignea plena ruris ætas,
Discinctum illico clamitat poëtam,
Si colonia nescit, inuidetve,
Deseremus ob id mali coloni?
Ætas candida liuidam sequetur.

Tumulo C. Cosagij, Præsidis Burdig.

Triste ferunt Francis omen tua fata Cosagi,
Non quia tu (licet hæc plaga sit atra) iaces:
Sed quia dum tollit Francis sua fulcra, timemus
Velle etiam Plutum tollere, quod superest.

Ad Procillum.

Quotquot videris artium, Procille,
Nullâ plus veniæ arte quàm poësi est.
Refert quam-minimùm tamen poëta.
Quid faxis? taceas? peribit vsus:
Scribas carmina? seculum timetur.
Audi quod medium inter ista serues:

Mentem

Mentem explere domi, foris tacere.

Ad Emondum Augerium, Ecclesiastem.

Extremum attulerant extremà hæc secula crimen,
 Nec spes curandi salua erat vlla mali;
Prædatosque lupos viduo pastoris ouili,
 Spernere securas verba docentis oues:
Tu nisi sollicitus lustrator ouilia visas,
 Lactesque alterius spe meliore ducis.
Sic visum est Superis, stertant qui vellera carpunt;
 Et qui non carpit vellera, cogat oues.
Emondos vtinam sacra mitra atque infula signent!
 Aut sint Emondi quos ea signa notant!

Tumulo A. Belgardi, Equitis strenuiss.

Plutonem agnati properè ni ducitis in ius,
 Et curatorem poscitis, hercle perit:
Ecce vt rem patriam incautus disperdit, & infans
 Plus habuit, canus quàm modò, iudicii.
Elysiis nihil est nisi pridem quod fuit agris,
 Nilque vehit, nisi quod vexerat ante, Charon:
Decipitur, passimque dolo se pauperat orbis,
 In Styge mox hominum fraude futurus iners.
Nunc quoque Belgardo diues sibi visus in vno;
 Mille aliis, quos vi tolleret ille, caret.

Ad Corinnam.

Ergo quære alium Corinna vatem,
Qui se, Monerii instar, vsque, & vsque
Vecors excruciet, sequendo, amando,
Quantùm qui pote perditè est amare.
Non, si Vindocini lyram poëtæ,
Aut mollis Baysi, aut petas Secundi;
Vt tollas animum ampliore vate,
Viceris tamen impotentiore.
Ecquis sidere sic amet sinistro
Siccum vt sustineat fouere marmor?
Quis se vltrò miserè vstulet Corinna?

Quis

Digitized by Google

Quis ſic ſeque, ſuumque iactet vnquam,
Vt tractet ſilicem inſciam moueri?
Cui, poſtquam omnia fecerit miſellus,
Eluſi pretium laboris hoc ſit:
Cani: tædia, lachrymæ, dolores,
Curarumque ſeges, ſenecta præcox,
Nox peiorque die, dieſque nocte.
Spero tempora molliant rigorem,
Intempeſta animique pœnitudo,
Quem mutes, niſi non queas, Corinna:
At nos intereà feremus iras,
Dum monſtret mihi Spes benigna terram.

De Vienna fluuii repentino incremento. Im. Ronſardi.

Quòd rupto latè patrium furit aggere flumen,
Non facit è grauidis vnda refuſa cauis,
Nec Solis radiis tumidum decurrit in amnem
Eructans celſis nix liquefacta iugis:
Oceanumque ſuo Neptunus littore ſiſtit,
Æolus audaces nec ſinit eſſe Notos:
Hi fluuios oculi fecere tumeſcere flendo,
Vnde ita maiori ſe tulit vnda vado.
Hoc mihi tu fugiens mouiſti, Diua, fluentũ;
Diua, meis nunquam ſat ſatiata malis:
Vt iam ſit mirum, cur non iecur intus inanes
Deſinat in ventos, inque fluenta oculi.

In amorem, ex Græco Anacr.

Res eſt herculè dura non amare;
Sed res durior herculè eſt amare;
Res duriſſima, amare, nec potiri.
Frigeſcunt in amore auita ſigna,
Compoſitique patrum [illegible] triumphi:
Hinc morum cadit artiumque cultus,
Et quæ cætera grata erant labaſcunt:
Durat ſola fames perennis auri.
Dii perdant malè te ſceleſt[illegible]

[illegible]

Amandi via prima fluxit auri.
Illinc fœdera concidunt parentum,
Fraternisque animis refriget ardor:
Quorum bella loco cruenta subsunt,
Quæque ipsas inimicat ira mentes:
Hinc, quod deniq; maximum malorum est,
Incumbit capiti atra mors caduco.

In Imaginem And. Tiraquelli.

Triginta ingenio libros, tot corpore natos
Edidit hic, cuius conspicis ora, senex.
Omnia potor aquæ: Nunc dic potoribus istis
Nil gigni, quamquàm est hæc rata fama, boni.

Cal Ian. natal. P. Massei Aduoc. Thol.

Saluete æterùm Latiæ saluete Calendæ;
Noctiuagæ finis principiumque Deæ:
Sacra dies Iano qnondam, nunc sacra Philippo,
Nec minor ore viri quàm prius æde Dei.
Quin lucem hanc mediâ in brumâ sic Phœbus inurans,
Hanc satis ostendit numen habere duplex.

Anagr. Solomonis Malardi Tholoz. Solus amor damno.

Solus amor damno? quod damnũ? aut vnde: quis augur?
Nec Venus est tanti, nec Veneris puer est.
Tute hæc damna facis, gestas qui Cyprida vultu,
Quam contra Musas, immemor, intus alis.
Alterutrum hostem hosti, Malarde aut exime vtrumque:
Scis Veneri Musæ prælia quanta gerant:
Nunc maiora gerent: quoniam certatur vtrinque,
Reddere te cœlo gloria detur vtri.

Anacreontis.

Vis ad pauperiem viam expeditam?
Vastos construito ædium labores:
Seruorumque greges domi foueto:
Hæc ad pauperiem via expedita est.

In Charinum.

Præstas omnia de tuo, Charine,

Nec

Nec quicquam petis, vt fit, exterorum,
Nulla mutua, commodata nulla,
Es felix adeo & beatus vnus.
Vnum de omnibus eximo, Charine,
Cum rides aliena labra sumis.

Tumulo Io. Proheti, adolescentis clariss. qui Lutetiæ obiit an. 1568.

Heu tumulo, Prohete, iaces! quem fata petenti
Ostensum patriæ mox rapuere tuæ:
Nos damus in cinerem mœsti pia iusta supremum,
Terque vocata tuis Manibus aura gemit:
Cæterà si quicquam desit telluris honori,
Quamminimùm tellus est habitura tui.

In priuignum collapsâ nouercæ statuâ obtritum, ex Græco Callimachi.

Serta puer spargit tumulo postrema nouercæ,
Et vitam atque animum fisus abisse trucem.
Illa ruit, puerumque necat prolapsa: nouercam
Sit, priuigne, timor tangere, & exanimem.

Ad Egolonem fontem, ne Corinnæ intuenti suam faciem reddat, cuius confidentia peius sanitat.

Dedecus Egolon freti,
Fons Helicone purior,
Qui mediam perennibus
Lemonicam rigas aquis:
Sic laniæ minus tuas
Sordidulent aquas manus.
Sic ferat Idibus nouis
Annua festa vinitor.
Cùm faciem suam precor,
In placidis aquis meæ
Restitues Corinnulæ:
Vt capitis sui crocos,
Textaque crinium tegas,
Lubricaque ora conspici,

Et qui-

Digitized by Google

Et quibus efferor miser
Imperioſa lumina:
Ne fera ſæuiat magis,
Moreque peius abnuat.

In imaginem D. Eraſmi Roterod.

Quid facit eloquii princeps in imagine Eraſmus?
Perſuaſit mundo cuncta, Deiſque: ſilet.

In amorem ſuum Echo.

M. Nympharum & Satyrûm tribulis, Echo,
Reddens omnia, quo rogaris, ore;
Audienda palam, videnda nunquam:
Vinceturne meo Corinna amore?
E. More. M. Ergo hac cruce finienda vita eſt.
E. Ita eſt. M. Sic furit? E. Vrit, M. At negantem
Mens non vlla ſequi aut amare reſtat.
E. Stat. M. Sed fortè minus remota tanget.
E. Anget. M. Sicne amor impotens? E. Potens. M. Quid
Si longum quis iter pererret? E. Erret.
M. At fors blandiculè rogans ſequenſque
Senſim ac ſæpius edomem vocando.
E. Quando? M. Si ſimulabo fortè laudes.
E. Audes? M. Si ſimulabo fortè fletum.
E. Lethum. M. perfugii quid ergo amori?
E. Mori. M. Terminus vnus hic malorum?
E. Horum. M. Nox modò ſera ſurget. E. Vrget.
M. Vale tu Dea, nos abimus. E. Imus.

In Io. Salluſtium, Tholoz. adoleſc. præſtantiſſ.

Hactenus eſſe vnum Phœbum mihi ſuaſerat error;
Pimplæis Muſas qui ſociaſſet aquis:
Ecce alium rurſus Phœbum; niſi Phœbus hic idem eſt,
Aut fratres animi compoſuere pares.
Si ferat ille togam, vel ſi Salluſtius arcum;
Non poſſis Helicon dicere, vter tuus eſt.

Tumulo B. Villemuria, fœminæ nobil.

Si quid beatum hic eſſe Cœlites [illegible]

Sperare

Sperare si quid esset hic licitum diu,
Istud beatum, istud diu forent mihi;
Nec caussa flere sit tibi, aut gemi mihi.
Verùm ille sortis miserans meæ Deus,
Nec passus ire insontem in liuidas manus
Prolis propinquæ, &, proh dolor, socii thori,
Isto trophæum mentis edidit loco:
Dein corpus hercilcens ab hac, humo dedit.

Cato Vticensis bello Pharsalico.

Si Respublica vicerit,
Vnà vicerit & Cato:
Sin vincet Socer, occidit:
Sin vincet Gener, exulat.

De amore suo.

Hoc si Romani superessent tempore cultus,
  Et possem intonsi sacra videre Numæ,
Et patrium Tuscus dictaret numen haruspex,
  Virgoque Pontifici staret in arce comes:
Non ego (da veniam, gentis cum patre, Feretri)
  Sacra darem vestrâ flamen in æde sacer.
Nec tua, Iane, nouis lustrarem templa Calendis,
  Nec curem Herculeis thura adolere focis.
Crinales nolim Iunonis tangere vittas,
  Virgineamque negem Palladis ire domum.
Vna meos nossent Vestæ sacraria cultus,
  Templorum solo cui stat in igne labor.
Quippe ego pro lychnis, æterna incendia ferrem,
  Nec foret extinctæ pœna timenda facis:
Sique parum tantis Diuæ foret ignibus olim,
  Esse meum totâ sit satis æde iecur:
Nulla adeò misero requies datur vlceris intus,
  Vt iam ignis tulerit, ni foret ignis idem.

Ad Hirundinem Imit. Anacr.

Quo te supplicio petam, volucris
Garrulissima garrulissimarum?

Digitized by Google

Quæ noctes mihi reddis inquietas,
Trinsando, & sine fine garriendo?
Alas, an potius secabo linguam,
Ternus quam tibi deputauit olim?
Quá rumpis mihi grata somniorum,
Et me deliciis rapis proterua,
Confictis licet, attamen beatis:
Sic mihi meus est suauis error,
Sic falsæ simulacra noctis vrunt,
Sic in te volupè est, Corinna, falli,
Cumque Ixione somniare nubes.

In Lausum.

Tradens calcographo excudenda poemata Lausus,
Hinc pretia & famam, dixit, opima feres.
Vtque typos vidit, nisi cum mercede, negantem,
Et Græcâ tantùm cedere præla fide:
Si bona sunt, inquit, numeroso emptore reuendes:
Sin minus, in risum prodigus emptor erit.

Tumulo Funduli morionis.

Qui risum tibi mouerat theatro;
Nunc fletum mouet, hospes, in sepulchro.
Nec fictum tamen, vt solebat illum
Taceret, loqueretur, excitare.
Qui, si vultibus inderet farinam,
Tam bellè omnia finxit, vt Glyconem
Aut eludere Roscium putaris,
Et, ni fingere fama sit, negaris:
Sed nec tam bene viuus egit vnquam,
Quàm bellè modò mortuus recumbit.

In amorem, ex græco Antimachi.

Hunc, si non sitis & fames, furorem
Tolet postera quæ sequetur ætas:
Sin horum pote nil domare, restis.

In Bart. Forganum, de iure respond.

Quàm bene Parnasso duplex fecere cacumē,

Quàm

Digitized by Google

Quàm bene multiplicem collibus esse situm!
Non loca quòd Musis opus hæc tam lata putarent,
Tam paucis lucus queis satis vnus erat.
Credibile est illos sobolem vidisse Dearum,
Quæque olim in Musas esset itura cohors:
Indulsere loco: si quid satis auguror, hoc est:
Auguror? imò mihi conscia scire fides.
Musa nihil quondam fuerat nisi carmen, Amorque;
Quæ prope temporibus consenuere suis:
Cruda senecta quidem, tamen istis laudibus impar
Ciuilis statuit quas modò Musa sibi.
Quæ si olim nascens produxit Papinianos,
Quid, Forgane, in te quando adoleuit aget?

Tumulo C. Monsalezii qui immortali suorum victoriâ occubuit.

Gallia me, ridet: me, flet moriente, superstes:
Hac seruata manu, me viduata Duce.
Amissamque meo iurat pro sanguine palmã,
Hostibus agnoscit libera rursus eam.

De sua & Amoris pugna, imit. Anacr.

In pugnam Cyprius puer vocabat:
Vt vidi tenerum hinc & inde ferri,
Infirmum pede, inutilemque ocellis;
Procinctus chlamyde inferor duello:
Extemplò arcubus euolare telum
Rectà in corda, sequi alterum subinde:
Donec quæ pharetris erant prehendens
Torsit tela manu repentè cuncta:
Nec cordi tamen vlcus hæsit vllum,
Quod thorax bene muniens tegebat.
Ille, vt vidit inermibus pharetris
Nec telum superesse quod vibraret.
Mutans se iaculo efferatus, in me
Semet inseruit: repentè victus
Exarmor, quid enim iuuaret esse

Incu-

Inuictum cute, vbi sit hostis intus?

In Paullam.

Emiserata graui vitiatam ventre sororem
Paulla, manus tollens cum manibusque oculos:
O scelus! ò inquit, nunquam delenda libido!
Quam non immensi fons lauet Oceani.
Nulla magis fuit inter tot mihi pura sorores,
Strictius at mecum quam sociasset amor.
Atque vtinam, aut facinus nunquam tentauerit auctor:
Aut, hac incolumi, sola ego læsa forem.

In Q. ad immensas opes Ecclesiæ euectum ex laniena.

Sors præbenda tibi & decimarum tradit aceruos,
Quot primis quondam vix, puto, Flaminibus:
Nec quisquam sacrâ reditu locupletior æde est,
Quemue mitræ & litui spes alat vberior.
Nimirum haud noua res, cuius pater exta coquebat;
Cui mactabat auus; post fore Pontificem.

Mendacii merces.

Et rerum numerum & tacere nomen.
Sunt qui se cruce muniant salubri.
Sed quid, Zoile, fascinationes
Et venena tui repellet oris?
Spes est in cruce, si tuam viderem.

ELEGIÆ.

Ad Amorem. Eleg. I.

NOndum nostra nuces odit, Deus aliger, ætas:
En mihi buxus adhuc primula cura manu.
Angustæque libet collo deludier orcæ,
Æreaque occluso lumine musca placet.
Quid puer ingratæ per prœlia ducor arenæ?
Inque ignota rudis classica miles agor?
Mitte puer, puerum puerili crescere ludo,
Hosque suis annos lusibus ire sine.
Te quoque ferre iocos memini, nec tendere semper
Lurida prociduo cornua suesse genu.
Cùm fueras (neque enim toties memorabimus actum)
Mellibus & tectis insidiatus apum:
Et te lustra sequens quærebat deuia mater,
Quò meus, inclamans, quò meus iuit Amor?
Donec prætumido monstrares anxius vngue,
Quantum parua queat figere vulnus apis.
Hoc tamen vlcus erat facili medicabile cura,

Quas

Quas facis, heu, plagas non medicamen habent.
a satis cuiuis medicorum dextera morbo est,
Artificem solus vulneris odit amor.
nocuo saltem veniam concede pudori:
Palma rebellantes vincere maior erit.
uòd si cruda mihi viridisque puertia duret
Vt tibi seruili non querar ire iugo.
fugiet (qui mos annorum pronus eundi est)
mmatura, cito vere sequente gradu.
ibus illa magis quadrabit lusibus ætas,
Cùm mea respondens vota sequetur amor.
n tua iura sequar, qualis sua colla repandit
am iam cæsuro victima Pontifici.
que iocis (nisi vera negem) non conuenit istis
Qui rubet in tenero plurimus ore pudor.
er, atque aliò tua dulcia toxica defer:
Mi nec amare libet, mi nec amare licet.

Ad Corinnam. Eleg. 2.

ticui verum: falsò mihi dicta Corinna es;
oc cultæ dominæ nomen & omen erat.
schola Nasonis, nihil ars tibi fecit amorum;
ec quicquam hoc iuuit discere amare duce.
t in ingratum vates sua semina marmor;
octori periit discipulæque labor.
le non peccas: verùm hæc ex corde fatiscit;
urum & molle nimis sunt tibi iuncta propè.
quantùm ardemus miseri tantùm odimus illud:
inc odium cordis; indolis inde amor est.
r eram si cor modò sit, quia serus amarem:
dolis & victor, si cor abesset, eram.
o meo coiere malo, coiere pudori:
que caput fœdus composuere meum.
um ego sum læsus saxo, tua lumina saxum;
tratique patris facta Corinna loco.
ula concepta est; velut isto cæderer ictu,

Vindice fraudator sic Ioue pacis eat.
O inimica fides fidei,pax inuida paci!
O aduersa meis fœdera fœderibus!
Iurata es me odisse,& ego iuratus amare,
Et quod iuratum est,durat vtrinque tenax.
Tu sic odisti,nunquam vt succurrat amare;
Inque odio voti sit tibi fixus apex:
Sic ego rursus amo,vt quantum me educere coner,
Me tantùm in pessum dent mea fata retrò.
Nec tamen id conor,quia sic placet esse misellum,
Iamque vsu fecit me mea cura suum:
Et spes intus alit,quò non spes credula tendis?
Mutari vnà annis posse,Corinna, animos.
Hippomenes fuluis vicit Schœneida pomis,
Iuratæ soluens vincla pudicitiæ.
Sæpiùs in templo Venerem obtestata sacerdos
Præbuit accensas Sesta puella faces.
Tu quoque,ni falsis meditamur somnia votis,
Olim promisso abs fœdere dissilies.
Et formosa potes: dat Iuppiter omnia formæ,
Et periuratum ridet amore caput.
Interea expecto,numerans carbone notatos,
Candida dum melior det mihi signa dies.

Cal. Maiis, G. Lodinello I.C. cùm iam septuagenarius decumberet. Eleg. 3.

Veste nouâ pingit latè sata dædalus annus,
Et damni infecti abs mense Decembre cauet.
Alternâ sic cuncta vice emerguntque,caduntque,
Nec semper messis nec,Lodinelle,focus.
Solus homo est (anni cuius reparantur in vsum)
Indocilis,senuit cùm semel,esse puer.
Ne tamen hic,cui cuncta virent,non ipse virescat;
Quandocunque suo ver habet arbitrio.
Nempe virens semper,quantumuis membra fatiscant,
Si ver de ingenii luce sibi-met agat,

Hoc

Hoc plus vere viret, quàm bruma inimica retardat,
Hoc plus ver renitet quàm mala torpet hyems.
Huic Maio, huic veri non dictat iura December,
Nec dat solstitii cernere Libra situm.
Colligit hinc flores quos non malus excutit Auster,
Nec vis Autumni languida pomiferi.
At bona pars fluxo insanit sollennia Maio,
Nec nisi in alterno gaudia vere capit.
Tu melius qui ver animo immortale parasti,
In medio carpens veris opima gelu.
Quicquid hyems artus retinet, nisi in artubus hæret,
Nec partem affigit, quæ viret intus, humo.

Ad Ian. Belbrulium, Pictauium iuris studio proficiscentem. Eleg. 4.

Quis Deus ingeniis hominum tot repperit artes?
Et tam multa animis concipienda dedit?
ur non quemque suo diuinitus imbuit ortu?
Absoluitque suum quod facile esset, opus.
t non angustis conscriptum finibus æuum,
Consumi his curis fata necesse darent?
on modò te Clanus sublatum ad ciuica iura
Belbruli, nostris tolleret ex oculis:
ec tibi me ereptum populosa Lutetia sacris
Semotâ studiis cogeret ire viâ.
ratus vterque labor: nisi gratum soluat amorem,
Si tamen hic solui lubricus esset amor:
pediat certè officiis communibus ambos,
In quibus est certi fixus amoris apex.
l adeò tantum est, quod non aut fata reuellant,
Aut fructu minuant vberiore sui
s quoties vidère Oriens atque Hesperus vnà?
Quoque loco ille duos liquerat, hic reperit?
nc ea vita vale, vale omnis prima voluptas:
Nunc fortuna vale, deliciumque vale.
a veni, luctusque veni, ærumnæque sequaces,

Mens austera veni, sollicitudo veni.
Spes tamen in labro est post omnia, sola superstes,
Prodiga tantillùm dum stat in ore animæ;
Vt, si nostra sui casus rata vota sequentur:
Antiqua nobis restituare fide.
Nec, si ciuili referes virtute triumphum,
Et iuris tanto cum patre signa feres;
Idcirco primos spernas Heliconis amores,
Sordescantve tibi quæ placuére prius.
Forsitan & legum studiis aliquando remittens,
Assuetæ repetas plectra iocosa lyræ:
Iuribus & Musas, & Musis iura maritans,
Ciuili Phœbum pace Theminque regas.
Dignus vterque Deus Iano Phœbusque Themisque,
Nec tanto ingenio sit satis alteruter.
Quicquid agēt Phœbus Themidi, Themis ęmula Phœbo,
His quod dent deerit, non tibi quod capias.

Ad Corinnam Eleg. 5.

Hanc frontem aspexi, hæc mea lux sub sidere tali,
Lumina sidereis æmula luminibus:
Vt super vna mihi fuerit tantùm illa voluptas
Ad veteres cantu me satiare modos:
Huc ades, ô Galatea: die hæc noctuque susurrem,
His lucem, his tenebras ordiar auspiciis.
Iam didicere, *Ades huc Galatea*, hæc saxa sonare,
Nec nemus hoc aliis ingemit alitibus:
Spero vt & hæ doceant alias ita plangere secum,
Atque tuam exprobrent ferrea, duritiem.
Quò mihi, libertas, paruo olim vendita restas?
Libertas absens iam nimis alma diu.
Te quibus heu votis! quibus hanc voco perditus horam,
Cœpisti primùm quâ malè nota rapi!
His miserum expositura malis, quibus vltimus hæret,
Atque hæret nimium iam piger ire, dies.
Si numerem, nostræ numerant quæ tempora turbæ,

Con-

nstantum constans præmia prima feram.
tuor hic messes strauit calor, ipsa superque
ter inerrauit Solis opaca soror.
hrymas censere libet. si vota, precesque,
ribus haud cuiquam murmurat atra Deo.
t adhuc nullâ tamen hic furor arte domandus,
a nec hinc superest posse valere fides:
n erit vt mortes omnes mors vna resoluat,
teriusque omnes vnicus interitus.

In Lycen vetulam. Eleg. 6.

o veneficio irritatum Numen anili
puisse Ætnæis ocia prima fabris:
imam illuuiem vacuos sparsisse per agros,
de natasse orbem fama sequuta probat.
dum de cœlo nutauerat Apenninus,
perat aut Carum fax violenta apices:
dum sacrificas cognorant lustra secures,
nserat aut puram triste bidental aquam.
it prima Deos Hecale: quam fama sequuta est
rtilegam viuo Deucalionis auo.
rat hanc tellus, vt honor decederet aruis,
pluerer visâ protinus aer anu.
ainis instar erat si gressum efferret ad ignem
pelago, vt validis acta procella Notis.
s amor, magicis exercita Luna susurris,
quæ multa mali semina Pontus habet:
enæ, numeri, nodi, vittæque, molæque,
t compellendi virus amoris lynx,
uæ sæpe malis sunt lecta aconita nouercis,
rabidæ mixtum cantibus inguen equæ.
per hæc facies, vetulæque hæc frontis imago.
visam memorent sæcula nulla parem.
oculis, cute Maura, resecto Lyda capillo;
fasus olens, naso tetrior oris odor:
ciente caput scapulas ceruice grauabat,

Pendebat furuas mamma imitata pices.
Plantaque contortos obliquans prodiga gressus;
Crus paruum, rimis talus vtrinque rigens:
Sæcula transuersum rugis duo corpus arabant,
Cornici vetulam compositura parem,
Ni Deus hac mundum impatiens sordescere labe,
Sacrilegam pluuiis intumulasset anum.
Pugnatum imbre diu est, vt quà modò pastor abibat,
Senserit euectas ardua pinna rates.
Stat memor Iris adhuc nimbis arcuque minaci,
Saluaque ab incolumi Deucalione cohors,
Non tamen huius adhuc sunt sarta piacula noxæ,
Vsque adeo fœdæ durat abortus anus.
Hinc scelerum fœcunda seges, periuraque origo,
Hinc adimunt somnos cura metusque leues:
Inuitique nitent Soles, hinc quod priùs æui
Ver fuit, extremi est clausula nunc senii.
Credo Lyce, manes Hecales de clade, supersit:
Aut hæc ipsa Hecale est, aut fuit illa Lyce.
Hûc Elegi mecum, vt pestem eruncemus ab orbe,
Huc furor Archilochi, huc syllaba iuncta decem.
Quò tu dira malum illuuies? quò saga futuri
Pestis? coruorum & præda relicta lupum?
Conscia sacrilegum, & prostrati lena pudoris?
Quamque triceps genuit, non aconita, canis?
Nocturnique sciens Lemurum terroris haruspex?
Quâ non Eumenidum notior vlla choro est?
Vah, malè sit pesti: peluim puer adfer & vndam:
Ilia, ni properas, interiora vomam.

In Amorem. Eleg. 7.

Te prope quisquis amas, sequitur mors certa, nec vllum
Certius est homini, quàm si amet, exitium.
Sic Deus, imò puer: sic non puer, imò tyrannus:
Humanis nescit mitior esse malis.
Sed virus miseris, & Thessala philtra propinans,

laci circùm pocula melle linit.
am oculos (oculis prima est vidisse ruina)
struit, hacque subit saucia corda viâ.
mansque iecur, gemino suspiria riuo
llat, & hoc iuges igne fouet lachrymas.
variis ludit, quæ Circe est fabula, formis,
ec finit humanis sensibus esse locum.
er est, quia sede caret: quia sensibus, infans.
uà libet instabiles lubricus ire vias.
æcus; cæco comites quia deiicit antro,
æcipitesque adigit perfidus in scopulos.
uer, & facili penetrat præcordia lapsu:
st Deus, hoc cœlum iure hominesque tenet.
ilibusque manus geminis armatur, vt aurum
pem ferat, & certam plumbea tela necem.
tarique nefas: semel insaniuit amando;
ut mala præda senex, aut bona præda puer.
fuit Alcidi robur, nil robur Achilli
ut quos hoc vetuit nomine Musa mori:
otuére manu terrarum obsistere moli,
œmineæ formæ non potuêre animo.
d sapiens? & amat, tantum est in amore veneni;
t quem non possunt sidera, forma domat.
met patrui, quorum mera verbera lingua est,
i quod commissum est crimen amore, tacent.
in amore valent Zenonis verba magistri,
ocratis aut monitus, Pythagoræue modi.
æque docent nubes discunt in amore Lyæca,
t Stois Virtus anxia porticibus.
u! quid speret amans, cùm sint ea iura tyranni;
Subdita qui possit perdere, quique velit?

Ad Cupidinem. Eleg. 8.

altem somno fessum ne obtunde, Cupido:
Atque leonino parce sodalitio.
posta imperio prostant tibi lucis habenæ,

Pendebat furuas mamma imitata pices.
Plantaque contortos obliquans prodiga gressus;
Crus paruum, rimis talus vtrinque rigens:
Sæcula transuersum rugis duo corpus arabant,
Cornici vetulam compositura parem,
Ni Deus hac mundum impatiens sordescere labe,
Sacrilegam pluuiis intumulasset anum.
Pugnatum imbre diu est, vt quà modò pastor abibat,
Senserit euectas ardua pinna rates.
Stat memor Iris adhuc nimbis arcuque minaci,
Saluaque ab incolumi Deucalione cohors,
Non tamen huius adhuc sunt sarta piacula noxæ,
Vsque adeo fœdæ durat abortus anus.
Hinc scelerum fœcunda seges, periuraque origo,
Hinc adimunt somnos cura metusque leues:
Inuitique nitent Soles, hinc quod priùs æui
Ver fuit, extremi est clausula nunc senii.
Credo Lyce, manes Hecales de clade, supersit:
Aut hæc ipsa Hecale est, aut fuit illa Lyce.
Hûc Elegi mecum, vt pestem eruncemus ab orbe,
Huc furor Archilochi, huc syllaba iuncta decem.
Quò tu dira malum illuuies? quò saga futuri
Pestis? coruorum & præda relicta lupum?
Conscia sacrilegum, & prostrati lena pudoris?
Quamque triceps genuit, non aconita, canis?
Nocturnique sciens Lemurum terroris haruspex?
Quâ non Eumenidum notior vlla choro est?
Vah, malè sit pesti: peluim puer adfer & vndam:
Ilia, ni properas, interiora vomam.

In Amorem. Eleg. 7.

Te prope quisquis amas, sequitur mors certa, nec vllum
Certius est homini, quàm si amet, exitium.
Sic Deus, imò puer: sic non puer, imò tyrannus:
Humanis nescit mitior esse malis.
Sed virus miseris, & Thessala philtra propinans,

Fallaci

Fallaci circùm pocula melle linit.
Primùm oculos (oculis prima est vidisse ruina)
Obstruit, hacque subit saucia corda viâ.
Inflammansque iecur, gemino suspiria riuo
Stillat, & hoc iuges igne fouet lachrymas.
Mox variis ludit, quæ Circe est fabula, formis,
Nec sinit humanis sensibus esse locum.
Aliger est, quia sede caret: quia sensibus, infans.
Quà libet instabiles lubricus ire vias.
Est cæcus; cæco comites quia deiicit antro,
Præcipitesque adigit perfidus in scopulos.
Est puer, & facili penetrat præcordia lapsu:
Est Deus, hoc cœlum iure hominesque tenet.
Missilibusque manus geminis armatur, vt aurum
Spem ferat, & certam plumbea tela necem.
Luctarique nefas, semel insaniuit amando;
Aut mala præda senex, aut bona præda puer.
Nil fuit Alcidi robur, nil robur Achilli
Aut quos hoc vetuit nomine Musa mori:
Hi potuére manu terrarum obsistere moli,
Fœmineæ formæ non potuêre animo.
Quid sapiens? & amat, tantum est in amore veneni:
Et quem non possunt sidera, forma domat.
Ipsi-met patrui, quorum mera verbera lingua est,
Si quod commissum est crimen amore, tacent.
Nil in amore valent Zenonis verba magistri,
Socratis aut monitus, Pythagoræue modi.
Quæque docent nubes discunt in amore Lyæca,
Et Stois Virtus anxia porticibus.
Heu! quid speret amans, cùm sint ea iura tyranni;
Subdita qui possit perdere, quique velit?

Ad Cupidinem. Eleg. 8.

At saltem somno fessum ne obtunde, Cupido:
Atque leonino parce sodalitio.
Suppostæ imperio prostant tibi lucis habenæ,

Pars ſpecioſa magis, pars magis apta Deo:
Altera pars tenebræ, lachrymis exercita noſtris,
Tam nihil apta tibi, quàm miſero apta mihi.
Crudelis tamen & noſtrum ingenioſus in ignem,
Non ſinis vt lucis vulnera, nocte leuem.
Dure Deus, niſi fama Deum mentitur, & ipſo
Territa, te verbi captat honore, malo.
Si Deus, vnde Deo? ſi infans, vnde ira puello?
Si Venere extumidus matre, quid eius habes?
Tota in melle parens. totus ſtat fellibus infans?
Viuere dat mater blanda, perire puer?
Chaoniis naſci quis credat monſtra columbis?
Et grauidam Mauri quis putet anguis ouem?
Aut matrem, factis imprudens detegis viſam;
Aut Venerem infamas, ſi fuit illa parens.
Arguit ingenuos pullus generoſior ortus;
Monſtratque Eleæ ſemina matris equus.
Hinc te Caucaſeâ genitum de rupe fateris,
Nil rupe & ſcopulis aſperitate minor.
Quin (ſi vera placent) vicit te, Caucaſe, partus:
Artifice ex duro durius exit opus.
Nam nec perpetuo vexas comedone Prometheum:
Sed quod luce perit, nox rediuiua refert.
At tuus hic natus, quem fecerat eſſe Prometheum
Luce, reclinato Ixiona Sole facit.

In ſui temporis miſerias, ex bellis ciuilibus.

Eleg. 9.

Altera iam noſtri numeratur Olympias æui,
Gallica cùm læuâ res agitatur aue.
Atraque ciuiles miſcent incendia Diræ,
Hoſti hoſtis doleat quæ violentus agi.
Quæ ſi Sarmaticæ memoraret nuncius oræ,
Quà fremit Euxinâ Ponticus Iſter aquâ,
Aut quà Nigritas Eurus diuerberat Indos,
Aut quà naſcentem gens videt Afra Notum,

Vix

Vix bene Barbaricæ tutus commiserit auri
Quæ conspecta forent non habitura fidem?
Non magis Antiphatis quàm si narrauerit iras,
Prandiaque humanis prodigiosa cibis.
Scilicet incultis tam dira piacula terris
Est audire recens, hic reperire vetus.
Insidias sobolem, soboli struxisse parentem,
Fraterno mersas sæpe cruore manus,
Et miseræ matrem pollutam sanguine natæ,
Atque nepotis auum contremuisse manu.
Quodque his triste magis quæ Diuum insignia cultu
Stabant; æquali templa redacta solo.
Ceu videt excusso commotas fulmine quercus
Pastor, & eiectum contremuisse nemus:
Aut validis euulsa casæ tabulata procellis,
Tota quibus circùm motibus arua tremunt;
Stant pecudes stabulo exclusæ, matrisque tremiscit
Paruula contractis agna sub vberibus,
Et cœlum patulâ suspectans bucula nare,
Tristia prostratæ damna remugit haræ:
Gallia sic gemuit, nisi Gallia nomē inane est,
Et si fas Francum viuere nomen adhuc:
Gallia sic gemuit motu diuulsa suorum,
Sola cadauer agit, sola agit & tumulum.
Victrix victa iacet, facit ad sua busta triumphum:
Vnaque ridet ouans, vnaque ouata gemit:
Quò miseris tot vota cadunt, lachrymæque precesque?
Scribimus has ventis, scribimus illa mari.
O detestatæ nequicquam matribus iræ,
Et misero nomen militis agricolæ!
Credo malum inuitant qui detestantur: an vllum
Ex detestato crimine crimen abest?
Vno omnis Francum spes & res concidit ictu,
Atque vnum superest dicere, Francus eram.
Non tulit vlterius se dici Francia Francam:

Atque

Atque inuicta aliis Francia, victa sibi est.
Nimirum haud alii poterant succumbere dextræ;
Regna nec externas Gallica ferre manus:
Sed vel in exitium mundi sibi ponere finem,
Continuò aut pessum viribus ire suis.
Postera non credent euentus sæcula tales,
Nec falsi historiam suspicione ferent.
Non credent? vtinam: sed erunt vice damna magistri.
Ipsi-met nostræ pars bona sortis erunt.
Cùm cernent vastas passim latrare ruinas
Dura malæ gentis tempora, dura mali.
Cur vixistis, aui dicent, vitiosa propago?
Dedita flagitiis, perdita suppliciis?
Hospes (si quisquam fando nos nominat vsquam)
Sic tibi sit gentis ora quieta tuæ,
Saltem inter lachrymas fari ne tædeat vnum:
Delerunt Francos vis Iouis, atque sua.

Funeri Io. Belbrulii Lemou. causarum patroni, calamitosiss. tempore lue extincti. Eleg. 10.

Ergo mihi, priscis iurato abscedere Musis
Quantuncunque annis tædia longa tribus,
Dum tyro peterem Latii primordia iuris,
Forcatuli doctam iussa subire manum;
Plaga recens primos studiorum turbat Apriles?
Atque eiuratæ cogit in artis opem?
Conquerar an Musis? non Musæ hac clade nocentes.
An Stygio exprobrem tristia damna Ioui?
Nil ea probra iuuent: non si tot Numina tester
Falsa quot in charo tristis Oreste soror.
An lachrymer? sed quid lachrymæ nisi perditus humor?
An querar? at quid sit, spes nisi vana, queri?
Ah! restabat adhuc post tot mihi vulnera vulnus!
Restabat curis tot mihi cura super!
Nil fuit infaustâ vexarier alite Gallos,
Argiuo quantùm Troia sub hoste fuit?

Miſtaque ciuili vidiſſe incendia motu,
Funeribuſque grauem grandinis inſta- hum um ?
Ni dolor accedat veteri nouus ? & mala, quicquid
Hoſtili tutum eſt, auferat igne lues ?
Belbrulius iacet, heu! Superi prohibete furorem,
Lemouicæ quondam fama decuſque ſuæ:
Quæ fora, & attonitum ſtupuit dicente tribunal,
Flecteret aut mentes, vreret aut animos.
Quòd ſi ſic moueat Manes & Numina fando;
Non pius exangui mole tumeret ager:
Nec patriam ſquallor, fœdaque iniuriæ frontis,
Nec tegerent nigræ munus inane togæ:
Nec mihi iuratum frangas elegeia fœdus,
Et ſtudiis ſtarent vota petita meis:
Quodque decennali eſt exhauſtum Marte laborum
Eſſet non paruâ quàm modò, parte minus.
Vana loquor: non hæc mouerunt commoda Diuos,
Belbrulii fuerat queis mage corde ſalus.
Quippe vbi victa iacent pugnaci iura ſub enſe,
Martius & paſſim regnat in orbe furor;
Non terræ abductis facies eſt vlla colonis,
Nec referunt cultus diruta fana pios:
Quis te, quem cœlo domus atque æterna manebant
Sæcula, tam miſeri paſceret orbis amor?
Hoc lugere libet, non te, quem certius æuum
Diis habet, & retinet natus in orbe memor;
Quem ſi fata volent iuſtos pubeſcere in annos,
Exemplar patriæ frugis & artis erit.
Huic tu lumen abes: neque enim Deus eſſe pepercit,
Cùm ferret Latio ſe tibi iure parem.
Is nunc inferias patriæque tibique rependit,
Quos tegit æquali flebilis vrna rogo.
Ergo vale æternum, decus ò inſigne tuorum,
Quo patriæ haud licuit non moriente mori.
Nunc moritur, lapſaque nequit conſtare columnâ,

Aut

Vindice fraudator ſic Ioue pacis eat.
O inimica fides fidei, pax inuida paci!
O aduerſa meis fœdera fœderibus!
Iurata es me odiſſe, & ego iuratus amare,
Et quod iuratum eſt, durat vtrinque tenax.
Tu ſic odiſti, nunquam vt ſuccurrat amare;
Inque odio voti ſit tibi fixus apex:
Sic ego rurſus amo, vt quantum me educere coner,
Me tantùm in peſſum dent mea fata retrò.
Nec tamen id conor, quia ſic placet eſſe miſellum,
Iamque vſu fecit me mea cura ſuum:
Et ſpes intus alit, quò non, ſpes credula tendis?
Mutari vnà annis poſſe, Corinna, animos.
Hippomenes fuluis vicit Schœneida pomis,
Iuratæ ſoluens vincla pudicitiæ.
Sæpiùs in templo Venerem obteſtata ſacerdos
Præbuit accenſas Seſta puella faces.
Tu quoque, ni falſis meditamur ſomnia votis,
Olim promiſſo abs fœdere diſſilies.
Et formoſa potes: dat Iuppiter omnia formæ,
Et periuratum ridet amore caput.
Interea expecto, numerans carbone notatos,
Candida dum melior det mihi ſigna dies.

Cal. Maiis, G. Lodinello I. C. cùm iam ſeptuagenarius decumberet. Eleg. 3.

Veſte nouâ pingit latè ſata dædalus annus,
Et damni infecti abs menſe Decembre cauet.
Alternâ ſic cuncta vice emerguntque, caduntque,
Nec ſemper meſſis nec, Lodinelle, focus.
Solus homo eſt (anni cuius reparantur in vſum)
Indocilis, ſenuit cùm ſemel, eſſe puer.
Ne tamen hic, cui cuncta virent, non ipſe vireſcat;
Quandocunque ſuo ver habet arbitrio.
Nempe virens ſemper, quantumuis membra fatiſcant,
Si ver de ingenii luce ſibi-met agat,

Hoc

Hoc plus vere viret, quàm bruma inimica retardat,
Hoc plus ver renitet quàm mala torpet hyems.
Huic Maio, huic veri non dictat iura December,
Nec dat solstitii cernere Libra situm.
Colligit hinc flores quos non malus excutit Auster,
Nec vis Autumni languida pomiferi.
At bona pars fluxo insanit sollennia Maio,
Nec nisi in alterno gaudia vere capit.
Tu melius qui ver animo immortale parasti,
In medio carpens veris opima gelu.
Quicquid hyems artus retinet, nisi in artubus hæret,
Nec partem affigit, quæ viret intus, humo.

Ad Ian. Belbrulium, Pictauium iuris studio proficiscentem. Eleg. 4.

Quis Deus ingeniis hominum tot repperit artes?
Et tam multa animis concipienda dedit?
Cur non quemque suo diuinitus imbuit ortu?
Absoluitque suum quod facile esset, opus.
Vt non angustis conscriptum finibus æuum,
Consumi his curis fata necesse darent?
Non modò te Clanus sublatum ad ciuica iura
Belbruli, nostris tolleret ex oculis:
Nec tibi me ereptum populosa Lutetia sacris
Semotâ studiis cogeret ire viâ.
Gratus vterque labor: nisi gratum soluat amorem,
Si tamen hic solui lubricus esset amor:
Impediat certè officiis communibus ambos,
In quibus est certi fixus amoris apex.
Nil adeò tantum est, quod non aut fata reuellant,
Aut fructu minuant vberiore sui
Nos quoties vidêre Oriens atque Hesperus vnà?
Quoque loco ille duos liquerat, hic reperit?
Nunc ea vita vale, vale omnis prima voluptas:
Nunc fortuna vale, deliciumque vale.
Cura veni, luctusque veni, ærumnæque sequaces,

Mens austera veni, sollicitudo veni.
Spes tamen in labro est post omnia, sola superstes,
Prodiga tantillùm dum stat in ore animæ;
Vt, si nostra sui casus rata vota sequentur:
Antiqua nobis restituare fide.
Nec, si ciuili referes virtute triumphum,
Et iuris tanto cum patre signa feres;
Idcirco primos spernas Heliconis amores,
Sordescantve tibi quæ placuére prius.
Forsitan & legum studiis aliquando remittens,
Assuetæ repetas plectra iocosa lyræ:
Iuribus & Musas, & Musis iura maritans,
Ciuili Phœbum pace Theminque regas.
Dignus vterque Deus Iano Phœbusque Themisque,
Nec tanto ingenio sit satis alteruter.
Quicquid agēt Phœbus Themidi, Themis ęmula Phœbo,
His quod dent deerit non tibi quod capias.

Ad Corinnam Eleg. 5.

Hanc frontem aspexi, hæc mea lux sub sidere tali,
Lumina sidereis æmula luminibus:
Vt super vna mihi fuerit tantùm illa voluptas
Ad veteres cantu me satiare modos:
Huc ades, ô Galatea: die hæc noctuque susurrem,
His lucem, his tenebras ordiar auspiciis.
Iam didicere, *Ades huc Galatea*, hæc saxa sonare,
Nec nemus hoc aliis ingemit alitibus:
Spero vt & hæ doceant alias ita plangere secum,
Atque tuam exprobrent ferrea, duritiem.
Quò mihi, libertas, paruo olim vendita restas?
Libertas absens iam nimis alma diu.
Te quibus heu votis! quibus hanc voco perditus horam,
Cœpisti primùm quâ malè nota rapi!
His miserum expositura malis, quibus vltimus hæret,
Atque hæret nimium iam piger ire, dies.
Si numerem, nostræ numerant quæ tempora turbæ,

Con-

Constantum constans præmia prima feram.
Quattuor hic messes strauit calor, ipsa superque
Bis ter inerrauit Solis opaca soror.
Si lachrymas censere libet, si vota, precesque,
Pluribus haud cuiquam murmurat atra Deo.
Durat adhuc nullà tamen hic furor arte domandus,
Vlla nec hinc superest posse valere fides:
Saltem erit vt mortes omnes mors vna resoluat,
Interiusque omnes vnicus interitus.

In Lycen vetulam. Eleg. 6.

Credo veneficio irritatum Numen anili
Mouisse Ætnæis ocia prima fabris:
Et primam illuuiem vacuos sparsisse per agros,
Vnde natasse orbem fama sequuta probat.
Nondum de cœlo nutauerat Apenninus,
Ruperat aut Carum fax violenta apices:
Nec dum sacrificas cognorant lustra secures,
Senserat aut puram triste bidental aquam.
Mouit prima Deos Hecale: quam fama sequuta est
Sortilegam viuo Deucalionis auo.
Oderat hanc tellus, vt honor decederet aruis,
Et plueret visâ protinus aer anu.
Fulminis instar erat si gressum efferret ad ignem,
Si pelago, vt validis acta procella Notis.
Solus amor, magicis exercita Luna susurris,
Et quæ multa mali semina Pontus habet:
Verbenæ, numeri, nodi, vittæque, molæque,
Et compellendi virus amoris lynx,
Et quæ sæpe malis sunt lecta aconita nouercis,
Et rabidæ mixtum cantibus inguen equæ.
Insuper hæc facies, vetulæque hæc frontis imago.
Vt visam memorent sæcula nulla parem.
Afra oculis, cute Maura, resecto Lyda capillo;
Nasus olens, naso tetrior oris odor:
Deficiente caput scapulas ceruice grauabat,

Pendebat furuas mamma imitata pices.
Plantaque contortos obliquans prodiga gressus ;
Crus paruum, rimis talus vtrinque rigens :
Sæcula transuersum rugis duo corpus arabant,
Cornici vetulam compositura parem,
Ni Deus hac mundum impatiens sordescere labe,
Sacrilegam pluuiis intumulasset anum.
Pugnatum imbre diu est, vt quà modò pastor abibat,
Senserit euectas ardua pinna rates.
Stat memor Iris adhuc nimbis arcuque minaci,
Saluaque ab incolumi Deucalione cohors,
Non tamen huius adhuc sunt sarta piacula noxæ,
Vsque adeo fœdæ durat abortus anus.
Hinc scelerum fœcunda seges, periuraque origo,
Hinc adimunt somnos cura metusque leues:
Inuitique nitent Soles, hinc quod priùs æui
Ver fuit, extremi est clausula nunc senii.
Credo Lyce, manes Hecales de clade, supersit:
Aut hæc ipsa Hecale est, aut fuit illa Lyce.
Hûc Elegi mecum, vt pestem eruncemus ab orbe,
Huc furor Archilochi, huc syllaba iuncta decem.
Quò tu dira malum illuuies ? quò saga futuri
Pestis ? coruorum & præda relicta lupum ?
Conscia sacrilegum, & prostrati lena pudoris ?
Quamque triceps genuit, non aconita, canis ?
Nocturnique sciens Lemurum terroris haruspex ?
Quâ non Eumenidum notior vlla choro est ?
Vah, malè sit pesti: peluim puer adfer & vndam:
Ilia, ni properas, interiora vomam.

In Amorem. Eleg. 7.

Te prope quisquis amas, sequitur mors certa, nec vllum
Certius est homini, quàm si amet, exitium.
Sic Deus, imò puer: sic non puer, imò tyrannus:
Humanis nescit mitior esse malis.
Sed virus miseris, & Thessala philtra propinans,

Fallaci

Fallaci circùm pocula melle linit.
Primùm oculos (oculis prima est vidisse ruina)
Obstruit, hacque subit saucia corda viâ.
Inflammansque iecur, gemino suspiria riuo
Stillat, & hoc iuges igne fouet lachrymas.
Mox variis ludit, quæ Circe est fabula, formis,
Nec sinit humanis sensibus esse locum.
Aliger est, quia sede caret: quia sensibus, infans,
Quà libet instabiles lubricus ire vias.
Est cæcus; cæco comites quia deiicit antro,
Præcipitesque adigit perfidus in scopulos.
Est puer, & facili penetrat præcordia lapsu:
Est Deus, hoc cœlum iure hominesque tenet.
Missilibusque manus geminis armatur, vt aurum
Spem ferat, & certam plumbea tela necem.
Luctarique nefas; semel insaniuit amando;
Aut mala præda senex, aut bona præda puer.
Nil fuit Alcidi robur, nil robur Achilli
Aut quos hoc vetuit nomine Musa mori:
Hi potuére manu terrarum obsistere moli,
Fœmineæ formæ non potuêre animo.
Quid sapiens? & amat, tantum est in amore veneni;
Et quem non possunt sidera, forma domat.
Ipsi-met patrui, quorum mera verbera lingua est,
Si quod commissum est crimen amore, tacent.
Nil in amore valent Zenonis verba magistri,
Socratis aut monitus, Pythagoræue modi.
Quæque docent nubes discunt in amore Lyæca,
Et Stois Virtus anxia porticibus.
Heu! quid speret amans, cùm sint ea iura tyranni;
Subdita qui possit perdere, quique velit?

Ad Cupidinem. Eleg. 8.

At saltem somno fessum ne obtunde, Cupido:
Atque leonino parce sodalitio.
Suppositæ imperio prostant tibi lucis habenæ,

Pars ſpecioſa magis, pars magis apta Deo:
Altera pars tenebræ, lachrymis exercita noſtris,
Tam nihil apta tibi, quàm miſero apta mihi.
Crudelis tamen & noſtrum ingenioſus in ignem,
Non ſinis vt lucis vulnera, nocte leuem.
Dure Deus, niſi fama Deum mentitur, & ipſo
Territa, te verbi captat honore, malo.
Si Deus, vnde Deo? ſi infans, vnde ira puello?
Si Venere ex tumidus matre, quid eius habes?
Tota in melle parens, totus ſtat fellibus infans?
Viuere dat mater blanda, perire puer?
Chaoniis naſci quis credat monſtra columbis?
Et grauidam Mauri quis putet anguis ouem?
Aut matrem, factis imprudens detegis viſam;
Aut Venerem infamas, ſi fuit illa parens.
Arguit ingenuos pullus generoſior ortus;
Monſtratque Eleæ ſemina matris equus.
Hinc te Caucaſeâ genitum de rupe fateris,
Nil rupe & ſcopulis aſperitate minor.
Quin (ſi vera placent) vicit te, Caucaſe, partus:
Artifice ex duro durius exit opus.
Nam nec perpetuo vexas comedone Prometheum:
Sed quod luce perit, nox rediuiua refert.
At tuus hic natus, quem fecerat eſſe Prometheum
Luce, reclinato Ixiona Sole facit.

In ſui temporis miſerias, ex bellis ciuilibus.

Eleg. 9.

Altera iam noſtri numeratur Olympias æui,
Gallica cùm læuâ res agitatur aue.
Atraque ciuiles miſcent incendia Diræ,
Hoſti hoſtis doleat quæ violentus agi.
Quæ ſi Sarmaticæ memoraret nuncius oræ,
Quà fremit Euxinâ Ponticus Iſter aquâ,
Aut quà Nigritas Eurus diuerberat Indos,
Aut quà naſcentem gens videt Afra Notum,

Vix

Vix bene Barbaricæ tutus commiserit auri
   Quæ conspecta forent non habitura fidem.
Non magis Antiphatis quàm si narrauerit iras,
   Prandiaque humanis prodigiosa cibis.
Scilicet incultis tam dira piacula terris
   Est audire recens, hic reperire vetus.
Insidias sobolem, soboli struxisse parentem,
   Fraterno mersas sæpe cruore manus,
Et miseræ matrem pollutam sanguine natæ,
   Atque nepotis auum contremuisse manu.
Quodque his triste magis quæ Diuum insignia cultu
   Stabant; æquali templa redacta solo.
Ceu videt excusso commotas fulmine quercus
   Pastor, & eiectum contremuisse nemus:
Aut validis euulsa casæ tabulata procellis,
   Tota quibus circùm motibus arua tremunt;
Stant pecudes stabulo exclusæ, matrisque tremiscit
   Paruula contractis agna sub vberibus,
Et cœlum patulâ suspectans bucula nare,
   Tristia prostratæ damna remugit haræ:
Gallia sic gemuit, nisi Gallia nomē inane est,
   Et si fas Francum viuere nomen adhuc:
Gallia sic gemuit motu diuulsa suorum,
   Sola cadauer agit, sola agit & tumulum.
Victrix victa iacet, facit ad sua busta triumphum:
   Vnaque ridet ouans, vnaque ouata gemit:
Quò miseris tot vota cadunt, lachrymæque precesque?
   Scribimus has ventis, scribimus illa mari.
O detestatæ nequicquam matribus iræ,
   Et misero nomen militis agricolæ!
Credo malum inuitant qui detestantur: an vllum
   Ex detestato crimine crimen abest?
Vno omnis Francum spes & res concidit ictu,
   Atque vnum superest dicere, Francus eram.
Non tulit vlterius se dici Francia Francam:

Atque

Atque inuicta aliis Francia, victa sibi est.
Nimirum haud alii poterant succumbere dextræ;
Regna nec externas Gallica ferre manus:
Sed vel in exitium mundi sibi ponere finem,
Continuò aut pessum viribus ire suis.
Postera non credent euentus sæcula tales,
Nec falsi historiam suspicione ferent.
Non credent? vtinam: sed erunt vice damna magistri.
Ipsi-met nostræ pars bona sortis erunt.
Cùm cernent vastas passim latrare ruinas
Dura malæ gentis tempora, dura mali.
Cur vixistis, aui dicent, vitiosa propago?
Dedita flagitiis, perdita suppliciis?
Hospes (si quisquam fando nos nominat vsquam)
Sic tibi sit gentis ora quieta tuæ,
Saltem inter lachrymas fari ne tædeat vnum:
Delerunt Francos vis Iouis, atque sua.

Funeri Io. Belbrulii Lemou. causarum patroni, calamitosiss tempore lue extincti. Eleg. 10.

Ergo mihi, priscis iurato abscedere Musis
Quantuncunque annis tædia longa tribus,
Dum tyro peterem Latii primordia iuris,
Forcatuli doctam iussa subire manum;
Plaga recens primos studiorum turbat Apriles?
Atque eiuratæ cogit in artis opem?
Conquerar an Musis? non Musæ hac clade nocentes.
An Stygio exprobrem tristia damna Ioui?
Nil ea probra iuuent: non si tot Numina tester
Falsa quot in charo tristis Oreste soror.
An lachrymer? sed quid lachrymæ nisi perditus humor?
An querar? at quid sit, spes nisi vana, queri?
Ah! restabat adhuc post tot mihi vulnera vulnus!
Restabat curis tot mihi cura super!
Nil fuit infaustâ vexarier alite Gallos,
Argiuo quantùm Troia sub hoste fuit?

Mistaque

Mistaque ciuili vidisse incendia motu,
Funeribusque grauem grandinis insta' hum um?
Ni dolor accedat veteri nouus? & mala, quicquid
Hostili tutum est, auferat igne lues?
Belbrulius iacet, heu! Superi prohibete furorem,
Lemouicæ quondam fama decusque suæ:
Quæ fora, & attonitum stupuit dicente tribunal,
Flecteret aut mentes, vreret aut animos.
Quòd si sic moueat Manes & Numina fando;
Non pius exangui mole tumeret ager:
Nec patriam squallor, fœdæque iniuriæ frontis,
Nec tegerent nigræ munus inane togæ:
Nec mihi iuratum frangas elegeia fœdus,
Et studiis starent vota petita meis:
Quodque decennali est exhaustum Marte laborum
Esset non paruâ quàm modò, parte minus.
Vana loquor: non hæc mouerunt commoda Diuos,
Belbrulii fuerat queis mage corde salus.
Quippe vbi victa iacent pugnaci iura sub ense,
Martius & passim regnat in orbe furor;
Non terræ abductis facies est vlla colonis,
Nec referunt cultus diruta fana pios:
Quis te, quem cœlo domus atque æterna manebant
Sæcula, tam miseri pasceret orbis amor?
Hoc lugere libet, non te, quem certius æuum
Diis habet, & retinet natus in orbe memor;
Quem si fata volent iustos pubescere in annos,
Exemplar patriæ frugis & artis erit.
Huic tu lumen abes: neque enim Deus esse pepercit,
Cùm ferret Latio se tibi iure parem.
Is nunc inferias patriæque tibique rependit,
Quos tegit æquali flebilis vrna rogo.
Ergo vale æternum, decus ò insigne tuorum,
Quo patriæ haud licuit non moriente mori.
Nunc moritur, lapsaque nequit constare columnâ,

Aut

Aut ſolitum erepto viſere Sole diem.

Ad Zephyros. *Eleg.* II.

Ventorum celeres mitiſſima turba, Fauoni,
Numina grata ſolo, Numina grata ſalo:
Sic vos vere nouo cultis inuitet apricis,
Et ſolito pingat gramine Chloris humũ:
Sic terram incuruo cultor molitus aratro
Candentem veſtro nomine cædat ouem:
Hinc mea Lemmouicum ſuſpiria ferte ſub axem,
Pinguia quà latè culta Vienna ſecat:
Quo tam ſæpe mei cladem vidiſtis amoris,
Nec piguit noſtris condoluiſſe malis.
Ite citi: & quali Nympharum verbere crines
Spargitis, hoc Dominæ limen adite meæ.
Nec, ſi ſurdus erit pulſanti peſſulus auræ,
Sit grauis officio dura repulſa pio.
Neu' pigeat noſtræ monimenta agnoſcere curæ,
Hac quæ picta manu plurima poſtis habet.
Dicetis taciti, ne quid meus audiat ignis,
Quæ mala, quos luctus fert muliebris amor?
Speretis facilem ſi me non audiit? & ſi
Non mota eſt lachrymis, in prece pondus erit?
Quòd ſi pridem abſens animos emolliit annus,
Exulis & libeat iam meminiſſe ſui;
Indice me nutum cognoſcite: riſerit, & mox
Sternuet, euentus ſors habitura bonos.
Confeſtim niueo ſandyx inſederit ori,
Sydoniuſque genas pinget vtrinque rubor.
Ad veſtros ſoluet crinalia texta ſuſurros,
Perque humana dabit colla videre Deam.
Nec mora, Monerius quid agit? bellè omnia perfers
Dicite, dum finem iuſſeris eſſe malis.
Tectoſagâ quid agit, ſi dicet, in vrbe? quod omnes
Dicite, queis cæcus dat mala multa puer.
Et veteris curæ Alphenis ſolatia præfert,

Proque

Proque ſuâ, libeat quod tibi lege, colit.
Nauita ceu remo ſpumam aduerſantibus Auſtris
Verberat, hinc Boreâ percitus, inde Noto;
Iamque animi dubius ſcopulis dat vota Ceraunis,
Tyndaridas videat dum ſua ſigna duos:
Sic curis animum incertus diſtringitur, anceps
Ecquâ parte tuo ſydere tutus eat.
Interea cæco collectat ſidere funem,
Speque tuæ puppim per vada iactat opis.
Hoc, Zephyri, tantùm, ſi blanda videbitur, oro:
Sin, quod fata vetent, perget obeſſe rigor:
Edurate, dies animos forte altera vincet,
Neu' iactate meas impatienter opes.
Cunctandi vobis tenuis labor iſte futurus:
Adde quòd eſt merces ampla Corinna moræ.
Hoc memores, captate fugam dum viuitur: vt mox
Aut omni, aut nullâ parte beatus agam.

Ad Corinnam. Eleg. 12.

Ergo meis ſperare malis ſupereſſe leuamen
Sors inimica vetat? ſtatque ab amore mori?
Hæc erit heu miſero merces vixiſſe fidelem:
Mors hoſtimentum triſtis amoris erit.
Cor dederam quod dura ſuo conſumis in igne.
Et tibi proſtratæ fata refers animæ.
Quiſquis amas, de me tibi ſume exemplar amante;
Ni malè qui ſe odit, nomen amantis habet.
Ec-quod in orbe malum eſt, diri niſi partus Amoris;
Ec quæ ni Cypridis eſt ope pernicies?
Infauſtiſſima res, quamuis potiaris, amare eſt;
Vt taceam ingratus ſi malè cedit amor.
Si malè cedit amor? quaſi amor bene cedere poſſit,
Humani nec ſit crux ea cura animi.
Aut quod amare meum eſt, non eſt quod amare vocatur;
Aut non eſt iſto fel mage felle nocens.
Nempe aliis fel amor, cui ſunt tamen inſita mella:

Sed

Sed fel corde meo non habet antidotum.
Nam secus, antidoto iampridem toxica cedant,
Et lethalis opi noxa salutiferæ.
Quid non tentatum liqui miser? aut quibus vnquam
Cessatum est solui spes foret vnde viis?
Quid reliquum vt vincaris agam Dea dura? quibusue
Sin minus hi placeant, vis tibi thura focis?
An maiora petis fidei monimenta probandæ?
Nec satis est mentis cognita plaga meæ?
Vis in aquis moriar? (quanquam hæc sors pugnat amori)
Luminis en fluuiis corpus vt omne natat.
Forsitan vt videas vri satiaberis: vror,
Quantùm Nesseâ non toga tincta lue:
Flammaque vt humorem, sic flammam temperat humor:
Atque horum vt v. uam mutua pugna facit.
Nil Nemesis, nil fata mouent vltura rigorem;
Ingratique animi cognitor alter Amor.
Non erit æternum formæ decus istud, & olim
Tam tumuisse breui dote pigebit anum.
Scilicet aurea nunc coma, tunc argentea fiet,
Seraque turpabunt frontis aratra cutem.
Vtque ita sis semper, tamen est Acheronte natandum,
Et non flectendi cymba videnda senis.
Qui nihil hos remorans vultus, plerunque rogantem
Surdior aduersa sistere nollet aquâ.
Quò mihi, tunc dices, animorum gratia magnes?
Cur, quando licuit viuere, non libuit?

Ad Phœbum, pro incolumitate Mar. Foberti adolesc. doctiss. Eleg. 13.

Iam satis est: da Diue manum, da dexter Apollo,
Iam satis est: tussi & febribus abde viam.
Ecce vt semianimes foueat vix spiritus artus;
Vixque suus sicco sidat in ore sonus,
Nec bene nutantes distingat semita gressus;
Et cadat exsuccis esca pusilla labris;

Nil

Nil hominis, niſi qui laxo tremit halitus ore;
Atque anima infirmos vix bona ferre pedes:
Iam tua contracto ſoror eſt quater abdita cornu,
Et quater eſt pleno viſa nitere globo:
Ex quo languenti viuum compage cadauer
Clamatum eluſa decubat arte caput.
Humano veniam daret ars malefida medenti:
Tam differre operi tempora, turpe Deo eſt.
Quòd ſi te atque tuas ſpreuiſſet ſordidus artes,
Nec foret Aonii cura decuſque gregis;
Ferre tuum poteram ſuccumbere cladibus hoſtem:
Nilne iuuet vatem, Phœbe, fuiſſe ſacrum?
Sæpe tuis ſupplex præſentem ſentiit aris
Agricola, aut duri vinitor oris opem:
At non vlla tuis ſolatia vatibus adſint?
Quorum te memorem par fuit eſſe magis.
Sic deerunt quia, Phœbe, dees: nec ſanguine quiſquam
Tam volet ingrati ſumere ſacra Dei.
Hoc facit, vt raros mirarier eſſe poetas,
Mirari raros ſit quoque velle mori.
Sic poſt Virgilium, quem tu quoque, dure, ſub Orcum
Nondum perfectâ paſſus es arte rapi,
Carminibus vitam qui duxerit vnus & alter
Vix fuit, his etiam prima reciſa dies.
Non inimica tibi Cyclopum turba Poetæ,
Nec dè Pythonis ſanguine nata cohors.
Nec de terrificâ illaudati gente Typhæi,
Milite quo cœli contremuêre fores.
Arma, modi & calami, quæque has euinceret iras,
Si non ſis Mauro durior angue, chelys.
Armorum ſi quid ſupereſt hac ponimus arâ,
Inque tuum imperium colla ſubacta damus:
Dexter ades, languenſque leua & ſine nomine corpus:
Exanguem luci reſtituiſſe Dei eſt.
Sic tua nunc laurus, quondam virguncula Daphne,

Te colat, inuisæ pœniteatque fugæ:
Offi;iique patrem Peneum accuset inanis,
Quòd dederit salui tecta pudoris aquas.
Sic Cyparissus amet, tecumque Admetus oberrans
Pascat ad Amphrysi murmura rauca greges.
Quamqne tibi æternùm solemni vouimus arâ
Fumet odoratis bima iuuenca focis.
Iam satis est, da Diue manum, da dexter Apollo:
Iam satis est: tussi & febribus abde viam.

In putealem aquam. Eleg. 14.

Huic dent Cœlicolæ, quicunque est primus adortus
Rumpere telluris viscera, grande malum.
Quæque homini tentare nefas, violenta subiuit
Nec Ioue, nec Pluti territa dextra metu,
Credibile est hominem, terrenda ad cœlica factum,
Hoc scelere Enceladon, atque vocasse Gygen,
Enatasque cauis acies, pubemque minatam
Multiplici superas scandere monte fores.
Credibile est hominem cœlestia regna perosum
Nomina Tartareis prima dedisse locis.
Cumque viris, nondum scelerum fœcundior ætas,
Incuteret primos ex Acheronte metus,
Impius hic fossor terræ spiracla reclusit,
Quâ foret Eumenidum cùm libuisset iter.
Hinc diræ passim obuersantur Erymnies orbi,
Ante quibus sursum non patuêre viæ:
Cùm subter taciti vestigia nostra laterent
Post-modò qui nigri prosiliêre Dei.
Hinc licuit tepidis candens fornacibus aurum,
Cui nondum dederat saucia vena viam:
Hinc detestatæ miserorum voce cathenæ,
Cùm Chalybes victis libera colla darent:
Hinc Martis furor, & siluis prædator oberrans,
Cùm foret intonsis marra, vice ensis, auis:
Hinc funesta tonat lethali machina plumbo;

Machina de Stygiâ, credo, petita domo:
Per quam centuplices cingunt frustrà oppida muri,
Strenuus & per quam distat inerte nihil.
Per quam Parthus equo verso debellet Achillem,
Et superet Thracem pupulus æquimanum.
Vnicus hæc generi fecit contagia nostro
Qui ruit in scissam fossor auarus humum.
Quid moror? & longum circà tero ludicra carmen?
Et labi minimis vlteriora sino?
Hinc puteis Stygius fluxit sordentibus humor,
Qualiâ Sardoâ pocula mista lue;
Aut quales mittit ponti malus incola succos,
Inficit aut dirus Thessala vasa latex.
Actæum illa lues sapientem extinxit opinor,
Non quam vana refert sorpta cicuta fides.
Non aliis etiam Phorcis decepta sub vndis,
Expressit rabidos saxea monstra canes.
Adde quod Etrusco fuerit non tristius omen,
Quàm puteis manans sanguis haruspicio.
Hoc sensêre patres Pæno aduentante Quirini,
Itala cùm Libyco palluit hoste nurus.
Hìc struit infestus virosa cubilia bufo,
Luridus hac sese complicat hydrus aqua.
Hìc veterem ranæ renouant in sæcula questum,
Plurimus hyberno cùm madet imbre dies.
Nec procul inde Charon remis vada tristia sulcat,
Cuncta animo renuens, nil renuens capite.
Idcirco refugit putealem Luna mephitim,
Et Sol cœnosa tangier horret aquâ.
Vidi ego qui, inclinans in opaca voraginis aurem,
Audierat tristes hinc crepuisse sonos:
Seu fuit hic Stygius caua per spiracula plangor,
Siue quòd hæc Dæmon mouerat antra malus.
Credo ego non alio volucres labantur Auerno,
Fœtida cùm sursum se tulit illuuies.

Non hic tripudiis procinctæ Naiades errant,
Nec iungi puteos ad sua regna volunt.
Horum dant Hecatæ atque inferno iura Charonti,
Spurca quibus puro plus placet amne palus.
Cætera quæ artificis temerarius attulit ausus
Cùm sint immenso plus numerosa mari:
Quis rogo fossori voueat grauiora nefando,
Quàm quæ vel patitur, vel dedit ipse, ferat?
Scilicet vt puteo, quem repperit ipse, sepultus,
Artis opus propriæ æterna venena bibat.

Ad Corinnam. Eleg. 15.

Virgineum potuit macies violare ruborem?
Et temerare oculos languida cura tuos?
Ille vbi nunc rubor est, per quem mihi pallor inhæsit?
Ille vbi nunc ostri nobilioris honos?
Ille vbi nunc murex, illo plus murice præstans,
Olim quo Herculeus tinxerat ora canis?
Nempe Deas etiam tangit dolor: atraque, ceu nos,
Morborum & lentæ semina tabis habent.
Sic modò Luna rubet, pallet modò Luna: nec illo
Ore serena facit, quo pluuiosa solet.
Tam similis tibi cùm rubuit, mea vita, rubenti,
Quàm modò pallentem, cùm madet imbre, refert.
Illo dissimilis, quòd quandocunque serenum
Luna notat; vultu conueniente notat:
Tu, seu pallore indueris, seu murice vultum,
Nunquam tranquilli spem mihi das animi:
Sed tempestates quocunque illuxeris ore:
Est tuus in pœnam qui mihi cunque color.
Iam, si me (vt cruciant) crucient pallorque ruborque,
Nec liceat sine te viuere, vita, mihi:
Malo tuo rubeas vultu, vt fœlicius vrar:
Quæ mihi votorum pars super vna manet.
Sed mi optare nefas, tibique est sperare, daturos
Quod mihi dura negas, esse, Corinna, Deos.

Quod petimus nobis, aliis largirier æquum est:
Tu vitam poscis, quam mihi, dura, rapis.
Ne fuge vinci animis, animos quoque viceris æquè:
Vtque petita feras, cede petita aliis.
At vos, ò medici quotcunque Epidaurus adorat,
Et tu nodoso, Barbiger, in baculo:
Vnà omnes isti studiis accurrite Nymphæ,
Et lucem luci reddite, quæso, meæ.
Sic malè sit qui te rasit, Barbate, tyranno,
Sacrilegoque, togam scommate diripuit.
Sic illum, Siculo lentantem gurgite remos,
Æolus vltricis rumpat ad ora Phari.

Ad Rodulphum Parin Medicum, de suo & Corinnæ morbo. Eleg. 16.

I Pari, & optato geminis medicamine morbis
Et dominæ, atque meo, si potes, adfer opem.
Sed priùs, en morbi quid sit mihi: Totus aduror,
Diffluit vt lento pinea tæda rogo.
Paulatim accrescit iecori dolor aridus ægro.
Odi & amo, patior non fero, nolo volo.
Dilapsa in tenues iam sint mihi corda fauillas,
Ni iecoris tædas luminis imbre rigem.
Non potus, non vlla ciborum inuitat orexis,
Nec rubet in facie, qui fuit ante, color.
Acceditque malo furor, vt non vlla valendi
Cura sit, & morbi non morer artificem:
Vt qui Sardois fauces satiauerit herbis,
Ridenti gelidam prodigit ore animam.
Lethifero aut Afer quem dente momorderit hydrus,
Quem vocat à dirâ Graia lingua siti,
Queis perit ardet aquas, & quo de flumine lethum
Contrahet, hoc demens nocte dieque tenet.
Sic ego quo crucior, morbum sequor: ipsaque morbum
Quæ mihi caussa dedit, caussa beata placet.
Ni faciat (quæ sorte mihi calcanda suprema est,

Digitized by Google

Seu mox, seu quondam fata venire volent)
Iampridem Elysio statuisset semita campo,
Multa vbi amatores myrtea sylua tegit.
Hæc, Pari, sunt fomenta mali, hæc languoris origo,
Quæ mihi nec vitam, nec dat acerba necem.
Sed facit vt mortem precer, & mox deprecer idem:
Nec magis esse aliquid, quàm nihil esse velim.
O quoties dixi Superos surdescere amori,
Atque Iouem nostræ spernere sacra manus.
Nec curare magis quàm quas venientibus Austris
Decutit arboribus pomifera aura comas.
Sed dum longa mei texo, Pari, verba doloris,
Heu dominam languor noxius alter habet.
Qui si Pæoniam dextro Ioue senserit artem,
Sum rex, sum quicquid splendida vota ferant.
I, refer hæc: quod si quid agam, fortasse requiret,
Me, quia non valet hæc, quæso, valere nega.
Spem tamen esse mei, quantùm volet illa: nec vllam
Seu valeat seu non, quin sequar esse moram.
Nec cessare Deos versu lachrymisque precari,
Quotquot Phœbeâ fert Epidaurus opes.
Cæterà, non huius curæ sperare leuamen,
Hæc nisi quæ cruciat caussa leuamen habet.
Hæc tantùm: nisi voce velis superaddere molli,
Aut nihil, aut tacitos audiat illa sonos:
Dignus amoris erat qui tam patienter amauit:
* * * *

In natalem suum D. Laurentii 1568. *Eleg.* 17.

Salue ò lux, iterum decimæ mihi nuncia messis,
Ex quo vitalis munia lucis ago:
Quæ summi reparas solemnia nomina Diui,
Cui dedit emeritam torrida pruna necem.
Heu, quoties annos numerans te in vota vocaui,
Cùm repeto à Clario prodita fata Deo.
Testor, & ipse fidem fati dabit exitus olim,
Pars etiam, lapsa est quæ modò magna dedit.

Quartus ab octauo iam tum me fecerat annus
Prima incompositis reddere verba modis,
Altera Pictonicâ cum æstas mihi sede moranti
Parrisii dederat vota secunda soli.
Dumque extrema paro, post otias ire Crotellas
Collibuit: seu mens seu fuit iste Deus.
Mecum grata cohors Belbrulius, Aulus, Obertus,
Eubulus, & comitum cætera turba fuit.
Vt ventum est pago, & mens exsatiata videndo,
Motha procul luco visitur alta sacro.
Hic densas inter frondes disiungimur omnes,
Dædaleoque loci perdimur ingenio.
Tandem se socii exsoluunt, ego solus oberro,
Et, fugere vnde paro, me pedis error agit.
Aduersi donec species me terruit antri,
Capripedis, credo, regia prisca Dei.
Vt procul adspexi ex aditis immania tecta,
Panicus admonuit vertere terga timor:
Sed vox inclamans, siste inquit, siste puelle,
Et tibi quæ superent fata terenda vide.
Erigor attonitus, ceu quondam in fonte lauantis
Latoæ Cadmi palluit ore nepos.
Tum vox, imò Deus (nam mens mihi conscia talem)
Sume animum, atque nouis suescito rebus, ait.
Burdigalam te fata vocant, vbi quoque dierum
Incano Naias bis subit Oceano.
Illa triennales vrbs hauriet inclita curas,
Donec Parrisios te tua vota ferant.
Hic tibi, nescio quid, minitans communis Erynnis
Non dabit optatæ commoda longa moræ.
Scilicet in patriam ciuiles fugeris iras,
Fata vbi contexunt tædia longa tibi.
Quid facias? læui nisi vincas sideris omen,
Quo suasit Chiron vincere fata modo?
Sed neq;, si pugnæ sit amor, defecerit hostis,

Ardeſcentque magis, quàm foris, arma domi.
Et peiora tibi, quia ſunt placitura, modoque
Nec vinci poteris, nec ſuperare, pari.
Dux virgo fuerit tanti certaminis vna,
Haſta tibi calamus, cauſſa futura decor,
Caſtra locus natalis erit, tute ipſe cadauer,
Dura negans vitam Nympha, triumphus erit.
Non menſis finem ærumnis, non afferet annus,
Sic hoſtem in lentum lentior hoſtis erit.
Mens ſtudio incaſſum ardeſcet male-ſana vagandi,
Mutato veniet nec mediciua ſolo.
Plaga viæ tibi longa comes: ceu cerua ſagittam
Saucia Dircæo fertque refertque iugo:
Aut Pæante ſatum comitans pedis vlcere virus
Lemniaco vidit rumpere ſaxa freto.
Hìc ego tum, lachrymis vocem auerſatus obortis:
Diue, inquam, noxam verte, malumque veta.
Non ita: materiam dabit, inquit, carminis vlcus:
Et fors, ipſa feret ſe quoque Nympha trahi.
Edura, & multâ curas ſpe profer inanes,
Neu' ſpera incaſſum vertere fata Deûm.
Conſilii dederint anni ſatis, & ſatis ipſe
Omnia cui curæ ſunt tua, Phœbus opis.
Exhinc ordo nouus fatorum curret: idipſum
Phœbus aget: Phœbo ſtat tibi rebus iter.
Dixerat: hîc, fati expectans extrema, relinquor,
Et fruſtra auditis vlteriora peto.
Hic mihi curarum mentem ſeges aſpera rurſum
Occupat, & Vatis paucula verba mouent.
Quæ priuata mihi belli portenta minetur,
Quod ſiet hoc, vinci & vincere nolle malum.
Quæ lachrymæ quiſnam ille decor, quæ caſtra, quod vlcus,
Quæque ſit hæc menti virgo inimica meæ.
Heu felix neſcire diu, quid ſcire cupiui!
Cur cineres volui fata mouere meos!

Phœbe,

Phœbe, face vt cecidit te vate, ita vindice cesset
Noxa, augur damni atque auxiliator ades.
Libertatis erit taurus tibi victima testis,
Cui nondum extenuet colla operosa labor.
Imò face vt quod amo sequar indefessus amando,
Et caput vt vitæ sic quoque finis eat.
Non tibi virgineæ per Thessala littora flammæ,
Sorduit aut sumpto cortice virgo fugax.
Non me sorte decet, quàm te, meliore potiri:
Hæc mihi vincla placent, hoc mihi regna iugum est.
Tres tibi pro tali sternentur munere tauri,
Qui nondum Cereri dent sua colla Deæ.

Ad Seipsum. *Eleg.* 18.

Ergo ita mens misero miserum tibi viuere durat,
Moneri, & vitæ crux ita acerba placet?
Nec piget ætatem iuuenili absumere cura?
Illius & molli ver dare nequitiæ?
Cur sequeris tuus vnde tibi fluet exitus? & cur
Tam rigidi dextram sponte subis domini?
Quid nisi adoratæ nocuerunt Cypridis aræ?
Quid nisi adorantis pœna sequuta caput?
Num tibi mollitus post blandimenta cupido?
Num posuit lachrymis: num prece duritiem?
Scilicet illa Dei mentem tibi cœperat ætas,
Et ratus hunc fueras quò peteretur agi.
Oppositaque oculis cæcum nil cernere vittâ:
Vt quamuis mala mens, nil nocitura foret.
Vtque Deum inter apes vidisti ludere, mellis
Credideras potius quàm stimuli artificem.
Interea ille Deus, Diui nihil edidit in te,
Mille nisi immitis signa supercilii.
Interea ille puer, pueri nihil edidit in te,
Ni versare leues, ceu solet aura, animos.
Interea hic cæcus, cæci nihil edidit in te.
Ni cùm præcipitis duxit in antra, mali.

Digitized by Google

Triste supercilium tamen hoc tibi ducis amori,
Et mollem ætatem, & lumina cæca bone:
Et quodcunq; mali est fato tibi ponis amico,
Nilque aconita inter dispicis & panaces.
Deniq; sic animo media inter vulnera gestis,
Sicque tuo miser es, nec piget, arbitrio:
Vt qui te norit, mox natum sidere iuret
Quo non in cœlo tetrius esse potest:
In quod cuncta suum virus reliqua astra repurgat,
In sacrum tanquam damna pianda caput.
Hoc tu vitam hauris, trahis hoc tua sidere fata,
Hoc vno fœlix nomine, quòd miser es.
Nec velles non esse miser: bone Iuppiter! ecquis
Hic dolor? aut vnde est? quâue leuatur ope?
Nescit opem certè: secus haud te fugerit olim,
Cùm fieres aurum, taurus, olor, Satyrus.
Omnia si facto, atque Ioui, nil sustulit vlcus,
Speremus miseri vulneris antidotum?

In aleam, & aleatores. *Eleg. 19.*

Cæca dedit gnatam caussarum inscitia Sortem,
Cuius cæcorum mox seges orta vtero est.
Extremum (vt perhibent) illi dedit Alea ventrem,
Non expectato præcoqua nata die.
Quæ mox prosiliens humentibus humida rimis
Fœcundi faceret ventris vt esse fidem,
Hanc produxit aquæ sobolem, quæ Lachryma vulgo est,
Nimirum humorem quod fuit humor agens.
Mox inconsultam pueris par reddita mentem
Protulit, atque inopes consiliorum animos.
Donec iam iuueni Baccho iuuenarier vnà
Collibuit, rigido mox tumefacta Deo.
Ex quo, Mercurio in Cancrum inclinante, gemellos
Edidit, ingluuies, furtaque venter erant.
Et iam Marte superfœtans, confessa maritum,
Rixarum genuit, monstra timenda, luem.

Demum

Demum emensa pares annis muliebribus annos
  Endeiæ voluit nomen habere Deæ.
Credo quòd exhaustos aliena ad limina cogat,
  Atque situ miseros sordidiore notet.
Quos ceu Circeis mutat Dea dira venenis,
  Atque humili excelsa sistit ab arce loco.
O fœlix nimium priscis iuglandibus ætas,
  Cùm foret imberbi terra nouella Ioue.
Alea sola fuit puerilibus orca cachinnis,
  Sæpius & collo nux repetita breui.
Tortus & in numerum plagoso verbere turbo,
  Fluminis aut fundâ missus ad alta lapis.
Aut honor in triuiis equitata paludis arundo,
  Troiaque confictis ludicra velitibus.
Alea sola senum, crepitacula, cottabus, ollæ,
  Phœnida, par, impar, lattages, astragali.
Ipsaque non pretium, sed erat victoria risus,
  Poppysmi, plausus, serta, chorea, nuces.
Hibernus donec retineret in ædibus horror,
  Iungeret & talus tecta propinqua mero.
Pòst crescente Ioue, vná & progrediente furore,
  Ludicra nummorum fœdera rupit amor.
Non tamen acris adhuc talos iactura notabat,
  Maiorumque dabant lucra pusilla fidem.
Deuentum est sensim magnis, ceu parua fauilla
  Quæ fuerat, summum mox rapit igne larem.
Continuò pueris lictâ nuce talus inhæsit;
  Et senibus tali tessera facta vice est.
Inde Asini, Venus, atque Canes, & Senio dexter,
  Et genus hoc varii prosiliêre modi.
Frangere tum patrum cœpêre peculia nati,
  Hinc cœpit sobolis rem lacerare parens.
Et, velut exitio deesset satis ampla facultas,
  Altera in hanc venit caussa fritillus opem;
Quòd minuat, nam voce patrum minuisse friare est;

Aut

Aut quia ſors ſæuo conſonet ipſa freto.
Hæc veteres: Sed nos, quorum eſt vitioſior ætas,
Vt vitio, cauſſa vicimus & vitii.
Acceſſit pictæ damnoſa inuentio chartæ;
Poſterior facti tempore, clade prior.
Credo aliquis Dæmon, mundoque inimica voluntas,
Sparſerit hac orbi triſtia damna viâ:
Aut his picturis animas exerceat Orcus,
Vnde vt tormentis eliciat lachrymas.
Aut hac ſorte vmbris flagrorum diuidat ictus,
Quot patiare Typhœu, quot patiare Pelops.
Quot iam Syſiphii montis labor impleat annos,
Quotque Ixioniæ ſæcla terenda rotæ.
Quamque diu Lapithûm duret ceruicibus horror,
Cribraque Belidibus quàm diuturna fluant.
Quin, ſi vera placent, tabulis legit Æacus illis
Ceu Hieroglyphicâ crimina cuncta notâ.
Non alio miſeri cruciantur iudice Manes,
Sontibus hic teſtis, formula, lex, liber eſt.
Nos tamen exitii proles ſecura iocamur,
Et tegitur ludi nomine pernicies,
Nempe vnum ſupereſt, ſibi quod meditata iuuentus
Thrax oblectandis dicitur eſſe animis:
In laqueum tecto pendentem immittere colla,
Stare globo, læua cultra tenere manu.
Mox, aut obtentum dextrè præcidere funem,
Aut dare ſubmoto pendula colla globo.
O extrema mali facies! iam ſumma tenemus:
Quid tandem adiicient ſæcla futura ſui?

Ad Corinnam. Eleg. 20.

Quicunque ille Deum Superis fuit auctor, vt orbi
Aurea ſuſtulerint ſæcula, durus erat.
Degener à reliquis, quos non mens liuida vexat,
Et dignus (ne Diis hæreat vlla lues)
Quem cœlo longum prohiberet veſcier vnà
Extorrem

Extorrem ambrosiæ & nectaris exilium:
Quale Deum quondam Cynthi, Pataríque potentem
Thessalici fecit pascere regis equas.
Fallor, at æternum potius: ne clamet Apollo
Crimina supplicio magna minore lui.
Namque hunc iusta sui Phaetontis mouerat ira
Vt malè fulmineos perderet artifices:
Nullis monstra, nisi in noxam, satis vsibus apta,
Quam prius intereat disperiisse luem
Ille autem (cum crimen adhuc non iisset in orbem;
Aut leuius, fati vt tristior hora tulit)
Ferbuit in rabiem, sontem insontemque sequutus:
Vno complectens orta nec orta malo:
Venturosque trahens infecta in facta nepotes,
Quod, qui lege tenent crimina, lege vetant.
Verùm hoc sit iustum, priuatis omnia plecti,
Sit pro priuatis sternere cuncta pium:
Ne tamen vltra æuum vindictam extenderet vltor,
Neu' par delicto non sua pœna foret,
Hæc reliqua ex auro vestigia pauca manere
Fas erat, vt ferri mollius esset onus:
Quandocunque necem fatum, casusve tulisset,
Clauderet & cassos dextra propinqua oculos:
Maxima pars nostri vt cineri est victura superstes,
Nec nos Elysium nesciet esse nemus.
Sic (cùm diuini corpus compage solutum
Particulam Elysiæ redderet ignis aquæ)
Indueret varias moles hæc crassa figuras,
Vt sua cuique suam sumere fata darent.
Sic prisco solitos memorant mutarier æuo,
Et se diuersis corpora ferre locis.
Vt si quem fœdo iuuisset viuere rapto,
Inter Phineas iret aduncus aues.
Si cythara & modulis curas lenisset edaces,
Dauliacis demum se daret alitibus.

Si vates Phœbum & Musas coluisset, abiret
Latè Mæandri per vada factus olor.
Si curis animum cruciasset, collibus iret,
Vt riguit Phrygio Tantalis in Sipylo.
Si Venerem & teneros esset sectatus amores,
Maxima quæ passim turba columba foret.
Credo ego, cum memoro primæ cunabula vitæ
Hanc vsque vt fuerint nil nisi amare diem:
Rursus vt ingratas precibus duraueris aures,
Nec fueris nostris mota, Corinna, malis:
Si redeant iterum rediuiuæ sæcula formæ,
Ales ero Veneris, qui modò miles eram.
Tu scopulo innatum seruabis versa rigorem,
Si modò te poterit durior esse silex.
Sed nec tum demum cessabitur, ipsaque forte es
Quod modò virgo negas, sponte datura lapis.
Te super elato ramosa cubilia nido.
Componam, & lachrymis planget vtrinque nemus.
Tum dura immeritum excipies, quem exosa merentē es:
Quemque fouere virum es surda, fouebis auem.

Ad I. Maludanum Consiliarum Regium Burdig. Eleg 21.

Hos super igne meo luctus, Maludane, vorabam,
Atque incurato vulnere vota dabam:
Cùm te natali raptum Lunata videbat
Augusto leges vrbs dare ab vrbe loco.
Promeritoque viis æquiq; bonique triumpho,
Debita sublimem sternere in astra vitam.
Tempore me tum illo turrita Tholoza videbat,
Quattuor ad primam iungere Olympiadas.
Quò me causa duplex, legum cultura, vocarat,
Altera, vt absenti mollior esset amor.
Forsitan illa quidem, si non ornata, petita est:
Ista ornata quidem, nec superata tamen.
Fatum erat vt caperer, fatumque vt captus obirem:

Quæ-

Quæque fuit vitæ, lex quoque dicta neci.
Peccatum est, fateor, nisi quod peccauimus astrum est,
Atque aliquod sidus texuit exitium.
Nolle & velle quid est? nisi cœlo hic nascitur error?
Quidque odiosus amor? quid placidusque furor?
Ni cœlum id faciat, cur non mens omnibus vna est?
Cur odi hic quod amat? cur quod hic odit amo?
Credideram nulli hanc rabiem nisi obesse volenti;
Iudice nec quisquam me sapiebat amans.
Vt vidi hos oculos oculis qui semper oberrant,
Vtque genas, macies vnde sequuta genis,
Vtque labrum certans ebori cui sanguis inhæsit,
Vnde labris sidunt vix bene verba meis:
Me me oblitus amans, nudaui crura sagittis,
Inque aras vltro colla trahenda dedi:
Mutauique animos, vt qui insipienter amabat
Iudice me nuper, nunc sapienter amet.
Aut quia quod facimus factum bene credimus omnes,
Aut quia nil placuit præter amare mihi.
Spes lactaret iners, ipsum sperare placebat,
Desperarem animis, fella fuere faui:
Nequitia terrerem dandos melioribus annos,
Illa mihi pretium non leue nequitia.
Fata adeo misero sunt aduersata furori,
Tamque alto sorptum pectore virus erat.
Nil tamen egit amor, nil quod lachrymauimus, vna
Quòd non mota mihi est, omnia mota licet.
Quamuis duraui coram, nec parcius absens,
Vt ne iam culpæ sit mihi dandus amor.
Phœbe, aliquòd nostrum si Pindo nomen inhæret,
Si quæ Pimplæi stat tibi cura gregis:
Ecce vt, dum tua castra sequens procinctus oberro,
Me circum Eurotæ culpa prehendit Amor,
Raptorem aduersus vindex consiste cruentum:
Sin post-liminio spes mihi nulla frui:

In

In veteris ſacra militiæ, monimentaque noſtri,
Hoc ſaltem pugili profice, Phœbe, tuo.
Noſtra vt ad Aurancæ veniant ſuſpiria ripas,
Se quoque ni patrius digna Vienna putet.
Murmur vbi latè lachrymas imitetur amantis,
Moneriumque ſuis collibus vnda gemat.
Altera cuius in hoc tumulum ſi viderit ætas
Carmine, quid ſit amor teſte ab amante ſciet.

In Petrum Fabrum Sangeorianum Tholoz. ſupplic. libell. in Regia magiſtrum, Lutetiam cogitantem. Eleg. 22.

Vltima de noſtris Elegeïa luſibus hæc ſit:
Si tamen in lachrymis ludere quis potis eſt.
Quod dederat præſens Phœbus, ſecum auferat abſens:
Principium Faber eſt. ſit quoque ſumma Faber.
Non aliunde viam preſſi Parnaſſide, & æuum
De falſa volui quærere nequitiâ:
Sed volui tantum, Fabrum quia velle putaui;
Qui ſi me vellet vincere, victor eram.
Et fortaſſe volet: moriar, viuam, egerit vnus:
Sed ſpes in vitam pronius ire Deos.
Adde quòd artificem venturi proſequor æui,
Per quem Phœbæum nil Acheronte natat.
Qui ſibi viceno paſſim quo luditur, anno
Serpere viuaces fecit ad ora hederas.
In quas nulla apio aut ferali iura cupreſſo,
Aut ſi quæ curuus funeris vnctor emit.
Saltem hederas inter Myrtus mihi parua vireſcet,
Et de vicino ducet honore ſuum.
Nempe erit illa dies, atra nunc nocte ſiletur?
Sol quod abeſt, alio non mihi Sole minor:
Splendet adhuc, ſed ita vt fugientem in nubibus illum
Solſtitio brumam ducere Libra videt.
Qui ceu deuexos curſum partitur in Auſtros,
Riphæâ ſemper nec liquat arce gelu:
Hic ita Sol, poſtquam glaciem inuiſamque Pyrena

Tecto-

Tectoſago è ſolio propulit arce niuem.
Protinus auguſtæ ſua munera diuidit vrbi,
Qua ſediſſe Phrygem fama ſequuta Parin.
Æternas ita opes & fert rediuiuus,& aufert:
Perpetuamque tenet ſedula cura vicem.
Tam ſimilis Phœbo Phœbus, Sol denique Soli,
Quàm lac lacti, aqua aquæ,nix ſimilata niui.
Nunc erit hibernus rigor hîc, calor aridus illic:
Grandinis hîc, illic diuidis imber aquæ.
Cuius ſi ſaltem hûc humor tenuiſque reſudet
Guttula, Solis ſpes amplior huius alet.
Mox vbi ſe hûc reducem faciet totumque videri,
Reſtituet veteri perdita cuncta loco.
Me quoque,quem forte inuitum Lunata tenebit
Burdigala, aut patriæ quem reuocarit amor.
Quæ tamen, vt ſint magna, odi: quia Sole remotus
Nec volo, nec fas eſt ducere fata meo.
Sit ſaltem alterna tecum mihi ſorte, Tholoza,
Hoc præſente fruar,ſperem abeunte diem.
Ceu geminus Pollux gemino cum fratre ſupernum
It redit, edomita de Styge tutus, iter.
Aut ſi Lethæa potanda obliuia cupa,
Et crudo reddar ſarcina parua ſeni.
Me mea fata velint mutatum adoleſcere florem,
Incer Soliſequos Soliſequum frutices.
Scilicet vt cum Sole meo caput vndique vertam,
Præſentem intuear, cumque abeunte cadam.
Hoc placet eſſe,magis quàm quod Telamonide natũ eſt,
Quæve modò ex Cypridis vulnere rubra roſa eſt.
Quicquid ero, ſpirabo Fabrum,indefeſſus in vno;
Hoc nullum opperiar, vel ſequar officio.
Nempe vbi præſentem præſens afflauerit vltro;
Namque abſente manus, oſque fatiſcit iners,
Idcirco plectrum & chordas hic figere certum eſt:
Nilque loqui numeris innumeriſve placet.

Nil placet? Hoc ſaltem: Diui Diuæque quod vſquam
Iungitis ad noſtras mollia corda preces.
Cœlitibus ciuem, decus orbi, inſigne ſuorum,
Hunc cœlo, orbe, ſuis ne prohibete virum,
Orbe, ſuiſque prius, dein cœlo: vbi ſcilicet illum
In numeros referent publica vota ſuos.

ODÆ.

Ad Thomam de Ram, ſupprafectum Aquitaniæ Od. 1.

GEntis Vaſconicæ ſanctior arbiter,
O & grandis honos, & columem togæ:
Cum tot ſuſtineas & foris & domi,
Non culpa caream, ſi tibi publicas
Inter multa loquar ſollicitudines.
Cùm non vis populos ſed regeret pudor,
Et commune foret præſidium fides,
Sacris ſumma fuit gloria vatibus:
Vt nec dedecori ſcribere regibus,
Nec (ſi fas etiam dicere) Diis foret.
Aut quod plus daret hoc, quam labor, impetus:
Aut quod ſint numeri neſcio quid ſacrum:
Omnes hic adeò deliniit labor
Præſens facta virûm dicere fortium,
Et ſtratum pugilem puluere Achaico,
Humaniſque Deos vultibus, & Iouem
Vitandum nuribus Protea frigidis.
Poſtquam rupta fides, læſaque veritas
Per vim cœpta regi; publica vatibus
Virtutis pretium, tradita lex fuit:
Tam grandis poſita eſt gloria nomini,
Vatemque eſſe fuit tantus honor ſacrum.
Hinc dicti numeris flectere mollibus
Amphion ſcopulos, Thrax melicus feras,

Et cæſus tabulis diſcipuli Linus.
Verum, vt nil homini perpetuo bene eſt,
Et creſcente malo eſt obruta puritas,
Ceſſit nequitiæ nomen Apollinis,
Vt mox ſuppoſitus flagitiis pudor
Quærendi miſera viluerit ſiti.
Iam tum nobilitas cenſa peculiis
Extinxit ſtudium, & iudice ſub Myda
Excluſus ſolitis Phœbus honoribus:
Et gens ſueta coli facta theatrica eſt,
Mendicant procerum ad limina gratiam;
Magnatum imperiis omnia blandiens:
Et turpi Aonides mancipio datæ,
Nec poſt, heu miſeras adſeruit manu
Aut cœleſte genus, linguave, vel decor.
Cantillant tamen, & triſtitiam leuant,
Concluſæ vt caueis luſciniæ ſuam.
Nos, vicino agimus remige dum ratem,
Captamus numeros: & timidi attrahi
Malo compoſitis ſtringimur auribus,
Ne mentem moduli, atque Orthia faſcinent.
Sed nec tam fugimus blanda pericula,
Quin mens emiſerans condoleat mali,
Atque indigna pati collachymet Deas:
Vt vix Alciatos inter & Imolas
Interdum querulam contineam chelim,
Quin Ceæ repetat carmina næniæ.
Quod ſi non pigeat te quoque publicis
Paullum ſepoſitis, Cenſor ô integer,
Mecum audire melos Pegaſei gregis,
Et lamenta ſacro digna ſilentio:
Partem non minimam ſuſtuleris mali,
Et ſolatiolum luctibus afferes,
Et ſpe chara tibi foueris agmina.

Ad Arn. Pontacum, Vaſſatum Præſulem digniſſ. Od. 2.

Vnde esse credas, Vasconidum ô decus,
Quod nostra quondam Musa pudentior,
Oblita primæui ruboris
Spernit humum, tenuesq; curas?
Et ceu comanti feruidulus iubâ
Pullus per altos insilit aggeres,
Liberque clatris atq; matre
Tentat aquas scopulosque solus.
Sic illa, nec se nec dominum sciens,
Se iactat altis ambitiosior:
Et ferre confictam recusat
Nequitiam, tenerosque lusus,
Tu, Præsul, addis, maximè Præsulum,
Calcar timenti, & spem facis anxiæ:
Ceu portat implumem columbum
Sollicitæ pia cura matris:
Et ceu natanti scirpeolam rudi
Aptare mos est, vt fluitet, ratem:
Vt iam per auras, iam per æquor,
Ire sibi mea Musa credat.
Quid, credat? imò (quod magis) iuerit,
Ingressa de te dicere, Pontace,
Cui cuncta, Pandoræ instar, vni
Æthereo coïere luxu.
Hoc scit Quirini magna patris domus,
Et deliquatum qui bibit Albulam:
Et qui sacrum nuper sequutus
Remigio & pietate Cepham:
Ex quo loquentis pendulus à labris,
O Franca Syren, dixit: & ampliter
Rebus beauit non petitis,
Laude sua & capientis æqua.
Hinc illa sacri verticis infula,
Et qui te curuus te lituus ducem
Diuinitus monstrat vocatum

In

In populi propriumque lumen!
Eheu, furenti fræna licentiæ
Fallax docentûm turba remiserat,
Nec sarta damnorum ruina
Rasit adhuc animo dolores.
Sed te vocato vindice, primulæ
Cœpit salutis spes noua fulgere,
Vt Luna per densas renidet
Mense nouo monogramma nubes.
Quicquid malorum sparserat hæc lues,
Te, docte Præsul, diffugit arbitro:
Ceu nomen Arri conticebat
Fulmen ad Athanasii loquentis:
Quem mentis æquas lumine & ingeni,
Nec maior illi quàm pietas tibi:
Vno tamen discorde sæclo,
Hoc facili, veteri cruento.
Sementis ampla est, cultor idoneus,
Quid non futurum est, Pontace, messium?
Quem non alit spes septa in vna
Ire gregem, gregis & magistros?
Non iam latebit vipera pabulis,
Nec Spina sese vepribus exeret,
Nec mittet Arctoum Geneua
Pernicie stabuli venenum.
Si de priori quid numero deest,
Quanquam illa plaga est maxima, nec vetus,
Heu culpa communisque labes
Supplicio meruit piari.
Infidus antehac pastor ouilibus
Immisit acres in rabiem lupos,
Videre oues securiores
Pro dominis famulos redemptos.
Hinc illa clades fluxit ouilibus,
Nunc est cicatrix, vulnus erat priùs.

XXx 3 Cùm

Digitized by Google

Cum nulla paſtores ab agnis
Diuideret ſpecies graduſve.
Præſente nunc te forma vetus redit,
Quam puriorum norma dedit Patrum,
Sparſere qui cultum fidemque
Innocui pretio cruoris.
Hi nunc ſuperni luminis incolæ
Fœcunda noxæ ſæcula condolent,
Diuulſaque extremis ruinis
Sancta ſuæ monimenta dextræ:
In te intuentes, optime Pontifex,
In te locantes ſpem gregis vnicam,
Se contrahentes ad parandam
Te in numerum veniente, ſedem.
Iam-iam vocari ſit tibi commodo,
Serò vocari ſed gregis intereſt,
Cuius facit diſcors voluntas
Vota tuis inimica votis?
Tu ſemper oras, *adueniat* tibi
Regnum, caducâ non poſitum manu:
Grex illicò *in terra* reclamans,
Te Superis renuit vocari.

Ad Io. Auratum Lemouicem, Poetam Regium. Od. 3.

Maximum noſtri decus, ô Viennæ,
Cuius Aſcræum manet arte nomen;
Quo ſine effœtam gemeres ſagittis
Phœbe pharetram:
Grandis Aurate, excita quò ſacrorum
Reſonat vatum moderante turba,
Vt nihil priſco inuideat Poetas
Gallia ſeclo:
Ecce repentem grege de tuorum
Cygnulum, qui dum nimis audet alto,
Parua maiori volucris volucri
Prehenſus Amori eſt.

Hu-

Huius oblitus miser artis abs te
Quam puer quondam audierat volandi,
Nec satis voces memorans magistras
Perditus hæsit.
Vnde nec siccis sua vox labellis,
Nec suus fronti decor est superstes,
Nec tenebrosæ sua sensa menti, aut
Lumen ocellis:
Deesse quos olim fuerat petendum,
Ne quod, heu, tantùm nocuit, viderent
Inscio quantùm Authonoës alumno
Visa Diana.
Cui dolor nostro propè par dolori,
Vulneri vulnus, furor est furori:
Dirus vtrumque exanimauit error
Fronte Dearum:
ensus vtrique ex statione raptus,
ormaque ablata est hominis, subortis
ornibus duris capite huius, at mi
Rupibus intus:
ctus edurat quibus, heu reclusus:
ite ni murmur minuat dolorem,
ulta quod latè tenues in auras
Flamina portant.
suo quondam ambitiosa partu,
pibus curas Sipylis gemiscit
ntalis, vitam modò quæ iugalem
Cœlibe mutet.
ego formis inimicus, optem
upeis antris nemorum latêre,
vbi pulchrum videam, nihil me ex-
pectoret vnquam.
status nobis, ea vita postquam
cicæ gentis caput vrbs relicta est:
io ab Aurato procul vt perirem;

Hoc Duce tutus:
Vt tremit pennâ nimis inſolente
Aëris tentans liquidum columbus,
Quem ſuper ſtrinxit violentus vncum
Miluius vnguem.
Serus iniectâ ſapio ruinâ
Quid ſit audentem fieri in periclum,
Seruitus quid ſit, quid item vagandi
Libera fræna.
Tutiùs tecum poteram ſub alâ
Liber agreſti à domino teneri:
Naufragosque iſto pelago quietâ
Cernere ab orâ.
Siue me fatum fuit hîc natare,
Blandius Numen ratibus vocarem,
Non quod edura Lemouix creaſſet
Rupe Vienna.
Quem tuus ſi quid tumefecit ortus,
Sentiat quamuis nihil eſſe maius,
Ferreus mentis rigor in puellis
Collinit æquè.
Conqueri ſerum eſt, ſapere expediuit:
Nec dare in ludos mea vela vento,
Quo minus ſæuit Siculi tyrannus
Gurgitis Eurus.
Ipſe-met triui, mihi deuorandum eſt:
Diſſolutamque aſſeribus carinam
Colligam tempus monitat, malorum
Teſte tabella.
Ergo ſi quiſquam dolor ex dolore eſt,
Sique ſecuri memorant labantes,
Si ſacrum Muſas tibi pectus vnquam
Cypride iunxit:
Sume proſtratæ tabulam carinæ,
Maxime ô Vatum, ſibi quotquot olim

Vidit,

Vidit, aut præsens videt, aut futura
Viderit ætas.

In Iac. Guionium Heduum, Cadurco Tholozam reuersum, indeq; in Italiam proficiscenten.

Od. 4.

Hûc effer vndas, hûc properè merum,
Cratera, cultros, & pecudem, puer:
Mens suadet vt sacris procurem
Præteritæ simulacra noctis.
Hûc, Somne, curuo qui lituo virûm
Æquo labores munere diuidis,
Et visa fratres inter vlli
Si facitis meliora ahënos:
Estote dextri, dum repeto memor
Non visa noctis visa sub exitum,
Cùm mente cœlestes quieta
Eumonitant animum figuræ.
Visus propinquo mi fueram freto,
Quà se Garumnæ vis rapit, impetu
Vidisse Delphinum proteruo
Tectosagum rapuisse flumen.
Vt quà volarant carbasa, iam foret
Contectus alga cespes inutili:
Et piscium cælata sedes
Ferre nouum inciperet ligonem.
Mox vnde Nympharum exsiliens cohors
Seu Naias istæc, seu fuerat Dryas,
Sacræve Parnassi sorores,
Visa modis gemuisse miris.
Incultus illis frontis erat decor,
Tum nec choreæ compositæ in modum;
Nullusque pellucebat auro
Crine humeris volitante nodus.
Illinc Dearum restituens sonos
Aduersa rupes, cui prius Alcyon

Narrabat excuſſum caducâ
Puppe virum, veteresque queſtus.
Mox, ecce, Delphin commiſerans Deas
Lugere rapti naufragium vadi,
Nec paſſus informes Tholozam
Littoris ingeminare luctus,
Sulcare magnos viſus erat lacus,
Flumenque ripæ reddere priſtinæ:
Vt Liber Hyrcanis reuertens
Edomito tigribus Choaſpe.
Auguſta ſacris verticibus mihi
Pubere laurus viſa, nec hinc procul
Perflarat informis ſonora
Æra ſalo reſonante Triton.
Tandem repoſto flumine, proh dolor,
Fugiſſe ſæuum viſus in Hadriam
Delphin, nec obſcurum Garumnæ
Ferre diu potuiſſe flumen.
Hic ſomniantem deſeruit ſopor,
Horrensque mentem corripuit metus,
Maiora viſurum, recedens
Cætera ni ſoluiſſet Hydrus.
Somni quid hoc-ce eſt? Guionius redit,
Ni mens volentem decipit: I. puer,
Et quàm potes votis petitam
Curriculò mihi refer horam.
Delphina vidit non alium quies:
Hinc qui, Tholozam dum fugit immemor,
Euexit vndas, Hippocrene vt
Iam medio flueret Cadurco.
Sanctis vbi ſe legibus imbuens,
Ne quid ſcientem cætera falleret,
Lauro coronatus virente
Aonios reuehit liquores.
Sed mens rigenti pertrepidat metu

Hæc ne Tholozæ ſpes breuior cadat,
Atque ipſa quæ ridere præbet
Mox lachrymas properet voluptas.
Ah! quo meæ me pars animæ fugis?
Quæ ſors reuerſo diſplicuit nocens?
Vt ferre feſtines auaro
Digna tuis monimenta Tybri?
Quod ſi Cuiaci te rapuit decus,
An Balduinos Gallia proferet:
Si fama Romani decoris,
Roma nihil niſi buſta Romæ eſt.
Sic nauta tentans æquora credulus
Fractos carinæ colligit aſſeres,
Et ſcribit in vento atque in vndâ
Vota Deis vtriuſque ſurdis.
Audax in illis Sole ſatus puer
Pœnas quadrigæ pendit adhuc locis,
Nec flere per ripas quierunt
Populei Phaëtonta rami.
Quod ſi videri iuſtus amor ſubit,
Quem tu locorum, quem fugies virûm?
Nec carcer eſt, nec ſcrobs Mineruæ,
Quæ Iouis & cerebrum refregit.
Quocunque ſe Sol verterit vt diem
Celet vel edat, primus ab Heduâ
Tellure dicêris Sorores
Ter-triplices ſociaſſe in vnam.
Diis amicum eſt, ſic placuit tribus
Quæ noſtra carpunt fila ſororibus:
Nec fata mutabunt futuros
Quicquid erit violenta curſus.
Surdus audis? ſtat fugere impetus?
Nec te tuorum ſollicitæ preces?
Nec ſidus hybernum coërcet?
Iuſtior aut patriæ querela?

At te

At te Deorum quiſquis agit ſalo,
Quæ ſic meis me amplexibus eripis,
Nauis,mei cuſtos amoris,
Littoribus referat petitis.
Et qui ſupernam Caſtore diuidit
Cum fratre lucem Tyndarides puer,
Partitus æternas gemello
Neutrum Erebo repetente flammas.
Et tu ſororum ſanctior arbiter
Pythonis horror,Phœbe faue viro:
Et tu per Eurotæ ſodali
Turba choro ſociata ripas.
Si labra riuo Guionius ſacro
Admonuit vnquam,dextra faue cohors:
Fatiſque quod debebit olim
Debeat Aoniæ cohorti.
Vt gente tandem ſaluus ab Itala
Mentis reportet dimidium meæ,
Quam ſemper aſſeruabit abſens,
Altera dum fuerit ſuperſtes,

In Io. Belbrulij Lemouicis incœptum opus Caroloidis, vel hiſtoriam temporum ſub Carolo I X. Gallorum Rege. Od. 5.

Ergo ſtat Veneris iocos,
Belbruli,& Paphiam ponere barbiton,
Et myrto piget amplius,
Vmbrari capitis grande decus tui?
Laurorumque recens ſitis
Maiores lituum prouocat ad tubas?
Atqui prima magis iocos
Ætas ferret,& ad Lemouici,vt prius,
Aurancæ vada pangere
Quo pulſæ Calabrum pœniteat lyræ,
Naſonemque modi imparis,
Et queis ſorpta magis fella Cupidinis,

Quorum

...orum plangit adhuc malis
Sæclorum metuens Musa situm pati,
...ruatura tuas pares
Priscorum lachrymis tempore lachrymas.
...ce vt Mæonio parem
Lesboam & tulerint sæcula Teïum:
...s agmen Veneri sacrum,
Illum castra magis dicere nobilem.
...edo fata trahant viros,
Quantumcunque animus sit fugere insolens.
...nc nullæ pelagi minæ
Cassis dimoueant ire triremibus:
...ltos sarcula sic iuuant,
Et simplex animi dura beatitas,
non imperia aut minæ, aut
Vicini puteal terreat oppidi:
...m non ope Barbara
Aut toto retrahas militia Tago.
plebis numero tuæ
...ecernunt hederæ, interq; Deûm choros
...cent vnde Diespiter
...t Gallos miserans Cypris, imaginem
...inctæ Priami domus,
...aptandis Phrygia de face Pergamis
...arunt, nouus vt noui
...rflares tubicen prœlia Caroli:
...uantùm hic Lybiam suæ
...uropæ atque manu iungeret Indias:
...antùm ingenio valens
...eroëm superis proueheres Diis.
...ces animæ, simul
...uictæ facere hæc altera dicere:
...orum vtraque certior:
...re, hisdem quibus & Romulus attigit:
...ltusque potens viis:

Illis

Digitized by Google

Illis altera equis Mæonius quibus
Muſæusque adiit ſacer.
Sic vtrique ſacris perpetuùm comis
Laurorum vireant comæ,
Sic tam deproperes carminibus nouum
Cœlo educere Achillea,
Quàm tu præco nouo dignus Achilleo.

In capas. Od.6.

Si quis parentis ſacrilegâ manu
Vrnam procaces ſparſerit in Notos,
Faucesve dextrâ præſecuit ſenis;
Hauſtâ patratum tabe luat nefas:
Non quam propinquis Solibus, æſtuans
E viperina Libs tulerit ſcrobe,
Aut quam nouercæ contuderint Scythûm,
Aut ſaga Marſis Theſſala collibus,
Vicina ſed quam iugera ſuggerunt,
Et quos feneſtrâ proſpicis hortuli
Stirpis nocentem ſub tunicis malæ.
Quin ipſe partem criminis eluat
Fœtor, paludem qualis in inferam
Præteruolantes mergit aues odor.
Hinc lachrymarum vis reſilit nocens:
Vidi ipſe, vidi conſcia cùm nurus,
Purgans recepti crimen adulteri
Cæpas doloſo conderet in ſinu,
Luctumque tormento eliceret graui:
Vt cogit imbres luminibus fera
Vndis, ſine vndis, neutrobi victitans,
Terror Canopi & Niliacæ plagæ.
Vidi ipſe, vidi ſortilegam malis
Baucin ſuſurris deripere, ô nefas,
De ſede Lunam, ſi priùs vnguium
Miſceret atris ſegmina crinibus,
Et caprificos de tumulo erutas,

Tabum

abum rubetæ, noctiuagam strygem,
emesaque ossa erepta auidæ cani,
uccoque cæparum inficeret scelus.
uid quod satorum non aliud magis
uam cæpa Lunæ cursibus obstrepit,
rescente tardans, deciduâ tumens?
ac credo quondam se dape nutriit
duersa cœlis Anguipedum cohors.
irare noxam noxia si dedit
tque osa Diuos esca odium Deûm?
Heu, cur parentem polluimus malis
erram venenis? cur damus anxio
unesta ventri toxica? cur aui
utò negatur viuere? cur salo
ui nil negatum præsidio loci,
escitur vnum præsidium in gulam?
Credo futurum, sic placuit scelus,
ostra vt cicutas sæcula conserant:
arrisque linquant vsibus alitum
utrere sulco semen inutili.
Ætas auorum noxia protulit
eiore nostros nequitiâ patres:
os vnde demum deterior sumus
nata proles, certa quibus fides
udaciores edere posteros.

In Lusciniam. Od. 7.

nde est hoc misero mali
Vt brutæ inuideam perditus aliti?
ic postquam audio proximum
Vt cantu volucres per nemus insonent;
utari in volucrem velim:
Vt frondente simul subsiliam arbore,
t liber liquido ferar,
Securus Venerum & vulneris æthere.
uæ tot visceribus faces

Sub-

Subſtrauere meis, vt, niſi lachrymis
Subtus corda rigem miſer,
In fumum & cineres efferar aridos.
Næ te quiſquis, Amor, Deum
Cœleſtes retulit primus in ordines,
In nôſtri ingenioſior
Cenſeri generis concupiit malum.
At paſſim reliquis ſuus
Impunè vrit amor corda animantibus:
Nec nunc Terea defugit
Deteſtata virum, Daulias alitem.
Vnum ambos nemus educat,
Vna ambos videt atque audit in arbore
Plangentes querimoniis:
Hanc, quòd blanditias fugerit illius:
Illum, rurſus amoribus
Tentantem facilem vincere gratiam.
Illi ſolus homo malo
Nec mentem, nec habet lumina, nec manus.
Ad ſummum omnia ſunt iecur,
Torris, flamma, rogus, pruna, focus, cinis.
O miracula in ignibus!
Quos ſi ſpargis aqua foueris amplius:
Torrent omnia nil cremant.
Torrendo cruciant, cùm cruciant placent.

Ph. Maſſet in Senatu Tholoz. cauſar. patroni. & Annæ Vergeriæ Epithalamium.

Quæ cohors mihi perſtrepens
Noctis otia diſcutit?
Qualis ad Thetidis thorum
Et Deûm atque hominum ſimul
Phthya in tecta coiuit?
Quis ſacer iuuenum chorus
Inde clamat hymen hymen,
Hinc io io virginum?

Quo

Quo puto in numerum sono
Tantum fluxerit agmen.
e mens mihi si licet,
Vt sonis referam sonos
Mista gaudia gaudiis:
Sed licet, propero, & sacræ
Audens me applico turbæ.
uis Deæ medius decor
Cæteros super eminet?
Siderumque prope inuidens
Prouocat superas faces
Primæ flore iuuentæ?
e velut noua quam Papho
Cypris inseruit manu
Myrtus, omine quam bono
Post duodecimam altera
Ridet crescere messe.
uis comæ status hic decens
Lucidum æthera verberans,
Instar emicat vndulæ?
Quam super tremulo nitens
Ludit lumine Phœbe.
æve frons niue candicans,
Quale non poliit Myron
Vngue, vel Phidias ebur:
Vmbra texta vbi crinibus
Aurem subtus opacat?
uis nitens oculis fauor
Cæsiam superat Deam?
Ceu faces geminæ solent
Reddere absque die diem,
Et Solem sine Sole?
uis genas color inficit?
Et rosis rubor æmulus?
Mille vbi & totidem exsultant,

Vt ſolent Veneris labris
Telas tendere, amores?
Ecce quot labiis apes
Tecta mellea congerunt,
Collaq; vt niuibus natant:
Quas nec æquet hyems ſuas
Albatura Pyrenas.
En vt vbera primulùm
Hinc & inde ſororiant:
Faſciamq; abigunt, ſuaq;
Indicant animos vice,
Momentisq; quod intra eſt.
Quis manu teneram premit
Virginis teneræ manum?
Cui pedes pedibus pares
Floridam quatiunt humum,
Lentis paſſibus æqui?
Ceu iugale palumbium
Murmur, ora quibus ſimul
Non priùs periment iocos,
Baſiique cupidines,
Quàm fato incubet ardor.
Quantus ore viri nitor?
Quàm decens ſtatus vndiq;?
Iam Deæ comites nouem
Grande neſcio quid notant:
Atque in vertice laurus.
Si quid auguror, hic puto eſt
Maſſeus: ſed & herculè eſt:
Laurus haud alium indicat,
Nec Deæ comites nouem
Maſſeum niſi monſtrant.
Laurus an magis vllius
Quàm ſacri Aonidum ducis?
Cui nec ore, nec artibus

Inuenire

Inuenire queas parem,
Graio aut orbe Latino?
Muſa cui faueat magis
Quàm ſacro ſibi flamini?
Qui niſi foret, hæc breui
Montium lateat iugo,
Noſtris hoſpita terris.
Sponſus ergo nouus nouæ
Virgini datur. O boni
Coniuges, aue cum bonâ
Viuite, & paribus pares
Curis iungite curas.
Concubinus adeſt tibi
Sponſa: Sponſe, & adeſt tibi
Concubina: viden' iubar
Prodiens tegit vt faces?
Feſtinate, mariti:
Longior mora præpedit
Coniugum bona gaudia,
Virginisque decens pudor:
Quæ, quòd ire neceſſe ſit,
Mœret matre relinqui.
Mitte tu quoque lachrymas,
Sponſa, ne moueas virum
Flere, non ſecus ac ſolet
Te iocante iocarier,
In te cereus vna.
Quid fleas? tibi ne excitet
Herculeia animum timor
Ne qua forma decentior
Obſtruat tenebras tuæ?
Nil hinc, Nympha, pericli eſt.
An quòd ædibus exteris
Matre diſſita ſis procul?
Ne time: viden' vt tuus

Te vir implicat, vt ſuam
 Vitis complicat vlmum?
Nec tuis teneris poteſt
 Secubare papillulis?
 Vt virûm bona pars malis
 Delinitur adulteris,
 Sed te vincat amantem?
Tu caue quoque ne tuus
 Quod vir expetet abneges;
 Ne domo procul excubet,
 Et foris faciat iocos,
 Quos factos tibi malis.
Spes propè eſt, tibi paruulus
 De ſuâ faciat fidem
 Matre, labra labris notans,
 Candidis manibus manus,
 Atque os reddat ab ore.
Quem vel æſtimet inſcius
 De ſuo patre quilibet,
 Exque eo recolat duos:
 Maſſeum ingenio patrem,
 Matrem vultibus Annam.
Cernis vt ſuus hic rogus
 Pineam minuit facem?
 Sic vtrumque amor vltimo
 Deſeret ſenio: duos
 Vt mens vna columbos.
Hicque, qui niuibus ſcatet,
 Signat annus amoribus
 Hos tuis fore terminos
 Quos ſenecta dabit, niue
 Conſperſura capillos.
Quid? quod impia baſiis
 Martis ira dedit locum?
 Quaque ſanguis iit prius,

Liliis Driades sinum
Et complent amaranthis?
Proque glandibus æneis,
Machinæque graui sono,
Quo tremebat humus priùs:
Omnia vndique dulcibus
Exultant hymenæis?
Quæ priùs taratantara
Martis, & sonuit tubas
Echo, io modò personat:
Cor meum, mea lux, veni,
Et tu, Sponse, venito.
Io, vox ait occinens,
Quæ velit veterem in Deam
Rursus ire, & amasium
Inuidere tuum tibi,
Exosura priorem.
Ipsa quæ patris alueo
Quæsiit latebras sui
Daphne, adhuc Dea non frutex,
Spreuit oscula Apollinis:
Peneo nata fluento.
Quæ tuum modò sic colit,
Sic maritum amat, vt sui
Serpat in studii notam:
Desitura Deis parem
Nunquam lambere frontem.
Virgines, io dicite,
Vos & ô iuuenes, hymen:
It puella viri in domum.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen, ô hymenæe.
Quis iocus tibi, lectule,
Nocteque & die habebitur?
Quàm beata proteruitas?

Io hymen hymenæe io,
Io hymen,ô hymenæe.
Flammeum video procul:
Tollite hinc piceas,adeſt
Virgo,pandite ianuas.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen,ô hymenæe.
En tuus vir ibi accubat,
Nympha,malobathro nitens,
Nil tuis animis minor.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen, ô hymenæe.
Virgines, ſatis eſt iocis,
Et ſonis,pueri,datum:
Reddite oſtia limini.
Io hymen, hymenæe io,
Io hymen, ô hymenæe.
Quod iocamur, vtrique abeſt
Coniugum:vt bene luſimus,
Coniuges quoque luſitent.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen, ô hymenæe.
Vos valete,boni inuicem
Coniuges: dateq; vnico
Maſſeo ex patre,Maſſeos:
Annaque vt ſimiles ſui.
Semper ſuſcitet Annas.

Ad Io. Corberium Burdig. cauſ. patr. & LL. profeſſ. Od. 7.

Ergo ego te,fueras qui mentis in ordine primus,
Ponam carminis vltimum?
Suada fori,puri interpres puriſſime iuris,
Cuius viuere ius merum eſt.
Atqui ſupremum poni par culpa relicto eſt,
Quorum neutrum animo fuit.

Verùm

Verùm ita ſum ſuaſus quicquid quoquo ordine de te
Scribam (ſcribere ſi meum eſt)
Plura adeo dictis fore pòſt dicenda nec vnquam
Dextram de tabula eximi :
Extrema vt melius fuerit dimittere cera,
Addi cui libito queat :
Quàm poſitis aliis alia intercludere, & in te
Clara inducere lineas.

PETRI MONTAVREI AVRELII.

Ad Guetaldum, Medicum CL.

HIc vbi lenis Arar Rhodani torrentibus vndis
Inſiuit, atque cito iam fertur in æquora curſu,
Et canis cinctas à læua conſpicit Alpes
Frigoribus, ſedet ille tuus, feſſusque ſedendo eſt,
Dum lites hominum dirimit non litigioſus,
Octobresque nimis queritur diſtare Calendas.
Quinetiam ad viſos referens ſuſpiria montes,
Sæpe gemit : Vos ſaxa, meos cælatis amores.
Quæ ſemel atque iterum veritus tranſcendere non eſt :
Scilicet incenſo vt Sophiæ decora alta ſequutus
Veridicæ ſtudio ſupplex, votisque vocaret
Te, Dea & antiquo vt coleret pia Numina ritu.
Verùm, heu, vix aderat, nec adhuc in templa receptus,
Veſtibulum ante ipſum primos libarat honores
Stratus humi, pedibusque admouerat oſcula Sanctis;
Quum propius Fata ire vetant, tamen ire parantem
Eripiunt iuuenem cupidumque, arasque tenentem.
Fluribus haud certè maduerant ora poëtæ
Threicii lacrimis; falſus, quum ponè ſequentem
Non videt Eurydicen, ereptaque gaudia luget.
Quod potuit tamen, illius lyra temperat ignes,

Suauiter inſtillans obliuia longa doloris.
Nos vero, triſtes, ſtudio torpemus inani;
Et citharam & calamos, & dulcia quæque peroſi.
Cur homines idem caſus, non ſemper eodem
Deſerat, ac mentes ſtudia in contraria ſcindat;
Cauſſa latet nos illa quidem de gente profanâ:
Vos, Aſclepiadæ ſoboles digniſſima cœlo,
Queis meliore animos conflauit Iuppiter auro,
Qui ſeriem rerum rerumque euenta tenetis,
Certaque de certis deducitis omnia cauſſis;
Dicite: ſic veſtri ſemper cumulentur honores:
Crebra homines paſſim, veræ rationis egentes,
Sic tripode ex veſtro viuendi oracula poſcant.
Tuque adeò illorum numerum feliciter auge,
Languida qui vulgi melioribus otia curis
Commutans, nouus ingrederis delubra ſacerdos,
O Guetalde, viam facilis quo monſtrat Apollo.
Huc ades: Aut ſi te Muſarum Aurelia captum
Illecebris fœcunda tenet, properabimus ipſi
Et grati veniemus amicis: Cætera coràm.

Subiectum Commentario in X Euclidis.

Hic formas iam victor ouans, normamque repono.
Hic ego ſeceſſus, voti damnatus, adibo
Phœbe, tuos; duce te ſaltus emenſus opacos,
Saxaque, peruia nunc multis, prius hoſpita paucis,
Exæquata meo quæ conceſſere labori.
Mox, tua dum magno concuſſus Numine mentem
Thure vaporabit purus delubra ſacerdos,
Et ſacris operatus erit Bellaïus aris;
Ipſe tuâ hoc iubeas monimentum dedicet arce.
Nam per nos tentare nefas, ſine vate profanos.
Comperto vt ſpatium quadrata æquale duobus
Redderet externis, cuneo quæ ſubdita recto
Linea, Pythagoras Samius lectiſſima centum
Terga boum impoſuit, victor ceu ſplendidus, aris

Pieri-

Pieridum: magnis ſibi parua rependere viſus.
Tanto illi potior multis ſapientia nummis.
Ipſe quoque imparibus donis imitatus eoſdem,
Sit mihi fas animos at non ita diſſimili in re,
Parua quidem illa tibi, ſed quæ mihi maxima, ſoluam
Munera. Diis quando pietas gratiſſima merces,
Me votiua pium teſtabitur vſque tabella.
Noſtra tibi è multis cantabit pagina paucas,
O Phœbi genus, inculto Sapientia laudes
Carmine; quoq; modo geminas res miſcuit vſus,
Et Sophiæ coniunctus amor noua nomina duxit;
Cuius vt exemplo ſimul & ſermone fruamur.
Namque homines ſeclis quondam ſenioribus vſi,
Qui ſtudiis animos & tempora longa dederunt,
Naturæ in rebus, ſapientum nomen adepti.
Quæ cùm Pythagoræ ratio manaſſet in æuum,
Non tulit inuidiam ſenior. nam fortè Leonti
Cui regnata Phliuns quondam congreſſus, & ore
Dum reſerat magno Naturæ arcana parentis
Admiranda dedit diuini ſigna vigoris,
Ingenio neque viſa minor facundia ſummo.
Quærentique viro quánam confideret arte?
...e quidem negat eſſe ſibi quicquam vllius artis:
...d ſtudiis æterna tuis, Sapientia, duci,
...nc ſibi Philoſophi nomen finxiſſe nouum ſe.
...tonitus vocis nouitate, rogat quid in hac re
...neret an reliquos inter diſcrimen & iſtos?
...c minimum diſcrimen, ait: quod vt ipſe doceri
... referente queas in imagine cuncta notabo.
...nne vides quantis celebrentur Olympia ludis?
...m multis cuiuſque modi mercatus abundet
...tibus ille frequens glomerantibus? huic ego vitam
...imilem eſſe hominum dicam. nam corporis illic
...ribus vt vires varioque exercita motu
...ia membra, ſolent celebres parere inde coronas,

Tenuia gloriolæ pereuntis pabula: quæſtus
Excitat hos, aliena vt emant aut vt ſua vendant.
Quos præter genus illud ineſt, longè anteferendum
Nobilitate aliis, laudem captantibus & rem:
Nec quoquam minus ingenuum; qui nec ſibi plaudĩ
Fronde coronatis optent, neque creſcere nummos.
Hoc tantum; rerúm quid ab vnoquoque geratur,
Et quo quidque modo, curâ ſtudioque ſagaci
Luſtrantes recolunt, & ab omni parte vacantes,
Intentis iucunda oculis ſpectacula quærunt.
Haud aliter quàm qui mercatum aliundè profecti.
Nos etiam ex aliis alias peruenimus oras;
Terrarumq; ſolum exilio ſortimur habendum.
Hic alios quæſtus, popularis glo[illegible] famæ,
Sunt quos vana tenet multi: pleriſque voluptas
Imperat: in multis morbi non ſimplicis eſt vis.
Sed quid ago? innumeróſne parem enumerare furores?
Perrarum genus illorum, qui maximus eſſe
Debebat numerus, rebus conſtanter omiſſis,
Poſthabitis aliis, quos recti cura ſequendi
Ceperit, & veri dederit ſimulacra tueri.
Cœleſtes animæ! quas incoluere beatas
Suſpiciunt ſine fine domos, & abeſſe querentes,
Quod reliquum eſt, inhiant animis, & mente morantur.
Nec terras meminere procul ſpectare iacentes.
His tales, ſtudio quibus eſt ſapientia, ſunto
Philoſophi, & meritum, me iudice, nomen habento.
Addidit, vtque illic hominum liberrima ſors eſt,
Qui ſpectant, rerumque aliis commercia cedunt,
Sic ſtudiis cunctis, animos quæ plurima verſant,
Naturæ indagare vias atque abdita præſtat.
Sed neque Pythagoras tanto modò nobilis auctor
Nomine; quin rebus multò magis amplificatis
Floruit; atque animos cultu molliuit agreſtes:
Magna prius per quem ter maxima Græcia creuit.

Hæc

Hæc mihi dictabat, vacuâ dum feſſus in vmbrâ
Rure ſuburbano inſtantes leuat arte ruinas
Labentis patriæ & curarum Tullius æſtum;
Purus & ipſe fluens Graiorum fontibus hauſtis
Tullius, in Latium peregrinas doctus Athenas
Ferre, ſuosque nouis opibus ditare Quirites.
Materiem ille quidem; numeros ſed Phœbus & artem
Sufficit, vlla modò noſtri ſi carminis eſt ars.

Poltrotus Meræus.

Vincimur; & vinci demum ſuauiſſima res eſt;
Si quando meritis cumulus concedit honorum:
Carminibus nedum virtutis gloria creſcat;
Ampla ſuis ſatis externa ornamenta recuſans.
Nec ſpectata tibi laus eſt, cùm fortiter illud
Conſciſti æterna facinus memorabile fama,
Lilia dum cultis inierunt, flos aureus, hortis:
Nulla tamen potior veterum medicina malorum;
Nomine quàm clari quæ vindicis hæret in vno.
Fors etiam, irarum cùm deflagrauerit æſtus,
Res vbi non odiis, ſed ſe ſpectabitur ipſa,
Conſpicuus fuluo ſtabit Meræus in auro;
Atque idem ornabit, ſaluam qui præſtitit vrbem,
ublatoque, moram pacis, qui ſuſtulit hoſte.
nterea quo nos pietas inuitat, eamus;
i quà magna leui cantetur arundine virtus.
Iam Liger, & Rhodanus viſi manare cruenti
ædibus; ante alios luctu iam Sequana magno
uxerat, & lacrymis & riuo ſanguinis auctus
at, in excidio claræ mœſtiſſimus vrbis;
ecipites multos inuitus ſorbſerat amnis,
ue ſuis animas illi effudere ſepulcris.
neque Aquitano deerant ſua fata Garumnæ.
Vaccæa minor cædes, iam nulla videri.
ne locis cunctis ſcelus eſt, mors omnibus vna
te oculos; omnis fuit immiſerabilis ætas;

Digitized by Goo

Nil veniæ in ſexu. iam corpora matronarum,
Cædem inter mediam, fœdè attrectata iacebant.
Nec minus interea effuſis exultat habenis
Impietas, neque iam quò progrederetur, habebat;
Neſcia, conſueuiſſe Dei immutabile numen,
Quo grauiore ruant caſu, quos perdere ſontes,
Vlciſcique velit, ſcelerumque expoſcere pœnas,
Altius euectos ſinere, interdumque fouere,
Carpentes tenuem non longi temporis vſum.
Indignum paſſim Druydûm lata arua cruorem
Ebiberant. ſteterat Deus hinc & fortis, & vltor;
Illinc imbecilla Deûm portenta recentum
Tracta ferunt, ſequiturq; ducem ſua quemq; iuuentus.
Ter Collignius illatis haud ſegniter armis
Cuncta metens, veluti maturas ignis ariſtas,
Limite ter lato vaſtum patefecerat æquor;
Quaque ruit ſimul & ſtrages, horrorque ſequuntur.
Relligio ſed priſca, malis euicta ferendis,
Acriter inſtabat vel formidabilis hoſti.
Summa fuit. differre videt ſe ſola potentem
Mœnia, quæ Ligeris dextro lauit ardua curſu,
Cæſaris Aureli de nomine dicta vetuſto.
Illa meis ſemper mora, fatalisque meorum
Obſtitit incœptis, age nunc ait, illa petenda,
Et vertenda ſolo. meritas dent ſanguine pœnas,
Quas pridem inuiſi fato effugêre coloni;
Dum nouat ille ferus, cui præſidet, Oceano res
Infirmoque duci trepidatur in vrbe relictâ;
Ardeat, euerſæque cinis veſtigia cælet.
Nec mora. continuo poſitis ad mœnia caſtris
Vndique conuenere acies. iam fulmina belli
Apta globis aderant immanibus æra vomendis.
Quid moles, quid ſaxa iuuant, operumque labores?
Obuia quæque ruent vaſto concuſſa fragore.
Omnia conſtabant. rerum ſucceſſus alebat

Spes hominis, iam iam potitur, quia posse videtur.
Hactenus ire Deo visum. satis esse pericli
Intentasse metum. pater & tutela suorum est:
Plectendique modo contentus, parcere nouit;
Post etiam, si se peccando accendere pergant,
Durus, &, exactis acri cum fœnere pœnis,
Extremum facinus supremâ falce recidens.
Fama erat ad Rhodanum, nullis auctoribus errans,
Vana quidem, sed & hæc casus præsaga futuri,
Immanem cecidisse feram, cùm forte valeret
Vt nunquam insanâ demas si mente furorem,
Nemo diu est odiis visus superesse suorum:
Et metus vnius patriæ decedit amori.
Incensis animis venalem sanguine laurum:
Fidentes manibus iuuenes, & pectore, quærunt,
Seruatæ vt patriæ sibi quisque reposcat honorem.
Vt semel æthereos afflauit spiritus igneis,
Quo terras, cœlumque pater iubet omne moueri,
Accepitque Deum venientem pectore toto
Mens inuicta, viæ ratio quæcumque daretur
Certa sequi, secura sui, quis quidque sequatur
Exitus; instantis tamen haud ignara pericli,
Substitit, & secum rationem exegit agendi.
Ergo alacris, steterat castris quæ proxima, syluam
Solus adit, sola terrarum, rex magne, tuorum
Scamna pedum, genibus supplex insistit; & orat:
Qui paces, & bella cies, ò lenis & asper,
Vtcumque est hominum meritus furor, aut tua terras
Perdere fine patens nullo indulgentia parcit,
Dexter adesse velis, precibusque aduertere nostris:
Votaque multorum ne me auerseris in vno.
Quo finis vsque mali caput hoc, caussamque tumultus,
Hostilem rabiem rebus stimulare secundis;
Nuper ab ignotis venientem accepimus oris.
Ante alios omnes nostrorum in munera regum,

Spes

Spe fidei, & falſa virtutis imagine capti,
Scilicet vt procerum ſupremâ ſede locatus
Verteret in patriæ funus miſerabile vires,
Regibus auſus homo decus inuidiſſe coronæ:
Et vetus in Gallos immittitur hoſtis Iberus.
Inque tuos etiam, Deus, hæc vis fertur honores,
Indignata piis recidiuos ſurgere cultus,
Teque tuoſque aditu templorum arcere parata,
Et patriâ excuſſos toto procul orbe fugare.
Ille grauis prædâ, ciuili & cæde cruentus,
Impius, & patriæ natus non ſydere fauſto,
Mœnibus excidia obſeſſis poſtrema minatur.
Quinetiam ad pœnam miſeros depoſcere ciues
Auſus, vt irarum finem facturus in illis:
Et faciet, ſed non quo ſe diſcrimine iactat
Improbitas; ſi conatus tua Numina nunquam
Sunt fruſtrata pios, neque me ſpes ultima fallet.
Nobilis arx operum toties nouitate tuorum,
Sceptri etiam vindex, mediis erepta Britannis,
Virgine Amazoniâ, & diuûm auxiliaribus armis,
Nunc etiam premitur furiis obiecta malorum:
Quæque prius fouit, iam non ſua, deuouet arma.
Et trahitur puer in miſeri ſpectacula caſus,
Ni tua cura vetat, cæſorum addendus aceruis,
Aut dominum ſaltem in patrio experturus alumno.
Hoc pretium patrii natus candoris habebit?
Eſt dudum meritis ea merces reddita magnis,
Alter vt alterius non ſit niſi ſanguine tutus.
Vnde mihi audendi ſolito maiora cupido?
Si menti illudens recti obuerſatur imago,
Qualia ſæpe leueis animos inſomnia fallunt,
Hanc bonus erroris procul à me diſcute nubem:
Mecum anima hæc habitet, donec tua dona repoſcas
Sin ſatis attritis exercent viribus vrbes
Arma diu miſeras, ſatis eſt ſi ſanguinis hauſtum,
Et pla-

Et placet hic aliquem bellis accedere finem;
Si fauor iste tuum tanto dignatur honore,
Me, quodcumque mihi est operæ, vni seruiat omne
Id tibi; ne quoquam potius laudere ministro.
Nil paruum duce te mihi mens meditatur, & audet.
Hoste animi satis est vni & virtutis in vno.
Dic modò ne viuat; iam faxo desinet esse;
Si facis auspicium, atque fauens tua iussa secundas.
Talibus orantem lux circumfulserat ingens,
Igneus & calefacta vigor per membra cucurrit:
Tum sese supra attolli, nec sistere terrâ,
Iam præter solitum magnus, lætusque videri
Ipse sibi, & pulchræ incendi virtutis amore:
Inuidia infelix licet aduersère canenti.
Quoque necem possis minus addubitare tyranni
Auctori placuisse Deo; dedit ipse tremendi
Fulminis haud minimam, quo disiicit omnia, partem,
Scintillam aeriis elisi nubibus ignis,
Intrepidumq; animum, atq; audentem in vulnera dextrã.
Te sequor, ò, quocumque vocas, sequor ecce vocantem
Te pater. & gressum assurgens cum voce tetendit.
Iam sublimis equo sedet, & fatale coruscans
Fulmen habet dextra; iam non idem ille, sed heros;
Mox etiam fato diuinum in nomen iturus.
Optat aprum horrentem, vastatoremque locorum
Ante sibi ora dari. sed nec mora longa sequuta est,
Præterit. ille oculos quantum ne intentus oberret,
Coniicit, & iactum vox est comitata per auras
Haud hominem illa sonans: Deus hostem vlciscitur hostis.
Audito magis attonitus, quàm saucius ictu,
Stratus humi ruit: at læto clamore ruinam
Excipiunt colles, subiectaque collibus arua:
Rettulit & Ligeris, breuiumque Ligellus aquarum.
Per valles simul ac vox est accepta sonantes,
Tessera pacis vti, quàm lato est Gallia fine

Esse,

Eſſe, Dei vltoris ſubiit graue fulmen, & hoſtis.
Extemplo poſuere animi, manibuſque remiſſis
Tela cadunt hoſtes iam deficientia victos:
Oppidaque accepere ſuum liberrima Regem,
Nec ſaluo eſt populo maior quàm Rege voluptas:
Publicaque vnius letum teſtata quies eſt;
Et tenebris melius ſoles nituere fugatis.
Quid tot, tamque diu bellis opus? vnius hauſto
Sanguine conſumptis tot iniquâ cæde litatum eſt.
I nunc, pupillo violens obtrudere tutor,
Iura magiſtratus peruerſo more capeſſens.
Quid dolus, & nomen ſpecioſum obtendere pacis
Profuit? auditum impuro ſcelus excidit ore,
Stare fide vt cupiat nullâ ſe lege teneri.
Et ſtomachare aliquis, depreſſum caſſibus hoſtem
Eſſe ſuis, qui cùm fidei ſpes nulla relicta eſt,
Inſidiis fraudes eluſas; artibus arteis.
Sancta quid illa minis toties agitata tuorum
Seditio? ſanctoſne dolos monet eſſe verendos?
Sanctum erat auerſos animos committere fratrum,
Armare infenſos natorum in funera patres.
Nos contra infando capiti retuliſſe nefandum eſt?
Interdicta piis ſanctæ compendia fraudis;
Nec dolus infido pars eſt virtutis in hoſte.
Quid? legum euerſor, belli quæ iura reliquit?
Quocumque ille modo pereat mihi, iure perempti
Laturus titulum, atque crucem, & ludibria ventis.
Terreat exemplo quemcumque nouare iuuabis,
Quiſquis opes regum, & faſceis ſperarit iniquos,
Quique Deo regni ſocios adiunxerit vllos,
Confictos ratus haud vllâ ratione Gigantas
Dum Iouis arma mouent, Ætnæ ſubiiſſe caminos.
Hæc tibi grata, memor. magnis ſeruata periclis,
O iuuenum quondam fortiſſime! libera per te,
Pacis, & [illegible] pietatis munere florens

Gallia

Gallia, quæ poterat meritâ pro laude canebat.
Salue anima illuſtris, nouus alti ſplendor Olympi,
Aſtrorum in numerum, fuerat genus vnde, reuerſa:
Vindice te terris virtus inuiſa reluxit.
Fama feret quantum haud alium, meruiſſe ſuperſtes,
Inuidæ domitrix, ipſaque ætate vireſcens.
At tu ſumme Pater, qui tela manuſque tuorum
Dirigis, & vatum calamos, da viuere natum
Carmen ab obſcuro, atque oculis, manibuſque teneri,
Plurimus vt maneat Meræus in ore nepotum.
Auctorem magnorum operum te, quicquid vbique eſt
Sentiat, & placidum malit, quàm horrere Tonantem.

M. ANTONII MVRETI LEMOVICIS.

Tragædia.

Actus Primus.

CÆSAR.

IAm tota penè terra Romanos timet,
Et quâ reſurgens aureis Phœbus comis
Indos propinquâ ſubditos tingit face,
Et quâ cadentes pronus inflectens equos,
Gratæ ſorori cedit alternas vices,
Patruique laſſo ſtagna criſpat lumine.
Quacunque Nereus margines terræ premit,
Reges vel ipſi Cæſaris nomen timent.
Numerent triumphos cùm volent alii ſuos,
Seque à ſubactis nominent prouinciis:
Plus eſt vocari Cæſarem: quiſquis nouos
Aliunde titulos quærit, is iam detrahit.
Numerare ductu vis meo victas plagas?
Percurrito omnes. ipſa victrix gentium

Mihi Roma ceſſit: ille tam magnus gener,
Vt penè nomen duceret iam impar ſibi,
Terrâ marique fuſus agnouit meas
Præſtare vires: quemque noluerat parem,
Tulit priorem: Theſſali cæde hoſtium
Maduêre campi: principum membris canes,
Aueſque paſtæ: ductor ipſe exterritus,
Fugare ſuetus, fugit; & notos petens,
Senſit manere raram in ærumnis fidem.
Quid ergo reſtat, quidue dignum Cæſare
Subacta tellus exhibere vltra poteſt?
Cœlum petendum eſt: terra iam vilet mihi.
Supreme rector, qui verendo fulmine,
Iratus, orbis vtrunque perterres polum,
Si verus eſſe ſanguis Aſcanii putor,
Generiſque noſtri tu ipſe princeps auctor es,
Regni me in aliquam recipito partem tui,
Auos vt inter ſplendidum ſidus meos,
Matris Diones proximam adſpiciam facem.
Iam vel mihi, vel patriæ vixi ſatis:
Quid teneor vltra? iam mihi exactũ eſt, geri
Sago, togaque quicquid eximium poteſt.
Hoſtes perempti, ciuibus leges datæ,
Digeſtus annus, redditus ſacris nitor,
Compoſtus orbis: cogitari nec queunt
Maiora cuiquam, nec minora à me geri.
Viuam ocioſus? at id quidẽ vix viuere eſt.
Nec ſol quietem, nec bonus princeps capit.
Cùm vita partes muneris functa eſt ſui,
Mors propera nunquã, ſera nõnunquã venit.
Mihi multa vates dira minitantur quidẽ,
Suadentque amicis vt meum ſtipem latus:
At enim timere Cæſaris nunquam fuit.
Ignaua mens rebuſque non exercita
Vereatur atræ mortis incertum diem:

Genero-

Generosus animus, quique se nullo videt
Scelere impiatum, semper est liber metu.

CHORVS.

Sors, rerum domina omnium
Non vsquam stabili fixa manet pede,
Sed vultum assiduè innouans,
Incertisque rotans omnia flexibus,
Alternas variat vices.
Seu mitis faueat, siue premat nocens,
Vento mobilior volat.
Illam si nitidâ fronte reliquerit
Abdens lampada Delius,
Idem flammiuomos cùm moderans equos
Mundo restituet diem,
Sub vultu poterit cernere nubilo,
Queis præsens erat, abditam.
Nec solum exiguis rebus inæstuans,
Priuatas agitat domos:
Ipsis imperiis, dum libuit, nouam
Inducit faciem ferox.
Hæc regum arbitrio nos voluit regi,
Donec Tarquinii furor
Commouit proceres, tam rigidum vt semel
Ceruice executerent iugum.
Hinc nos cura Patrum, curaque Consulum
Tutos semper ab exteris,
Iam per longa satis tempora præstitit:
Non à seditionibus,
Quas penè adsiduas exitialiter
Feruens imperii sitis
Nonnullorum animis insita commouet.
Hæc Gracchis animos dedit:
Hæc Sullas, Mariosque in patriæ luem
Armauit. Sed opus quid est
Prisca exempla referre? Hæc quoq; Cæsarem.

Digitized by Google

Commiſit genero neque
Impoſtus prius eſt horum odiis modus,
Quàm Mars ſanguine ciuium
Campos Pharſalicos vndique tinxerit.
Tunc, Pompei, caput in tuum
Belli terrificus detonuit fragor.
Nunc Cæſar ſolio inſidens
Optatis fruitur, proque libidine
Solus temperat omnia.
Sic iam nomine ſub nouo,
Regni forma redit vetus.
Atque hoc ſcilicet efficit
Non vſquam ſtabili fixa manens pede
Sors, rerum domina omnium.

Actus Secundus.

M. BRVTVS.

Quouſque tandem, Brute, virtutem tuam
Dormire pateris ocioſam, degener?
Quouſque differs ciuitatem liberam
Tuâ videre vindicatam dexterâ?
Nihilne te virtus tuorum commouet,
Nomenque Bruti? nil gementis patriæ,
Preſſæ à tyranno, opem que poſcentis tuam
Conditio dura? nil libelli ſupplices,
Queis Brutum abeſſe ciuitatis vindicem
Ciues queruntur? hæc parum ſi te mouent,
Tua iam, vir vt ſis, te ſatis coniux monet,
Fidem cruore quæ tibi obſtrixit ſuam,
Teſtata ſic ſe auunculi prolem tui.
Si ab exequendis te avocat cœptis timor,
Animuſque pigro torpet ignauus gelu,
Ex fœminâ perdiſce, quid deceat virum.
An verò ſtirpis auctor, & princeps tuæ,
Dominatione ciuitatem regiâ
Quod liberarit, poſt honores maximos

Com-

Complexus astra est: Seruilius, à quo tua est
Deducta mater, Melium in causâ pari
Peremit: vnum exempla te per talia
Pigebit ire & gloriam adipisci parem?
Mucrone saluo, atq; artubus adhuc integris,
Videre Brutus, & pati regem potest?
Imò audeamus magnũ aliquid & nos quoq;:
Mactatus hacce dexterâ tandem cadat;
Qui quandocunque ceciderit, serò cadet;
Pro patriâ confligere, augurium optimũ est.
Generosiores fræna detrectant equi;
Nec nisi coacti perfuerunt tauri iugum:
Roma patietur, quod recusant belluæ?
Reges adorent barbaræ gentes suos,
Non Roma, mundi terror, & mundi stupor:
Viuente Bruto, Roma reges nesciet.
At verò non *rex* iste, sed *dictator* est.
Dum res sit vna, quid aliud nomen iuuat?
Ad nomen illud refugit & oblatas sibi
Reicit coronas. fingere hoc, & ludere est:
Nam cur Tribunos igitur amouit loco?
At mihi & honores, & semel vitam dedit:
Plus patria illis omnibus apud me potest.
Qui se tyranno in patriam gratum exhibet:
Dum vult ineptè gratus esse, ingratus est.
O rem pudendam! mollis & vix vir satis,
Regit Quirites Martis ortos sanguine,
Totumque nutu pathicus orbem temperat.
Accingere, & vim, Brute, nunc profer tuam:
Accommoda orsis venit implendis dies.
Phœbus renascens subditos ciues iugo,
Seruosque vidit: liberos videat cadens.

Cassius Brutus.

O cuius alto nixa virtus pectore
Sperare Romam sola depressam iubet,

Digitized by Google

Magnanime Brute, Phœbus aurato diem
Adduxit ore, tandiu optatam mihi,
Quâ patria noſtrâ libera euadat manu.
Ita fauſta votis ſors meis reſpondeat,
Vt hæc tyranni virulentum ſanguinem
Haurire dextra geſtit & vix ſe tenet:
Vtq; hæc nihil me cogitantem præter hæc
Nox tota vidit: Sic in illum me feram,
Sic inuolabo, ſic mucronem pectore
Condam ſceleſto: fors & ipſis dentibus,
Ceruice dirâ, noxium abſcindam caput;
Cruento vt ore, prodiens in publicum,
Clamare poſſim. Roma tandem libera eſt:
Ferus ille animus, & publici inuaſor boni,
Tenues in auras diſſipatus vanuit.
Tunc ſi vel atrâ morte ſit pariter mihi
Mutanda vita, lætus atque alacer cadam.
Bene moritur, qui patriam moriens iuuat.
Quid tu? quid altâ mente tecũ muſſitas?
An non eodem prorſus affectu cales?
Effare: nam quamuis legi in vultu poteſt,
Orationis ſum tamen cupidus tuæ.
BRV. Quid me plura loqui opus eſt, Caſſi?
Num mea tibi conſtantia nota eſt?
Semel inter nos ſtetit, aut vitam
Pectore forti ſimul abiicere,
Aut patriam transdere in antiquam
Libertatem: ſemel hoc dictum eſt.
Aut hoc neceſſe eſt perfici, aut Brutum mori.
CASS. O Romuleæ gloria gentis,
Quàm tibi verè rigido incoctum eſt
Pectus honeſto! quàm tua me animi
Oratio ſecurum eſſe iubet!
Vnus mihi nunc ſcrupulus reſtat,
Vnane operâ confodiendum

Cum

um Cæſare ipſo cenſeas Antonium.
BRV. Iam ſæpe dixi id eſſe conſilium mihi,
Sauis perimere ciuibus tyrannida.
CASS. Perimatur ergo ab infimis radicibus
Ne quando poſthac cæſa rurſum pullulet.
BRV. Latet ſub vno tota radix corpore.
CASS. Itan' videtur? amplius nil proloquar.
Tibi pareatur: te ſequimur omnes ducem.
ide modo vt, cùm opus erit, adſis. BRV. videro.
CASS. Ego interim meque & meos parauero.

CHORVS.

Quicunque forti pectore, patriam
ræferre vitæ non dubitat ſuæ,
Vt vel per enſes, propter illam,
Oppoſitoſque feratur ignes:
on ſummus illi rerum opifex Deus
igro reuinxit pectora frigore;
Sed ſpiritus ceſſit ſuperbos,
Indomitamque timore mentem:
t bullienti plurima ſanguine
œleſtis auræ ſemina condidit,
Et dixit I, plebem prementes
Contere, nil veritus, tyrannos.
ac arte præſtans Harmodius, ſuos
eruauit, vno nixus amiculo:
Nunc vtriuſque excelſa florent
Nomina non tribuenda ſeruis.
uos ſi ocioſos tuta ſequens timor
orte auocaſſet rebus ab arduis:
Qui mortuos conſumpſit ignis,
Nomina non minus obruiſſet.
aret ſeuerus crimine Carnabas,
t laude dignus creditur, haud probro;
Quamuis ferocem cæde dextram
Tingere nil veritus paternâ.

Digitized by Google

Odit tyrannos Iuppiter,& fauet,
Cùm quiſquam in illos conſilium parat:
Illoſque natis ſæpe tradit,
Coniugibuſque ſuis necandos.
O quot, quibuſque eſt plena periculis
Sors imperantum! præcipue quibus
Non ciuium concors voluntas,
Sed regimen peperere vires.
Plebem timeto, qui ſolio inſidens,
Plebi timeris.fons odii timor
Audere iuſſit multa multos
Sæpe gelu calor excitatur.
Rarus tyrannus morte perit ſuâ:
Illos veneno cauta necat manus,
Hos plebis iratæ tumultus,
Hos rigidus gladio ſatelles.
Multo ille vitam tutius exigit,
Quicunque paruis priuus in ædibus,
Nullum timens, nulli timendus,
Pelle ſub exiguâ quieſcit.

Actus Tertius.

CALPVRNIA. NVTRIX.

O Di! moleſtis tollite omen ſomniis,
Nec ſinite, quæſo, pondus vllum tam malis
Ineſſe viſis. horror artus concutit,
Corpuſque totum frigidus ſudor lauat,
Quoties recordor: menſque neſcio quod malum
Præſagit ipſa. N V T. alumna,quidnam eſſe hoc putem
Mœſto quod ore,& lacrymis manantibus,
Secreta quæris,teque nobis ſubtrahis?
Quæ cauſſa fletus? quiſve tam ſubitus dolor
Turbare mentem tam citò potuit tuam?

Poteſtne

téstne flendum quippiam contingere
.ptæ viro, qui pene fortunam regit?
A L. Dilecta nutrix, quid mihi instet, nescio:
d me misellam mirus inuasit timor.
V PT. conceptus vnde? CAL. Nil tibi, vel si velim,
clare possim. visa noctis proximæ
e terruerunt: victa nam postquam dies
esterna cessit, noxque nigro tegmine,
uoluit omnem cæca telluris globum,
mplexa blandum Cæsaris collum mei,
acidâ quiete vix resolui cœperam,
um mihi repente visus. heu nutrix mea,
etine labantem. NVT. Alumna habeto animū bonum.
opor timores sæpè vanos obiicit.
arrare perge cuncta, velut occœperas.
AL. Cæsar meus, nutrix mea heu, Cæsar meus,
Meus ille Cæsar, quo mea innixa est salus,
Mihi visus vlnas inter effusus meas,
acêre multo sanguine, & tabo fluens,
Multisque plagis pulchra fossus pectora.
Tum mihi quietem subitus excussit timor.
Misera arctius repente complector virum,
Pectusque tento, quæque somnus finxerat,
Vix falsa credo: vix habeo manibus fidem.
Heu! quid Deorum, talibus visis, mihi
Minatur ira, quidve portendit mali?
NVT. Omitte questus, néve nondum vrgens malum
Celerare perge. qui malum timet imminens,
Geminat timendo. siue nil instat mali,
Fallaxque mentem imago turbauit tuam,
Cur vana veros caussa producet metus?
Seu (quod repellant sancta Diuûm numina)
Mutata Romæ fata quid grauius parant,
Tamen haud timendum est. Rite conceptis Deos
Mollire votis, thuraque aris omnibus

Adolere præſtat. non exorabilis
Mens eſt Deorum: ſæpe flectuntur prece.
Quanquam equidem, alumna, inſtare nil exiſtimo:
Sed vana mentes ſæpe ludunt ſomnia.
Quàm ſæpe inanis eſt mihi obiectus timor,
Sic ſomnianti? nulla ineſt ſomno fides.
Quis tam vel audax, Cæſarem vt petere audeat,
Vel tam impius, petere vt velit patriæ patrem?
Quotquot vel error, vel voluntas pertinax,
Vel inuidia Cæſari inimicarat tuo,
Partim verendus perculit Martis furor.
Miranda partim Cæſaris clementia
Seruauit, & ſeruando amicos reddidit.
An vllus ingenio eſſe tam immani queat,
Debere vitam vt cui ſuam ſe intelligat,
Illius ipſe tentet inſidiis caput?
O! mitte queſtus, abiice ex animo metum.
Venti leues tua diſſipabunt ſomnia.
CAL. Ita Dî velint. vtcunque ſit ſaltem virum
Precabor, vt ſe contineat hodie domi.
Vbi quid timetur, cautio nunquam nocet.

CHORVS.

Iam dies Annæ rediit Perennæ:
O quot in lætis, Tiberine, ripis
Senties luſus hodie venuſtos!
Quot puellarum pedibus premêris!
Candidi quot te iuuenes reuiſent,
Quot ſenes! qui dehinc titubante greſſu,
Sæpe ſiccatis madidi culullis,
Nare de criſpâ tremulum vibriſſent,
Et vacillantes agitent choreas.
Di! procul læuum teneatis omen,
Neu mali quicquam ſinite euenire,
Quominus vultu populus ſereno

Poſ-

ſſit antiquos celebrare ritus:
uta ſed veſtro aſſiduè perennet
oma fauore.
Nil in humanis ſtabile eſt putandum:
pe ſecuros inimica luſus
orrido turbat Nemeſis flagello:
rataque in luctus, gemituſque amaros
audia vertit.
bſtine ô denſa ſata nocte virgo,
irgo, quæ voces reprimis ſuperbas,
t feris ſceptro nimium potenti
Magna locutos.
Romuli te gens colit, & veretur:
ur premas, qui te venerantur & qui
ebito addicti tua proſequuntur
umina cultu?

Actus Quartus.

CÆSAR. CALPVRNIA. Decimus Brutus.

Ne deprecare: turpe me fractum metu
eſiſtere eſſet. CAL. tam nihil apud te valent
xoris (eheu!) pene iam exanimis preces?
ÆS. quid? ſomniis me credere tuis poſtulas?
AL. Non. ſed timori vt nonnihil tribuas meo.
ÆS. At iſte ſolis nititur ſomniis timor.
AL. Finge eſſe vanum: tribuito aliquid coniugi.
ÆS. Etiam petenti, quod decus lædat meum?
AL. Non: ſed petenti, quod caput ſeruet tuum.
ÆS. Deſine timere. CAL. Audere deſine tu prius,
uæque ſi adeo ſpernis vxoris metum.
ouere vatum oraculis minacibus,
ericuloſam qui tibi hanc lucem admonent.
i ſpectra, ſi te auſpicia, ſi fibræ monent
auere, & hunc meum timorem comprobant,

Quid

Digitized by Google

Quid in paratam pertinax mortem ruis?
CÆS. Quando timorem ponere aliter non potes,
Ne nos tibi queraris omninò nihil
Tribuere, mittatur Senatus in hunc diem.
D.BRV. Magnanime Cæſar quod tibi verbum excidit?
Téne potuiſſe Barbarorum copias,
Nil mente motâ, fortiter contemnere,
Non poſſe nunc temnere mulieris ſomnia?
Vbi pectoris vis illa præcellens tui eſt:
Quam ſenſit olim, qui ſepteno videt
Nilum per arua profluentem gurgite,
Quique glaciali colla ſuppoſitus polo,
Concreta pigro maria ſulcat marmore,
Et quos rapaci Rhodanus vnda verberat,
Galli feroces? ô ſtatum deterrimum;
Si Cæſar orbem, Cæſarem mulier regit.
Conſcende currus, læta victrix aureos,
Gemmantibuſque peruehitur vrbem rotis.
Totius orbis ſola domitorem domas.
Veteres triumphos Roma nunc ſileat ſuos,
Et militaris conticeſcat gloria:
Inuictus armis Cæſar hodie vincitur.
Quid, Cæſar, animi Patribus credis fore,
Si te iubente conuocatos, iuſſeris
Abire nunc; redire, dum Calpurniæ
Meliora ſeſe obiecerint inſomnia?
Vade potius conſtanter, & nomen cape
Parthis timendum: aut, hoc minus ſi te iuuat,
Prodito ſaltem atque ipſe Patres mittito:
Ne negligi ſe, aut ludibrio haberi putent.
CÆ. Incertus animi, & huc, & illuc diſtrahor:
Qualis per æquor concitum bacchantibus
Deprenſa ventis fertur incerto ratis,
Agitata curſu: pellit illinc Africus
Creber procellis, Eurus hinc, illinc Notus:

Sic

c me hinc tuæ, Calpurnia, inflectunt preces,
inc dicta Bruti: sed tamen quando semel
el cadere præstat, quàm metu longo premi:
on si trecentis vocibus vatum auocet,
on si ipse voce propriâ præsens Deus
Moneat pericli, atque hic manendum suadeat,
e continebo. Desine, vxor, conqueri.
amus: omnis iacta nobis alea est.
AL. Abiit, mea nil dicta moratus.
Di, qui Romæ geritis curam,
Quo vos fas est cunque vocari
omine, si vos manibus puris,
Menteque castâ semper colui,
eruate meo in Cæsare Romam.

CHORVS.

Creditur vulgus muliebre, nunquam
Consilii micam dare profuturi;
Sed rapi affectu, penitusque sanâ
Mente carere:
Sed tamen si quis bonus æstimator
Rem putet rectâ ratione totam;
Dicet in multis micuisse magnam
Consilii vim.
Ilion nunquam cecidisset olim,
Imo adhuc arces Priami manerent,
Si Deo plenæ Paris audiisset
Dicta sororis.
Illa, cùm læta tumidus rapinâ
Raptor ad sedes patrias rediret,
Dicitur totam, resoluta crines,
Isse per orbem,
Clamitans; turpem procul ire mœcham
Cogite, ô Teucri, gerit illa secum
Mœnibus vestris, Phrygiæque fata
Vltima pubi.

Cæ-

Cæde iam campos video madentes:
Iam ferox gnatus Thetidos marinæ.
Hinc, & hinc ſtrages geminat tremendâ
Cuſpide pugnax.
Iamque mutato Simois colore
Inficit ripas, galeaſque ſecum
Voluit, & fortis madidas iuuentæ
Sanguine cetras.
Ah dolor! ſanctas etiamne ad aras,
Exuis vitam genitor, ſenilem?
Nec vel Hercæus cohibet furentem
Iuppiter iram?
Hæc, & his multo cecinisse plura
Dicitur quondam furibunda vates:
Sed dolor Phœbi vetuit ſuperbos
Credere Troas.
Pertinax quiſquis ſibi credit vni,
Cæteros ſpernens melius monentes:
Ille, ſi cœptis pereat ſub ipſis,
Iure peribit.

Actus Quintus.

BRVTS, ET CASSIVS.

Spirate ciues. Cæſar interfectus eſt,
Ille, ille Cæſar, patriæ terror ſuæ,
Hoſtis Senatus, innocentum carnifex,
Legum ruina, publici iuris lues,
Cuius rapinas nuper, & libidines
Agnouit orbis totus, & perpeſſus eſt,
In curia, quam oppreſſerat, oppreſſus iacet.
CASS. En, Roma; gladium adhuc tepentem ſanguine:
En dignitatis vindicem dextram tuæ:
Impurus ille, qui furore nefario,
Rabieque cæca, te, & tuos vexauerat,

Hac,

ac,hac manu atque hoc,hocce gladio,quem vides,
onſauciatus,& omnibus membris lacer,
ndam cruoris, & animam euomuit ſimul.
R V. Ite, ite ciues,conuolate in curiam:
Ientem nouo ſaturate iam ſpectaculo.
nmanis ille latro, qui regnum ſuæ
am ſpe vorarat patriæ oppreſſæ incubans,
nimâ probris plenâ omnibus ſpoliatus eſt.
e, & cadauer illud obſcœnum feris
ate laniandum, quò feram abſumant feræ.
CASS. Erymantheum perculerit Alcides aprum,
Iydramq; flammis pertinacem extinxerit,
apſumq; cœlo, iterumque cœlo redditum
Confecerit leonem: in vno corpore
excenta nobis monſtra debellata ſunt.
i ſtrenuis iuſtus datur factis honos,
Tua Brute, faſtos ampliabit gloria.
BR V. Quicunque mente patriam ſæua premit,
Suoſque ciues ſubdit,vt ſeruos, ſibi,
Dum blandientis iam tenet ſummum rotæ,
pſoſq; penè temnit æqualis Deos:
Simul atque verſus ceſſat aſtrorum fauor,
Et conſtitutas tempus adduxit vices,
Cadit;ſuoque cæteros caſu monet,
Virtute dempta, ne quid æternum putent.
CASS. Sic,ſi tyranni debitas pœnas luant,
Nunquamque ſiccâ finiant vitam nece.
Eamus hinc & editam Capitolii
Scandamus arcem. Roma tandem libera eſt.

CALPVRNIA. CHORVS.

Eheu quis aures nuntius tetigit meas,
Cecidiſſe dirâ Cæſarem Bruti manu!
O ſomniorum iam nimis veram fidem!
Sic miſera quondam Troici coniux ſenis,

Quam

Quam ſomniaret, tulit, & experta eſt facem.
O, quæ dolori verba ſufficiant meo!
Dehiſce terra, meq; miſeranda abripe.
Aut vos nefandi parricidæ, huc, huc cito
Venite greſſu, quoque ferro coniugem
Meum necaſtis, me, me eodem tollite.
Secunda veſtras hoſtia expecto manus.
Cupidè madentem coniugali ſanguine,
Iugulo mucronem, aut pectore excipiam meo.
Nondum litaſti Brute, perficito ſacrum.
Nondum peremptus Cæſar eſt: pars illius
Maneo ſuperſtes. non meus vitam tibi
Vir denegarat: ne mihi mortem nega.
Moriar ſemel, quo deſinam toties mori.
At tu doloris turba noſtri particeps,
Dum languidus paulatim animus abſumitur,
Et membra linquens tabida, petit Cæſarem,
Adiunge mœſtam fletibus vocem meis.
CHO. Ætheris alti lugeat orbis:
Tuque ô radiis incincte caput,
Volucris ſplendens arbiter anni,
Propera pulchros abdere vultus,
Tu quoque ſalſæ dominator aquæ,
Valido terram concute ſceptro.
Omnia mœrorem patefaciant.
Ille ſubactæ gloria terræ,
Nunc repetiti gloria cœli.
Vno Cæſar Ioue patre minor
Liquit terras.
O impuri! ô illaudati!
Quorum ſacrilega manus potuit
Tantum mundi extinguere lumen!
Quæ vobis ſint ſupplicia ſatis?
Quis taurus, quæ rota, quis gladius
Poſſit veſtrum æquare furorem?

bis tellus, vobis æther,
bis deneget vnda quietem,
s vltrices agitent furiæ:
a cruentis agitet flagris,
ra tetro coquat igne genas,
ites alia obiiciat colubras,
æ se vestro sanguine pascant:
gia donec sede receptos
net rostro vultur adunco,
xet iniquum Æolidæ pondus,
pplicii quicquid acerbi
leratos exagitat manes.
u nostri caussa doloris,
ltum flete,& multum fiende,
, bone planctus accipe, Cæsar.

CÆSAR

uid cœlitum me fletis adiunctum choro?
luridi me stagna Cocyti tenent,
templa cœli: non malignæ me furor
git cohorti. ipsa iam genitrix manu
ollocarat inter astrorum globos:
lacra tantum nuda dilaniata sunt.
pse cecidit: vmbra cecidit tantum mea.
ite flere: lacrymæ miseros decent.
me furenti (vera præmoneo,indiges)
animo adorti, non inultum illud ferent.
s meæ virtutis, vt sceptri mei,
s sororis, arbitratu pro suo
s reposcet: ponite modum luctibus.
d alta cœli tecta stellantis feror.

CALPVRNIA.

de quæso, vox ad aures ista peruênit meas?
num, marite, dulcem vocis agnosco tuæ,
iniqua te peremit parricidarum manus:

Digitized by Google

Viuis, & receptus aſtris, lætus aſſides Ioui.
Quo ſoles, bonus, fauore perge complecti tuos.

CHORVS.

Sunt manes aliquid: cumque diem vltimum
Adduxit fera mors, eſt aliquid tamen,
Quod vitiat Libitinam,
Extructoſque fugit rogos.
Id ſi, dum vegetat membra, datum ſibi
Vitæ curriculum puriter egerit,
Nec ſe turpificarit
Impuris ſcelerum notis,
Mox, vt corporeo carcere liberum eſt,
Rurſus ſidereas conuolat in domos,
Qua Saturnia lacte
Signauit proprio viam:
Atque illic numero cælicolum additum,
Cæleſti ambroſiæ gramine veſcitur,
Et carcheſia ſacri
Plena nectaris ebibit.
Hæc olim haud dubie præmia vos manent,
Quicunque innocuo pectore ſimplices
Virtutemque tenetis,
Et canam colitis fidem.

Finis.

ELEGIA PRIMA.

NOn ego Cadmæos meditor committere fratres,
Quorum inimicitias ipſa locuta pyra eſt:
Non veteris Troiæ lacrymoſa reponere bella:
Bella canenda aliis, bella cauenda mihi.
Hoc aliis per me liceat decurrere campo,
Illa meis non eſt verſibus apta ſeges.
Me Venus, & Veneris certo puer improbus arcu
Eneruant, numeros attenuantque meos,

Ne

Nec præter dominæ blandum ridentis ocellos
Carmine me quicquam concelebrare ſinunt.
Forſitan iſta ſenes culpabunt ſcripta ſeueri:
Quid faciam? res eſt imperioſa decor.
Quem non ille hominum, quem non mouet ille Deorum?
Sæpe etiam cœlo diripit ille Iouem.
Me quoque Margarides decor admirabilis vrit,
Et ſibi deuinctum magna ſonare vetat.
Nec verò, Aonides, veſtro me excludite cœtu,
Si qua ego virginibus non ſatis apta canam.
Nempe etiam è vobis iuuenili capta decôre
Oeagro tenerum ſubdidit vna latus.
Si nulla è vobis vllum ſenſiſſet amorem,
Vnde foret, quæſo dicite, natus Hymen?
Sanctus Hymen, qui ſeductas à matre puellas
Abripit, inque viri collocat ipſe ſinu.
Et tu, quæ in me oculis nimium violentibus vſa,
Nunc ſpolia è noſtro ſanguine opima refers,
Hos numeros hilari (quid enim vetat?) accipe vultu,
Et vide, vt in ſpeculo, quid tua forma queat.

ELEGIA SECVNDA.

Prima meæ quiſquis deliramenta iuuentæ,
Et ſpecimen tenuis reſpicis ingenii,
Sic tibi, ſi quid amas, ſemper contingat amari,
Inuidiâ vacuus, ſi legis iſta, legas:
Nec tibi ſit duros acuiſſe in carmina dentes,
Carmina quæ propriis ſcripſit Amor manibus.
Seu ſunt grata tibi, qua fronte placentia culpes?
Seu minus, ecquis te cogit, vt illa legas?
Seria ſi quæris, non ſunt hîc ſeria, lector:
Scribere amatorem ſeria poſſe putas?
Nos ignes canimus, pueri nos tela volantis:
Omine non fauſto cognita tela mihi;
Et dominam, cuius ſub amœnâ fronte relucent

Lumina Sidereis æmula luminibus,
Lumina materies ardoris maxima noſtri,
Lumina, quæ mentem ſurripuere mihi:
Hæc ego ſola canam, dum florida ver aget ætas:
Sit procul hinc tragico ſyrmate Muſa tumens.
Poſt, mea cùm multi diſtinguent tempora cani,
Venerit & tremulo curua ſenecta gradu,
Tunc mihi ſit curæ ſolis perdiſcere curſum,
Anne, & quæ noceant ſidera, quæque iuuent,
Quot cœlum teneant zonæ, quot partibus orbis
Conſtet, & vnde cadant fulmina, curve cadant.
Vtamur, dum fata ſinunt, melioribus annis,
Et totâ nobis mente colatur Amor:
Dum decet & poſtes nocturnâ frangere rixâ,
Nec pudor eſt vernis frons redimita roſis:
Dum decet & mentem leni vincire Lyæo,
Et dominæ clauſas ante iacêre fores.
Auferet hæc ſecum, velut aufert omnia, tempus:
Cernis, vt hora, dies, menſis, & annus eunt?
Qui modò vagibat, nunc eſt puer; inde repente
De puero iuuenis; mox vir; & inde ſenex.
Quare florentes, aptoſque caloribus annos
Quiſquis agis, Veneris viue ſub imperio;
Ne fruſtrà ætatis meliori parte peractâ,
Viuere tunc cupias, viuere cùm nequeas.

ELEGIA TERTIA.

Scire cupis quæ ſit votorum ſumma meorum,
Et quâ præcipuè viuere ſorte velim?
Non ego tecta mihi Phrygiis innixa columnis,
Diuitis aut auri pondera mille petam;
Non ab Erythræo rependas littore conchas,
Aut quæ centenas iugera taurus aret:
Sed tecum longæ traducere tempora vitæ,
Securumque tuo ſemper amore frui.

Tunc

unc ego purpureos paſſim contemnere reges,
Præque meâ ſors eſt, dicere, veſtra nihil,
me candidulis incinctum, vita, lacertis
In tepido teneas, confoueaſque ſinu,
e nunc mellitis mulcens ſermonibus, & nunc
Continuo fixis impete baſiolis,
motum ſtrepitu, dominæque tumultibus vrbis,
Verſantem valido pinguia rura boue.
: tecum, mea lux, vitæ traductus inerti
Viuere ſi poſſim, nil prius eſſe putem.
cum ego per montes, tecum per deuia teſqua,
Et curram nullo per loca tacta pede:
ſt, vbi currendo fuerit laſſatus vterque,
Feſſa in gramineâ membra reponet humo,
rurſum certamen erit linguiſque, labriſque,
Quod vel Chaonias vincere poſſit aues:
Titan & quiddam poſt baſia multa ſequetur,
Multo illis quod ſit dulcius & melius.
n ego tunc loculi metuam grauioris amantes.
eruandæ bona ſunt rura pudicitiæ:
nea non illic, non ſunt populoſa theatra,
Non quicquid mentes ſollicitare poteſt,
nemora, & placido currentes murmure riui,
Demulcenſque rudi carmine paſtor oues.
ro deterior nobis cùm venerit ætas,
parſerit & canâ tempora noſtra niue,
ic curare cutem, genioque litare decebit,
um fuerint vitæ ſtamina rupta meæ.
n mea tu, ſed non longum manſura ſuperſtes;
ı tumulo condes oſſa minuta breui:
ıde vbi te pariter ſæuâ mors impia falce
ıſerit, & iuris iuſſerit eſſe ſui,
nos, te potui tumulo mandabis eodem:
ıſcriptum lapidi carmen & iſtud erit,
fuerat binis vnum, mens vna, viator,

Quorum nunc vnus contegit oſſa lapis.

ELEGIA QVARTA.

Virgo oculis ipſis meritò mihi carior,ac non
Solùm oculis ipſis,quinetiam ipſa anima,
Quam niueus morum candor,mens neſcia fraudis,
Plus quàm maiorum ſtemmata nobilitant;
Nobilitent licet ipſa,licetque à ſanguine claro,
Et non obſcura ſit tibi ſtirpe genus,
Quanta,putas,noſtram vexarunt tædia mentem,
Ex quo diuerſis cœpimus eſſe locis?
Mitius hoſtili ruerent cum Pergama dextrâ,
Laomedontiadas indoluiſſe puto:
Mitius Electran, falſas cum triſtis ad aures
Venit Oreſtææ nuncia fama necis.
Scilicet haud alius campis errabat Aleis
Excuſſus patrio munere Bellerophon.
O quoties ægro ſuſpiria pectore duxi,
Atque ignis,dixi, quàm procul hinc meus eſt!
O quoties quauis libuit mihi morte paciſci,
Poſſemus paucos vt ſimul eſſe dies!
Occurrunt animo ridentia lumina noſtro,
Occurrit fuſco blandus in ore lepos:
Nunc molles ſubeunt riſus.nunc gratia fandi,
Nunc ſubeunt ſciti, ſed ſine dente,ſales,
Verbaque, amareſcunt mihi præ quibus omnia mella.
Ah! me his tam longum poſſe carere bonis!
Improba,Perſephones educta ex carcere Peſtis,
Vix tua plus vlli, quàm mihi, tela nocent:
Falx tua non paucos letho multauit amaro,
Falx tua corde meo me iubet eſſe procul.
Illis finis adeſt vitæ, finiſque dolorem,
At mea perpetuus pectora langor habet.
Hem!nunquámne ego te poſthac,mea cura,reuiſam?
Nunquámne os iſtud ſuauiloquum aſpiciam!

Nun-

nquam erit, vt veteri Sol nos de more iocantes
Conſpiciat ſurgens, conſpiciatque cadens?
rtè equidem eueniet. Viden' vt iam fulgure læuo
Firmarit noſtras Iuppiter ipſe preces?
es fouet in medio iactatos æquore nautas;
Spes fouet armatos. ſpes fouet agricolas.
es fouet incluſos tenebroſo carcere ſontes;
Et nos in vitâ ſpes quoque ſola tenet:
c modo ne quando temere concepta putetur,
Fac, fiat ſcriptis certior vſque tuis.

ELEGIA QVINTA.

n ego Cumæi peragam ſi pulueris annos,
Viuere Margaridos liber amore queam:
c ſi ſe lecto Venus offerat aurea noſtro,
Margaridem Veneri poſtpoſuiſſe velim:
m mihi confixit iaculo præcordia certo
Idalius cornu notus & igne puer.
c quoque naſcenti cecinerunt fata ſorores,
Quas Nox antiquo ſuſtulit ex Erebo.
Paris Oenonen quamuis ardenter amarat,
Suſtinuit viſa linquere Tyndaride:
terat & Theſeus, ego te Minoi relinquam?
O ea ſit letho tardior hora meo.
: bene vectus erat ſpumoſa ad littora Diæ,
n viduo coniux ſola relicta thoro eſt.
bmergi, dum per Neptunia prata vagatur,
Dignus & iſte fuit, dignus & ille fuit,
i potuere ſuos alio transferre calores,
Et vitas vitâ deſeruere prius.
le ego ſi faciam facinus, mihi terra dehiſcat,
Et rapiar Siculæ viuus in antra Deæ:
c me Tragicæ vexetis Erinnyes, illic
Omnia cunctorum ſolus acerba feram.
l neque tam dubius, neque ſum tam fictus amator:

Vna dies vitam finiet, vna fidem.
Quandocunque igitur fatalia tempora menſus
Ad vacuas lucis cogar adire domos,
Margaris ipſa mihi natitantes claudat ocellos,
Vitamque ore ſuo carpat ab ore meo:
Pòſt effuſa comas, noſtrum fleat ante ſepulcrum,
Serta ferens lacrymis humida facta ſuis,
Et dicat, Vates nuper, Murete, fuiſti,
Non bonus; ac certè fidus amator eras.

ELEGIA SEXTA.

Margari, quis mihi te reddat Deus, aut tibi quis nos,
Adſpectu vt grato poſſit vterque frui?
Nec ſolum adſpectu; ſed oſcula ferre citato
Impete, quæ nullus dinumerare queat:
Vt colludentes iucundo murmure linguæ
Committant auidas per patula ora animas.
Non ita læta fuit quondam Icariotis, Vlyſſem
Cum vidit ſaluum poſt duo luſtra ſuum:
Nec tam iterum accepta Lyrneſſide lætus Achilles,
Quâ quondam abducta fleuerat ipſe diu,
Quàm te conſpectâ ſcis me, mea vita, futurum:
Quàm me conſpecto te ſcio, vita, fore.
O quàm auidè, ô quoties, ô quot formoſa, figuris
Iſti ori roſeo baſia preſſa darem!
Non hedera annoſas complectitur arctius alnos
Non vlmum vitis preſſius vlla tenet.
Tunc mea turgidulas tractaret dextra papillas,
Tractarent auidæ lactea colla manus.
Longa vetant, eheu, ſpatia interiecta viarum,
Quanta Hyparin vix ſunt inter & Eridanum:
Nam te Pictonicæ retinent felicia terræ
Oppida, quâ Clanus pinguia culta ſecat,
Me vero, inuidiæ procul à te dentibus actum,
Forria lunatæ mœnia Burdigalæ;

Po-

Pocula quâ veteri non inferiora Falerno
Ducit ab innumeris glarea trita rotis:
Et tamen, heu, ſine te mihi iam nec dulcia vina,
Triſtia nec quicquid corda leuare ſolet:
Ipſa mihi eſt inuiſa dies, Sol ipſe videtur
Oppoſitâ vultus abdere nube ſuos,
Et merito, quid enim ſine te non triſte putandum eſt,
Quâ ſine, vel vita eſt ipſa moleſta mihi?
O Dî, ſi miſeros veſtrûm fouet vllus amantes,
Vos tandem faciles in mea vota date:
Reddite me dominæ; vel ſi id per fata negatur,
Finiat angores nex inopina meos.

ELEGIA SEPTIMA. Ad P. Cruſelium Medicum.

Dum tu conaris Parcarum extendere fila,
Semineces luci reſtituiſque viros.
Conclamata nouam mittens in corpora vitam,
Atque Charonta leui currere naue iubens,
Interea quo me, Cruſeli docte, putares
Ducendos ſine te fallere more dies?
Scilicet, vt ſemper, noſtros agitamus amores,
Quæ vitæ nobis ſola terenda via eſt;
Et modo damnamus, toties quem ſenſimus, arcum,
Nunc de crudeli conquerimur domina:
Nunc, qua placari poſſit ratione, rogamus:
Omnia quæ quiuis tactus amore ſolet.
Hæc mea laus, hæc ſint famæ præconia noſtræ:
Non alio ad manes nomine notus eam.
Vt quondam, iuuenis telo percuſſus eodem,
Quo nos, aſſiduè carmina noſtra legat,
Agnoſcatque ſuos noſtris in verſibus ignes,
Reddaturque meis cautior ipſe malis.
Tu cui fatipotens artem conceſſit Apollo,
Morborum pelli qua genus omne queat,
Perge ſalutifera miſeris ſuccurrere dextra,

Regnaque Perſephones fac populoſa minus;
Vt tibi læta viro gratetur ſoſpite coniux,
Et penè amiſſo turba minuta patre:
Vt te fama ferat candentibus aurea pennis
Hippocrati Coo, Phylliridæque parem.
At ſine me, qui ſum ſectando natus Amori,
Inter inexhauſtas viuere nequitias:
Me diſperdat Amor, ſemper me torqueat, inque
Corde meo accenſas ventilet vſque faces:
Qui ſe te pariter certo concuſſerit arcu,
Hei mihi, quot curas perpetiere miſer!
Tunc tandem diſces, quid ſi ſeruire puellis,
Tunc tandem, excludi quid ſit, amice ſcies.
Nil tibi multiplices cognoſcere proderit herbas,
Hunc etenim morbum pharmaca nulla iuuant.
Quippe etiam Phœbum virgo Peneia torſit;
Profuit auctori nec medicina ſuo.
O quàm ſæpe mihi, mallem cariſſime, dices,
In gelidis Schythiæ montibus eſſe lapis.
Hæc te, & plura manent: ſed quæ tua cunque futura eſt,
Ingenio ſaltem digna ſit illa tuo.

ELEGIA OCTAVA.

Baſiolum blando tetulit mihi margaris ore,
Ambroſia & dulci nectare dulce magis,
Quale thymo aut caſiæ, verni ſub primula Solis
Lumina, cùm blando murmure libat apis:
Inde fugit propere pedibus laſciua proteruis,
Dum ſeſe in tenebris poſſe latere putat.
Sed nihil eſt: non ſiuit eam latuiſſe Cupido;
Erranti faculas prætulit ille mihi.
Iam te igitur rurſus teneo formoſula, iam te
(Quid trepidas) teneo: iam, roſa, te teneo.
Da mihi pro grata ſumpti mercede laboris
Ter tria, terque tribus baſia ducta modis.
Dic age, num ſentis animos concurrere noſtros,

Dum ſibi dimidium quærit vterque ſui!
Sic age, ſic mea vita animos iungamus vtrinque,
Nulla vt eos poſſit diſſociare dies,
Quin tandem ambiguæ poſt iura precaria lucis
Vnicus è gemino ſpiritus ore fluat.

ELEGIA NONA.

Margari, flammeolis quæ me comburis ocellis,
Per quos in cineres, hei mihi, viuus eo,
Dic mihi qui facias tam multa incendia, cum ſis
Candidior prima frigidiorque niue?
Nanque ea quæ molles exeſt mihi flamma medullas,
A te, ſi qua fides, non aliunde venit:
Tu tamen, heu, tanquam glacie circundata pectus,
Edure noſtras reſpuis vſque preces.
Eſſe quid hoc dicam? neque enim potis eſt in eodem
Cum ſummo ſummus frigore ineſſe calor.
Scilicet & quæ nos fieri non poſſe putamus,
Cum libet, & quoties perficit vnus Amor.
Is tibi cor miſto circundedit igne geluque,
Quæ poſſent ferri ſingula, iuncta necant.
O igitur glacies quouis ardentior igni,
O ignis quauis frigidior glacie,
Aut ne me perdant tua frigora, mitius vre:
Aut ne flamma gelu proiice, Diua, tuum.

ELEGIA DECIMA ad F. Verum. Lomenium.

Heu mihi, cur genio vis me pugnare, Lomeni,
Naturæque iubes vertere iura meæ?
Curve parum gratas impellis durus ad artes,
Muſica cui ſolum ſacra placere vides?
Iam nec agris miles fieri, nec idoneus armis,
Cui ſemel arriſit ruſtica vita, poteſt.
Nec ſi quem placido naſcentem lumine Clio
Viderit, admota contigeritque manu,
Hat bonus hoſtiles vnquam fœdare cateruas,
Aut ad ſæua fori iurgia promptus erit:

Omnia

Omnia ſed fugiens tranquillæ inimica quieti
Exiget ætatis mollia fila ſuæ,
Magnarum ſecurus opum, ſecurus honorum,
Omnia deſpiciens, quæ leue vulgus amat:
Ille etiam ſummos audax contemnere reges,
Præque ſua miſeros conditione putans.
Caſtra iuuent alios, bellique inamabile murmur,
Miſſaque non ſiccæ corpora multa neci,
Queis rapiat primæ teneros lanuginis annos,
Acceleretque ſuum Parca ſeuera diem.
Gaudeat hic miſeros inter clamare clientes,
Et pauidos duro terreat ore reos.
Hic adeat terras alio ſub ſole calentes,
Littoraque inſtructa plurima claſſe legat,
Seu ferat Herculeas animus ſpectare columnas,
Seu ferat annoſos ire ad Hyperboreos;
Durus, qui fragili vitam committere ligno
Audet, & ignotas æquoris ire vias;
Nec timet inuerſo decumanos marmore fluctus,
Securuſque animi ſquamea monſtra videt.
Non ſic diuini mitiſſima pectora vates,
Æthereo quorum flamine corda calent:
Ocia ſectantur ſed enim, tacitoſque receſſus,
Et ſua neglectis vrbibus arua colunt,
Splendidaq; & multo ſpectanda palatia luxu
Contemnunt, humiles anteferuntque caſas:
Illic & ſiccant generoſo plena Lyæo
Pocula Biſtonia frigidiora niue,
Et ſi neſcio quid, ſeu vultu ancilla ſereno,
Seu non informis villica pollicita eſt,
Protinus vt capta reduces ex vrbe triumphant:
O hominum felix terque quaterque genus!
Sic ego ſim: liceatque mihi, mea Margari, tecum
Non alia vitam ducere ſorte meam.
At tu, quantum in te eſt, alio nos ducere tentas,

Aſtræaq;

Aſtrææque ſequi numina, Vere, iubes:
Et, quid ais, quæſo, molli tibi carmine quondam
Proderit aut homines, aut ceciniſſe Deos?
Scilicet vt toti fueris cùm fabula vulgo,
Cumque erit in vultu plurima ruga tuo.
Fortiter eſuriãs, vt te mala cogat egeſtas
Multa pati forti non patienda viro;
Sectari menſas, blande appellare potentes;
Tollere mentitis laudibus aſtra ſuper.
Quòd niſi deſiperes, poteras in luce forenſi
Verſari, & laudem quærere, opesque tibi.
Excute deceptâ blandum de mente furorem,
Qui tibi, ni caueas, pernicioſus erit.
Aduertit tardas qui recta monentibus aures,
Exitium demens fabricat ipſe ſibi.
Ergo ego vt hirſuti verboſa volumina Baldi,
Vt diſcam leges, Iuſtiniane tuas.
Dediſcam teneri modulamina blanda Properti,
Dediſcam numeros culte Tibulle tuos?
Ah peream prius, & ſæuo me fulmine tactum
Trudat in obſcuras Iuppiter ipſe domos.
Quàm melius dulces dominæ in complexibus annos
Ponere, & in caro ſæpe iacere ſinu!
Diſpeream, ſi quicquid opum, ſi quicquid honorum eſt,
A genere hoc vitæ me reuocare poteſt.

AD PETRVM RVFVM DRVIdam Conſiliarium Regium.

SATYRA PRIMA.

Iamdudum tumido mihi bilis in hepate feruet,
Et rumpi metuo, niſi te, Auruncane, ſecutus,
Inficiam tenues mordaci carmine chartas.
Túne auſis Satyram conſcribere, tot tibi rerum
Con-

Conſcius, vt Satyræ poſſis ſatis eſſe vel vnus?
Quidni autem? nunquid par eſt audacia Balbo,
Balbo, Stentoreâ Chriſtum qui voce profeſſus,
Deinde domi cæuet, tremulum criſſante Lycinnâ?
Et tamen hunc toruis oculis, & fronte ſeuerâ,
Flammatiſque genis atque horrifico vlulatu,
Dum docet, & iactat fatuæ ſua dogmata turbæ,
In mores clamare malos ſi videris olim,
Eſſe putes ſupero demiſſum ex limine Paullum.
O mihi ſi effoſſâ liceat ſcrobe dicere, quod mox
Efferat in vulgum foliis vocalibus arbor,
Quænam ego, vel potius quæ non ego crimina dicam,
Concitus? optari ſedenim quia talia poſſunt,
Non etiam fieri dicam tibi Rufe, ſed vni
(Σοὶ γὰρ ῥητὰ λέγειν, καὶ ὁμῶς ἄῤῥητα licebit)
Quæ mihi ſiue furor, ſiue hæc ſuggeſſerit ira.
Nam quis enim eſt adeò patiens (niſi fortè Torannus
Deprenſis ſolitus blandiri in coniuge mœchis,
Et piperis multo ſaturas offerre placentas,
Dum refugit rixas, vitandaque iurgia cenſet)
Quiſnam, inquam, eſt vſquam, qui ſi ſæcli ſemel huius
Viuidius paulò faciem conſideret ira
Abſtineat? cùm iam oppreſſo virtutis honore,
Regnet in humanis vitiorum infamia rebus.
Improba quos ludi fecit fortuna choragos,
Viſceribus reliquorum, & ſanguine plebis aluntur:
Præficiuntque ſuis ſæui rationibus, haud quos
Longa fides vitæ, vel conſtans fama probarit;
Verùm aquilas, & vulturios, qui rodere norint
Ad viuum, atque vnum ex membris augere lienem.
Ringitur interea populus miſer, & prece multa,
Nequicquam ſurdas Diuorum verberat aures.
Audisne hæc, inquam, magni pater Herculis? audis?
Audisne, an dormis, an nectaris ebrius hauſtu,
Exerces poſitis genialia tempora curis?

ı aliter noſtri. Similes fortaſſe tueris.
æc aliquis, ſacro cernens qui ſulphure quercus
meritas, non monſtra illa exitioſa feriri.
ıbiem verſus, furiisque agitatus amaris,
quitur veteris non ſanum dogma Lucreti.
ılia ex aliis incommoda. Quomodo enim plebs
colat Diuos, cùm vos, qui fulmine bruto
ngitis in veſtras auſos mutire tiaras,
ıſpiciat Diuis ipſique oppedere Chriſto?
ınne libet mecum rationum euoluere libros?
ıtum lenoni ſeſtertia, mille Corinnæ.
ui! mille infami ſcortillo: deſine: pulchra eſt,
ene ſub domino lumbos vibrare perita:
netiam feſſus ſi quando elanguit ipſa
lit. & blandè ſuper illum palpitat: id tu
ınti eſſe, aut potius quanti non eſſe putabis?
erge age. In accipitres triginta expenſa canesque:
)s domini potius paſci decuiſſet omaſo)
)uit fallax plus millibus alea binis:
guenta, exoticique tulerunt cætera odores,
toresque, coquique, & rari opſonia luxus.
nterea quantum in viduas, quantum in peregrinos?
)tnam inopes pauit domini quadra? quot ſtudioſos?
nſcius eſt morum, quiſquis nunc talia quærit,
c fuerant ſub rege Numa, ſub conſule Bruto.
nc alia eſt ætas. Nugalibus hiſce relictis,
rant magnanimi ventrem, caudamque nepotes.
e gratus quiſquam eſt, niſi cui perfricta pudorem
ns omnem abſtulerit; ſic vt probet omnia, ſitque
)ene ructanti poſt cœnam applaudere porco,
)ene pedenti blandùm arridere paratus.
ſed ſatis eſt. Si fortè furor Phœbeïus olim
ntem, Rufe, meam ſimili concuſſerit œſtro,
em aliis, vni riſum tibi, Rufe, mouebo.

Ad Danielem Schleicherum Vlmenſem.

SATY-

SATYRA SECVNDA.

Rumpe Lycambæâ numeros de cæde madentes
Muſa ferox rabieque nouâ flammata, malignos
Fige hominum mores, damnataque ſecula culpæ.
At tua quis poterit patienti voluere vultu
Scripta? quotus tandem feret hæc conuitia lector?
Men' curare putas, mea quis laudetve, legatvè,
Rideat aut damnet? quaſi ſint hæc iuſta laboris
Præmia, poſt centum vigilatas ordine noctes,
Et penè eroſos repetitis morſibus vngues,
Inſani & ſemper deterrima quæque probantis
Plus aliis populi ſuffragia cœca tuliſſe.
Tu modo quem nondum ſecli contagio vertit,
Tu legito hæc, Daniel, primæque à flore iuuentæ
Diſce quot humanâ lateant ſub imagine peſtes.
Hunccine tu cui læna humeros Hyacinthina velat,
Lucentem hinc illinc auro, gemmisque ſuperbum,
Vinosâ facie, vaſti qui pondere ventris
Sudantis mulæ cedentia terga fatigat,
Adſpicis? hic primo abiecta de ſtirpe creatus,
Vilisque, ignotúsque, & terræ denique proles,
Non aut virtute, ingenuis aut artibus (illas
Ipſe ſua ex æquo cum mula nouit) at aſtu
Senſim ſubducens fatuis fundosque, laresque,
Tandem huc peruenit: rabidi nunc more leonis
Ventrem adipe inſontum & miſerorum ſanguine farcit.
Adſpice & hunc qui diducto, ceu ſimia, rictu
Putris gingiuæ viduata ſedilia pandit.
Quottidie hunc videas nitidi ſub primula ſolis
Lumina, cùm trepidus poſtico limine furtim
Emittit tota vexatam nocte ſacerdos,
Repere paulatim per delubra omnia, & illic
Obſtipo capite, & trepidantibus vſque labellis
Nunc has, nunc illas prouolui cernuum ad aras.
Hinc rediens non ille inopes fraudare recuſet,

Non

delatori periuria vendere Cordo,
facere omnia quæ vel dicere vix ſit honeſtum.
putat hanc demens eſſe in luſtralibus vndis,
ue globos precibus diſtracta mente volutis,
vel cani iugulum patris enſe reſoluat,
mmodo mortales oculos effugerit, ipſe
ſcia ſecurus contemnere numina poſſit.
ſimulatores tetrum pecus, vt mihi ſæpe
iecur vitrea diffinditur iſta tuenti!
reditis eſſe Deum cœlo qui talia curet?
rimite hoc factis. non creditis? abiicite ergo
nc fucum, & vultu ruite in ſcelus omne retecto.
c ego laruarum genus exitialiter odi.
Sed quid ego enumerans nequicquam ſingula conor?
s caret illa modo: genera ipſa euoluere longum eſt.
upra, doli fraudes, periuria furta rapinæ,
imina erant olim: noſtro ſunt tempore luſus,
os pueri teneris meditantur ab vnguibus, & quos
e docet natos genitor, materque puellas.
enimus ad ſummum; ruptis & prorſus habenis
ppreſſa rerum potitur virtute libido.

EPIGRAMMATA.

Diuo Iulio Cæſari Scaligero patri meo.

IN tenues numeros, primi monumenta furoris,
 Quo mea non ſimplex corda ſubegit Amor.
Dirige ſiderei radiantia lumina vultus
 Cæſar, & hæc nati ludicra noſce tui.
Neu pigeat ſtudiis aliquot grauioribus horas
 Subtrahere: interdum deſerere illa leue eſt.
Nempe ducum haud quiſquam, licet imperterrita geſtet
 Corda ferox, gladios ſemper & arma terit.

Qui populos iuſſiſque regunt, nutuque coërcent,
Et retinent forti regia ſceptra manu,
Non renuunt animos rerum moderamine preſſos
Interdum teneris exhilarare iocis:
Sæpe etiam vaſti mens vnica Iuppiter orbis
Flectere ſe à magnis ad leuiora ſolet.
Inſequere exemplum regumque, ducumque, Deique,
Dux olim, & princeps: nunc mihi penè Deus.

Antonio Goueano.

Summe poëtarum, quos ſecula noſtra tulerunt;
Cui ſacra Caſtalii fluminis vnda ſubeſt:
Accipe non tetricâ iuuenilia carmina fronte,
A domino limam iuſſa ſubire tuam.
Vt tibi ſi (quod vix auſim ſperare) probentur,
Olim ſe lucem poſſe videre putent:
Sin minus, æternâ damnentur vt omnia nocte,
Adſpectu tanti facta beata viri.

Ad Noctem, Sidera, & Auroram: de Dominæ pulchritudine.

Nox furua atque alis horrenda nigrantibus, & vos
Fixa meæ vultu ſæpius aſtra Deæ.
Audite hæc: tu primùm Erebi centumplicis vxor,
Quæ veniens vno cuncta colore notas.
Non pudor eſt, vbi flammeolo te Margaris ore
Pellit, & inuitum cogit adeſſe diem?
Vos quoque lucentes Æthræ radiantis ocelli,
Quorum alta aſſiduo templa canore ſonant.
Non pudor eſt oculis vbi ſcintillantibus illa
Cedere tot veſtras lampadas vna iubet?
Et tu Dardanii coniux formoſa mariti,
Tangere Sol cuius nil niſi terga poteſt.
Nunquid vbi adſpexti, quàm te procul illa relinquat,
Natiuus roſeo creſcit in ore rubor?
Non puto: quin illi vltro omnes conceditis, in quā
Miratur vires Iuppiter ipſe ſuas.

Ventis ſurentibus.

Æol.

Æolidæ celeres, dominæ Iunonis alumni,
Cærula veliuoli quos timet vnda maris.
Altifremi alipedes, cœli, terræque tetrarchæ;
Dirigite in pectus flamina veſtra meum:
Vt mea vel veſtro pereant incendia flatu;
Vel me etiam veſtris viribus aucta necent.

Ad animum ſuum.

Quonam abiit mî animus? num quò ſolet? auguror illuc:
Pectore ſe dominæ condidit ille meæ.
Siccine me tandem miſerum, fugitiue relinquis?
Siccine deſertor caſtra inimica petis?
O ſaltem flammata tuo vel ab igne caleſcat,
Frigore vel flammas enecet ipſa tuas.

Margaridi.

Dicere dum conor noſtros tibi, vita, dolores,
Ah miſero ex ipſis verba labris abeunt.
Dum tegere, & clauſo meditor ſub corde tenere,
Ingeminat vires abdita flamma ſuas.
Quid faciam? ex æquo magnum diſcrimen vtrinque eſt:
Siue loqui coner, ſiue tacere velim.
O quæ ſola meo iamdudum in pectore regnas,
Tute tibi caſus, Diua, referto meos.

Somnium.

Euge, an te teneo, mea lux an ſomnia demens
Fingo mihi? certè, lux mea te teneo.
Somnia non hæc ſunt. oculis nónne intuor hiſce,
Flammeolosque oculos, purpureasque genas,
Lacteolasque manus, & eburnæ frontis honorem,
Collaque non tactâ candidiora niue?
Dulcia collatis ineamus prœlia ſignis;
Dum tuta alternis luſibus hora datur:
Me miſerum! nuſquam es. fallax me luſit imago.
O dolor! ô animi gaudia vana mei!
Quid queror? exacta ſi rem ratione putemus,
Vmbra eſt, in miſero quicquid amore boni eſt.

Margaridi.

Dum te, Margari, baſiare conor,
Labris protinus inuident ocelli;
Adſpectuque tui carere nolunt.
Quòd ſi contuitu beare ocellos
Tentarim, labra protinus repugnant,
Quæ ad ſeſe iſte tuus vocat, trahitque
Candor purpureo natans in ore;
Vt ferrum Herculeus trahit lapillus.
O vis eximiæ ſuperba formæ,
Quæ me vel mihi diſſidere cogit!

Eidem.

Sic age; pugnando teneri paſcuntur amores,
Inuade inſanis vnguibus ora mihi:
Et turba noſtros, audax, laceraque capillos,
Atque interiecta gaudia veſte nega.
Illa etenim ô quanto magis eſt perfecta voluptas,
Quæ cupiente quidem ſed renuente venit!

Eidem.

Ludamus, mea Margari, & iocemur:
Nos & cùm roſeum diem reducet,
Et cùm ſe Heſperiis recondet vndis
Deprendat radiatus ora Phœbus
Ludentes ſimul, & ſimul iocantes.
Appellabo ego te meam columbam,
Tu me, blandula, paſſerem vocabis.
Cùm dicam tibi percitus furore;
Da mi baſiolum vnicum columba:
Tu collo iniiciens meo lacertos,
Porges mî oſcula delicata mille,
Et mille altera, & altera vſque mille,
Vibrans improbulam ſubinde linguam, &
Os morſu tenero meum laceſſens.
Dehinc dices mihi, mi tenelle paſſer,
An non ipſa tibi vna ſum columba?

ua vna ex animo columbulilla?
uum mel, tua ſuauitas, tuum cor?
n me (nam tua ſum) ſuauiare,
n hæc vbera iam retecta cerne,
Quæ per te mihi primulùm tumeſcunt,
bie ctam & ſibi faſciam repellunt.
Quò tu, quò modò, delicate, pergis?
Quò trudis digitos nimis ſalaces?
ic nos ſic age, dum viremus ambo,
um res ad Veneris valemus ambo;
e fruſtra melior teratur ætas,
udamus, mea Margari, & iocemur.
ergo debilis imminet ſenectus:
Quæ cùm venerit, ah dolor, columba,
os tuſſis mala, viriumque languor
ro ludisque iocisque conſequentur.

Ad Paullam.

aſia quòd libas cupidis luctantia linguis,
Res ſatis ardori non facit iſta meo.
Quòd mea colla tenens blandis, reſupina, lacertis,
Me dicis vitam, deliciaſque tuas.
oc nihil eſt, dulci Veneris de nectare, Paulla,
Aut nulla, aut quinta, da mihi parte frui.

Ab amica procul poſitus, ob id q; noctu quieſcere non valens, mortem precatur.

am tacitis cœlo voluuntur tractibus ignes,
Altaque rorantes Delia flectit equos.
am pecudumque, atq; alituum genus omne, ferarumque,
Et quotquot liquido marmore monſtra ſilent.
Somnus habet, dubioque natans per inane volatu,
Membra papauereis illinit vnguinibus.
Te ſolum, Murete, fugit: tibi cura recurſans
Ire iubet lento tempora mœſta gradu.
O cœlum! ô certis agitati legibus orbes,
Cuilibet ex ortu qui ſua fata datis!

Extinctum toties ſit fas occumbere. iam ſum
Non ego, ſed tantum corporis vmbra mei.

In Venerem.

Si Venus, vt mendax docuerunt turba, Poëtæ,
De mediis verè nata putatur aquis;
Qui fieri potis eſt, mediis vt fluctibus orta
Aſſiduo noſtrum torreat igne iecur?
O dolor! ô quid iam miſeri ſperetis amantes!
E media vobis naſcitur ignis aqua.

Ad Margarin.

Quem tu cunque ſemel blando adſpectaris ocello,
Ni ſubita exiliat lætitia, lapis eſt.
Cui verò hæc etiam dederis libanda labella,
Hunc ego felicem terque quaterque voco.
At ſi quem complexa tuo dignare cubili,
Is non iam felix, Margari, ſed Deus eſt.

At tu, qui nullam noſti ſtultiſſimus artem,
Eſſe vel in mediâ ruſticus vrbe potes.

In Gaurum.

Fama eſt hoc anno moriturus eſſe poetas:
Quid metuis? nil te, Gaure, timere decet.

Iu Rufinum.

Cùm cœnet nemo totâ te lautius vrbe,
Ad tua cur rarus prandia, quæris, eam?
Accubui ſimul ac tecum, Rufine, monetque
Primus in appoſitas impetus ire dapes;
Mox onerare meas inſulſis verſibus aures
Incipis, & nugas ingeminare tuas:
Nec retices vnquam, ſed ab ouo ad mala, recenſes
Vix, puto, per centum carmina facta dies,
Quæ ſi quis ſanus patienti combibat aure,
Illum adamantini pectoris eſſe putem.
Miraris, cur te non poſſim ferre canentem?
Menſa ipſa inſipido carmine preſſa gemit.

In Fortunam.

Fortuna inconſtans, & neutro certa paratu,
Vel fautura premit, vel nocitura fauet.

In Commentarios iuris ciuilis, Fr. Connani
Liber loquitur.

Dum tua nil præter curantis commoda, Lector,
Me patris aſſiduo cura labore polit,
Dumque diebus amat totas ex ordine noctes,
Noctibus & totos continuare dies,

Ipſe

Digitized by Google

Ipſe (fatebor enim infelix) dominoque patrique,
  Ipſe necis properæ maxima cauſa fui.
Verùm etiam ſine me, fatalia tempora menſus,
  Serius vt paulò, tandem obiturus erat.
Faxo ego, vt æternùm per me nunc viuat: eroque
  Illi auctor vitæ, cui necis antè fui.

De Seipſo

Dicebam Euterpæ, cœptis in verſibus hærens,
  Auxilium fratri porrige, Diua tuo.
Fraterno mota eſt in riſum nomine virgo,
  Et nitido ſudum reddidit ore diem:
Tunc ego ſubridens, mirari deſine, nam mî
  Si pater eſt Cæſar, tu ſoror eſſe potes.

In importunos recitatores.

Hei mihi, quàm res inuiſa eſt nimis eſſe poetam!
  Quantum odii morbus colligit ille ſuis!
Nil genere hoc hominum eſt vſquam importunius: illos
  Et cane, qui ſapiunt, peius & angue cauent.
Nec locus eſt, nec tempus, ab iis ſubducere quo te,
  Non ſi mille modis aggrediare, queas.
In fora te, in thermas, & balnea in ipſa ſequentur:
  Quòd ſi in templa gradum ferre parabis, & huc.
Si notos forte ægrotos inuiſis, & illuc:
  Spectatum ludos forſitan ibis? & huc.
Pergis eò, nullum quò ducere quæris? & illuc:
  Pergis eò, comitem quò tibi poſcis? & huc.
Denique, vt exoneres aluum, diſcedis? & illuc:
  Vt ſomnum capias, feſſus abibis? & huc.
Interea inſulſis onerabunt verſibus aures,
  Auribus vt te tunc ipſe carere velis:
Verſibus inſulſis, queis cantio gratior illa eſt,
  Quam geminat putri condita rana lacu.
Ex genere hoc miſerum nuper me prenderat vnus:
  (O lux infelix quàm fuit illa mihi!)
Feſſus ego, inſuauis mihi iam vt vita eſſet, apud me

Fundebam ſurdo talia vota Ioui:
Summe deûm, te ſiqua mei miſeratio tangit,
(Nam quâ ſim poſitus conditione, vides)
Aut abige hunc tandem, aut mihi da ſurdeſcere, vel iam
Alterutrum noſtrum, vel neca vtrunque ſimul.
Venerat ad primæ damnata crepuſcula lucis:
Vix abiit vates ſole cadente meus.

Paullo.

Das mihi lactucas, centum ſed mutua poſcis:
Deſine: lactucas, Paulle, minoris emo.

In Collinam anum.

Diſperеam, niſi te aſpicio, Collina, libenter,
Nique etiam tecum ſæpius eſſe velim:
Tum quoniam anguicomas ſic exprimis ore ſorores,
Terriculi vt facilè munus obire queas.
Tum quoniam imprimis potas lepidè, atque decenter:
Crede mihi: hîc demum gratia magna tua eſt:
Nam tu aliquot, qui ſint reliquæ præludia pompæ:
Suauiter immiſsis ructibus in cyathum,
Sic bibis, vt dulcis labiis pendentibus humor
Aſſiduè alternis influat, & refluat.
Expers interea ne ſit pars vlla decôris,
Labitur in pinguem ſpurca ſaliua ſinum.
Crede mihi: id pulchrum eſt, dentes cùm alliſus ad atros,
Sic patulo geminus ludit in ore liquor.
Macte age, macte animo, Furiarum ſola voluptas,
Delicium Stygii ſola futura canis:
Perge, citoſque bibens, Mæandri redde reflexus:
Id, feſtiua, ſimul & bibere, & vomere eſt.

Antonio Callæo.

Vnquamne, Antoni, locupletem te fore credis?
Et cœlo, & totâ falleris hercle viâ.
Non es adulator, non fur, non denique leno,
Non bonus inſontes voce onerare reos.
Innocuus viuis, fraudiſque, & criminis expers,

Semper

Semper in antiquâ ſimplicitate manes.
Euades nunquam diues rationibus iſtis:
Eſſe bonum noſtro tempore ſtultitia eſt.

Paullo.

Qui capit, inferior: maior, qui donat, habetur:
Inferior ſic te, Paulle, libenter ero.

Cuidam.

Hos tibi quid iuras factos ex tempore verſus?
Pagina, ſi taceas, id ſatis ipſa probat.

In Phœdram.

Cùm Phœdra Hippolyti diſiectos cerneret artus,
Membraque tam multis ſanguinolenta locis,
Poſtquam non potui viuum te inflectere, dixit,
Perſequar ad Stygios te tamen vſque lacus.
Dixit, & incumbens gladio, terram ore momordit:
Sæpe amor inſanus talia monſtra parit.

De morte M. Bruti.

Brutus vt Auguſto belli ſuccedere palmam,
Et paulùm à victis vidit abeſſe ſuos,
Amplexus gladium multâ iam cæde madentem,
Ergone te, dixit, ſoſpite, ſeruus ero?
Quin potius fatis id quod præcluſa malignis
Non potuit patriæ, dextra datura mihi eſt.
Hæc fatus, rutilum per coſtas exigit enſem,
Magnanimoque cadens pectore pulſat humum;
Sic quoque dum moritur, labris dum ſpiritus errat;
Nunc, ait, inuito Cæſare, liber ero.

In quendam.

Quidam Margaridem meam ſalutat,
Morboſus, capularis, euiratus,
Ficoſus, recutitus, hernioſus,
Caluaſter, podager, cadaucroſus,
Orci victima, pabulum Charontis,
Cui iam oris puto, fœtido in receſſu
Dentes quinque, nec amplius, ſuperſunt:

Cui

Cui certum ſcabies petita luſtris
Artus depopulatur hulceroſos.
Idem, quod magis ac magis pudendũ eſt,
Pauper, dirutus, expeculiatus,
Qui noctu omnia fana peruagatur,
Siquid, perditus, harpagare poſſit,
A ſe quo miſeram famem repellat.
Atqui ſurripiat, clepat, quid ad me?
Quicquid fecerit, haud mouebor vnquam,
Dum ne Margaridem meam ſalutet.

De morte Ciceronis.

Cùm ferus adſtaret ſtricto mucrone ſatelles,
Sumere ſupplicium de Cicerone parans,
Immoto vultu; atq; oculis conſtantibus ille
Præbens infandâ colla ſecanda manu,
Publica Libertas vitâ mihi carior, inquit,
Me quoque, me fas eſt, te moriente, mori.

Calendis Ianuariis, ad Mich. Lochianum.

Non tibi pro xeniis, fului precioſa metalli
Pondera non doctâ ſigna polita manu;
Non lana Aſſyrio tincta & ſaturata veneno,
Non grauis argenti lamina munus erit.
Talia nõ capiunt generoſas munera mentes,
Talia magnanimi ſpernere dona ſolent.
Cùm te igitur, quàm ſis excelſo pectore, norim;
Non mittam iſta tibi dona: quid ergo? nihil.

Ad Ianum Vermelianum.

Diuitias hodie plenâ depromere ab arcâ,
Theſauroſque meos iam reſerare placet,
Vt te muneribus donem, mi Iane, ſuperbis,
Iane, inquam, ex animo nunquam abolende meo.
Dona paro tibi ferre, quibus, ſi dicere fas eſt,
Attalicæ poſſunt nil dare maius opes:
Munera, Perſarum gazas quæ vincere poſſint:
Munera, Pactoli eſt præ quibus vnda nihil.

Quid-

Quidnam post tantos feret hic promissor hiatus,
Qui sua tam elatâ munera voce canit?
Sic tecum: & quæ sint ea tandem dona, requiris:
Atqui iamdudum, quæ tibi poscis, habes.
Hui! dices, hoc tu breue chartæ & inutile frustum
Persarum gazis amplius esse putas?
Quid facias? nil possideo, nisi carmina, Iane,
Quare ea thesauros diuitiasque voco.
Tu quoque, si natura mihi tua cognita recte est,
Carmina diuitiis pluris habenda probas.

Curandum esse hyemis tempore cuticulam.

Ingere ligna foco: vis frigoris aspera sæuit:
Eia age quid dubitas? ingere ligna foco.
Non audis, quanto Boreas bacchetur hiatu?
Nonne vides, multa vt iam niue canet humus?
Adspicis, vt veteres viduentur frondibus orni?
Cernis, vt amissas sylua queratur opes?
Cernis, & vt pigro lentescant marmore riui?
Me gelidus totis artubus horror habet.
Ferto age ferto huc vina, puer, cyathosque capaces,
Ante focum mensas explicuisse iuuat.
Iam tristi cælum est facie, iam nubilus aer
Omnia concutiens, nos vetat ire foras.
Ergo domi inclusos genio indulgere necesse est,
Mos datus à priscis vt teneatur auis.

In insignia Lucæ Sempronii; Stellam cum Rosa.

Esse rosas cæli meritò quis dixerit astra:
Astra sed & terræ dixeris esse rosas.

Lodoico Valesio.

Miraris, tanto cùm te complectar amore,
Cur tamen extremum hic te, Lodoice, locem?
Pectore nempe mihi penitus defixus in imo es:
Vltimus, hinc factum est, pectore vt exieris.

Ad Nicolaum Viennensem Epistola.

Incly-

Inclyta nobilium ſoboles, Nicolae, parentum,
Qui iam nunc ipſo ex ætatis limine ſigna
Virtutis præbes nobis manifeſta futuræ,
Nimirum ſapis,& rem rectè intelligis vnus,
Qui licet antiquis ortus natalibus haud te
Ante tamen ponis reliquis.ſed fronte modeſta
Alloqueris cunctos, vultuque humanus amico,
Non vlli renuis dextram præbere fidelem:
At quidam contra nullis maioribus orti,
Ore tamen tumido voces efflare ſuperbas,
Æqualeſque ſuos audent contemnere, tanquam
Indignos queis ſeſe æquali fœdere iungant:
Quos tu deridens inter nihil eſſe,parente
Quo ſit quiſque creatus, ais, dum ſit modo veræ
Virtutis ſtudioſus,ametque in rebus honeſtis.
Ponere labentis fatalia tempora vitæ.
Cui non Sicaniæ notus dominator opimæ,
Qui de figlinâ eſt ad regni euectus habenas?
At contrà Perſei,qui claram rexerat olim
Pallenen,natus, Fortunæ ludibrium, amplos
Inflabat folles,& regis filius,vnco
Impoſitam incudi verſabat forcipe maſſam.
Quid? non & matris captiuæ abiecta propago,
Cui regni flamma index circum tempora fulſit,
Regali ſedit ſolio? quid ſtemmata iactas?
Num pueri regum parte enaſcuntur eadem,
Quâ mendicorum? nunquid communis vtriſque
Materia eſt? nunquid morbis obnoxius æque eſt,
Quem lana Aſſyrio velat medicata veneno,
Principibus proauis, claroque ex ſanguine natum,
Et ſub Aquitanis ſordet qui bardocucullis,
De peronato genitus patre? nonne ſorores
Noctigenæ, vitas hominum quæ pollice verſant,
Sunt æquè immites generoſis, vilibus æquè?
Quidnam igitur præſtat mendico hic nobilis iſti?

Aut

Aut quid nobilitas tandem est, nisi fumus inanis?
Nam si vim verbi inspicias; & *nobile scortum*
Dicitur, & *latro* nonnunquam *nobilis*: imò
Nomine ita accepto, Pornus quoque nobilis ipse est.
Sed nempe insanit vulgus, multoque veratro
Indiget, indignos alienis laudibus ornans.
Qui se non vllo deturpat crimine, quique
Viribus ingenuas totis amplectitur artes,
Is mihi sit quamuis genitore creatus egeno,
Nobilis est. at qui, vitiorum mole grauatus.
Nil præter statuas, & auorum nomine iactat,
Si verum excutias, longe abiectissimus ille est.

Ad Ianum Antonium Baifium.

Iane mei cordis longè pars maxima, quocum
Dulce mihi est totos crebro componere soles:
Dum tu aut Niliacæ meditaris funera Thisbes,
Inficiens atro candentia poma colore,
Aut opus eximium numeris sublimibus aptas,
Syrmate conspicuus, picturatoque cothurno;
Carmine nos humili nostros includimus ignes,
Aut breuibus scriptis dulces affamur amicos,
Aut vitiis genuinum infigimus. Omnia nos hæc
Paruula inaudaces: tibi fas maiora parare,
Cui totus se Helicon, totusque recludit Apollo.
Ad vires se quenque suas componere verum est.

Ad Stephanum Iodellum.

Semina sunt quædam nascentibus insita nobis,
Queis, duce natura, ad varias impellimur artes:
Ille fori rabiem, vesanaque iurgia laudat,
Et pauidos grata defendit voce clientes,
Impatiens oci? contra hic sulcare carinis
Regna tridentiferi gaudet patris, & trabe vastâ.
Visere longinquo terras sub sole iacentes:
Prodigus hic vitæ violentis ducitur armis,
Gaudet & hostili stagnantes sanguine campos
Adspicere, & litui sonitu recreatur acuto:

Ille sui nunquam fines excedere agelli
Ausus, amat tacitis deducere passibus æuum,
Proscindens magnæ gremium genitricis, & altis
Pinguia Triptolemi committens munera sulcis.
Nos Musæ, Iodelle, tenent, genitorque Lyæus,
Quem rigidi ambiguo venerantur numine Thraces,
Et Nymphæ celeres & capripedes Satyrisci.
Nos & luce nouâ, lustrat dum Delius orbem,
Et iubar auricomum tremulis dum fluctibus abdit,
Addictos studiis videt, intentosquæ labori.
Sed tua te virtus animi te viuidus ardor
Æquales longe ante alios vnum abripit: vni
Purpureis dictant Musæ tibi talia labris,
Qualia pulcrimomus, choreas ducentibus ipsis
Cantat & ad numerum simul ipse mouetur Apollo.
Felix ingenii, viridi cui detur ab æuo
Longæuos æquare senes, & carmine dio
Demulcere animos: iam te ipse tumescit alumno
Sequana, iam virides resonant tua nomina ripæ.
Perge agedum, neu te venienti subtrahe famæ?
Non te Parca feret totum: non totus obibis,
Parsque tui effugiet ferales optima flammas.
Musa suos vetat ipsa mori: dat viuere Musa
Perpetuò, & famam memorem per secla propagat:
Cælo Musa beat: famam tibi Musa perennem
Protrahet, & cælo te olim, Iodelle, beabit.

Ad Ioan. Auratum.

ODÆ.

AVrate gentis grande decus meæ,
Qui tensa docta fila legens manu,
Seclis inexpertum vetustis
Ambrosio iacis ore nectar;
Quid esse causæ suspicer, inuida
Suis quòd ortos Gallia finibus

Aut

Aut odit, aut ſpernit poetas,
Vſque fauens peregrinitati?
Atqui vetuſtis temporibus ſuos
Et fouit Hellas, & Latium ſuos.
Quæ prauitas nos mentis vnos,
Ne faciamus idem, coercet?
Nil daturum me auribus heic tuis
Velim arbitreris, ſim licet & fide
Pridem tibi, & communitate
Sanguinis, & patriæ alligatus:
Nil iſta ſed me commoueant tamen,
Aurate, palpo percutere inſcium,
Vt laudibus te ornare pergam,
Ni tua me prope ſingularis
Virtus moueret. Nil faciles tibi
Muſæ negarunt: ſeu libeat fide
Sacrare Græca, ſeu Latina
Nobilium inclyta facta regum.
Hac arte quondam quas ſibi copias
Dirces alumnus, quod peperit decus?
Contrà, tuos mercede iuſta
Quiſnam hodie decorat labores?
Præiudicatæ quod niſi nos premat
Auctoritatis pondus, erit nihil,
Cur non, metu plane remoto,
Cedere te inficiemur illi.
Sed nempe virtus temporibus iacet
Depreſſa noſtris hinc fit, vt vnici
Virtutis altores, poetæ
Clade etiam ſimili premantur.

In diſceſſu Danielis Schleicheri, filii longe dulciſſimi.

Deſcende cœlo, & iam mihi lugubres
Regina dicta Calliope modos,
Quibus furentem, eheu, ſub imis

 Viſceri-

Viſceribus retegam dolorem.
   Dic, Diua, carmen, quale per herbidi
Ripas Cayſtri, candidulum caput
Traiectus immiti ſagittâ
Voce canit moriente cycnus.
   Aut' qualia olim coniuge Thracius
Rapta ſacerdos dixerat, ad ſonum
Quorum & feræ immanes quierunt,
Et rabidi poſuere venti.
   Ah! vnde queſtus incipiam meos?
Quæ prima ſe vox pectore proferet;
Iterque laxabit querelis?
Nam meus hinc *Daniel* recedit.
   Nunquamne poſthac, ô iuuenum decus,
Quotquot iugales dum citat aureos,
Terramque colluſtrat iacentem,
Igniuomo videt ore Phœbus;
   Nunquamne poſthac conſpiciam tuos,
Schleichere, vultus? cur igitur moror,
Nec triſtis inuiſæque vitæ
Fila ferox inimica rumpo?
   Iam iam valete ô gaudia, & ô ioci,
Et quicquid ante hac dulce fuit mihi:
Venite iam fletus perennes,
Perpetuique venite planctus.
   Innixa ramis Daulias vt nouis,
Cui cautus auceps, furtifica manu
Pullos tenellos inuolauit,
Mœſta ſedet geminatque queſtus;
   Et ſe doloris vulnere conficit:
Sic ipſe poſtquam deſiero tui
Adſpectu amato atque expetito.
Poſſe animum exſatiare vultus,
   Eheu quibus tunc fluctibus opprimar?
[illegible]

Quem

Quàm sæpe, te vt spectare possim,
Morte mea cupiam pacisci!
Lenito crebris hæc mala literis,
O nate, saltem, neve animo patrem
Depone, qui dum viuet, vnum
Pectore te retinebit arcto.

Ad Claudium Voesium.

Claudi integello pectore amabilis,
Qui mente solus disiicis à meâ
Acerba curarum, benignis
Vocibus, alloquioque dulci.
Non sic timenda est in Lybiæ iugis
Quæ matre rupta, vipera nascitur:
Non scorpii caudâ minaces,
Non geniti sub aquis chelydri:
Non herba tetro noxia gramine,
Quamcunque tellus Thessalis educat,
Non illa, quam stillante rictu
Spuma canis genuit triformis,
Dira vt latentis tela Calumniæ,
Quam Dite Tellus sustulit ex patre,
Nefariam, insontesque fictis
Criminibus premere efficacem.
Hæc conglobatis suspicionibus
Beli nepotem perdidit, hæc malæ
Adegit ad potum cicutæ
Innocuum Sophiæ parentem.
Dum Phœbus Indos exoriens nouo
Afflabit igni Beticolas cadens,
Non vlla Thesidæ modesti
Secla pudicitiam tacebunt.
Aggressa blandis hunc sua fraudibus
Nouerca pellax; quid iuuenum decus,
Labentis istud ver iuuentæ,
Perdis, ait, teneremque florem?

Cur editorum per iuga montium,
Antris latentes persequeris feras?
Tibi absque telis, retibusque
Præda domi melior parata est.
Accede, neu te pœniteat mei
Fructus pudoris carpere primulos:
Non me ore natura indecoro
Protulit, immeritamve amari.
Quid vana legum vincula te mouent?
Natura nullos concubitus vetat;
Sed compedes vanissima istas
Cura hominum sibi fabricata est.
Nil ille motus, de sine vocibus
Tentare mentem spurcidicis meam,
O spurca, & in tauros furenti
Progenies genitrice digna!
Hæc fatus in tesqua, & nemorum abditos
Abit recessus, gesa manu rotans:
Vadentem odora & vis sagacium
Anteit, & sequitur Laconum.
Quid innocenti sed iuueni tamen
Seruasse tanto à crimine profuit
Mentem, si apud patrem reuersum
Impia plus potuit nouerca?
Cuius querelis, ille adeò integer,
Per vota patris filius occidit,
Cautes & eliso marinas
Imbuit emoriens cerebro.
Nec me venenis non petiit suis
Illa ipsa mendax anguipedum soror,
Mendaciorum procreatrix,
Perpetua & scelerum architecta:
Sed dexter ille me eripuit Deus,
Vmbone tanquam me triplici tegens:
Cuius memor, nunquam canoris

Ver-

Digitized by Google

Versibus hunc celebrare mittam.

Ad Petrum Ronsardum.

Ronsarde, Aonii pectinis arbiter,
Qui princeps resonum solicitas, ebur,
Ventorumque minas,& celeres potens
Lapsus sistere fluminum,
Quando te reducem Vindocino ex agro
Cernemus, veterum turba sodalium?
Quis te,quis niueo vellere conditus
Nobis restituet dies ?
Qui desiderio perpete nunc tui,
Heu quæ non facimus vota? quibus sacros
Postes muneribus cingere parcimus?
Quas non concipimus preces?
O saltem interea, quicquid agis, memor
Nostri viue: ita te curribus aureis
Rumor per liquidum gemmeus aera,
Spectandum populis vehat.

Ad Nicolaum Denisotum, Comitem Alsinoum.

Bacchus poetas & facit & fouet
Bacchus poetarum ingenia excitat:
Bacchus nouem præstat puellis,
Et melior, potiorque Phœbo est.
Ter terna quisquis pocula sumpserit
Dulcis Falerni, sentiet hic sibi
Calere diuino furore
Carmina ad eiicienda mentem.
Sic lætus olim vixit Anacreon,
Cinctus virenti tempora pampino:
Sic Ennius semper madenti
Gutture carmina funditabat.
Algentis at quos potus aquæ iuuat,
Frigent eorum carmina,nec ferunt
Ætatem. Ades, mecumque plenis
Heic cyathis, Nicolae,certa.

 Miran-

Miranda ſeris carmina poſteris
Vterque loco gutture concinet.
O dulce tormentum, ô grauatis
Certa quies animis Lyæe!
Quænam, imperiti, pocula quærimus
Vocalis vndæ? quod bifidi duplex
Montis cacumen ſomniamus?
Quam petimus, fatui, Hippocrenen?
Hæc Hippocrene eſt: vnicus hic liquor
Vates ſtupendos efficere eualet.
En, par pari gratus rependè:
Hoc ego te cyatho ſaluto.

Ad Ianum Telium Paræneticon.

Modus tenellis quis tibi ab vnguibus
Vitæ tenendus, Iane, ſit accipe,
Benigna quem Natura finxit
Ingenio puerum ſequaci.
Primum ergo amorem Numinis intime
Serua vſque fixum pectore, & illius
Ad iuſſa te compone: nulla eſt
Sors nocitura Deum colenti.
Fac & parentes ſis pius in tuos,
Honore & illos promerito colas:
Impunè nunquam ſpreuit vllus,
A quibus ortus erat, parentes.
Fas & magiſtris, ſint licet aſperi
Nonnunquam, honorem reddere debitum.
Si quando te obiurgent, id illos,
Te quòd ament, facere arbitrator.
Nam primula ætas innumeris rapi
Affectionum turbinibus ſolet:
Frenari eam quare & magiſtri
Aſſiduo imperio neceſſe eſt.
Nil turpe factu dicere fas puta:
Quæ quiſque gaudet dicere, eis quoque

Gau-

Gaudere patrandis putatur.
Indicium sua cuique lingua est.
Disce &, sodales quos tibi debeas
Parare: nam omnes consimiles ferè
Euadere illis assolemus,
Queiscum agimus: neque pestilenti
Si quis frequenter vixerit in domo,
Nec si in malorum cœtibus, vt sibi
Contagio nil obsit, vnquam
Arte cauere valebit vlla.
Vide ergo vt illos, Iane, pares tibi,
Queis esse te olim consimilem voles:
At immodestos quos videbis,
Et cane peius, & angue vita.
Laborem amato, dum iuuenis viges,
Vt ocieris cùm senium premet:
Laboris osores nec vlla
Laus sequitur, neque splendor vllus.
Hæc si sub imo pectore clauseris
Præcepta, Tili, spes bona nos tenet,
Tuis fore, vt maioribus te
Persimilem videamus olim.

Francisco Bentio.

Benti, nihil me, sicut antea, iuuat
Peruigili studio nil profutura quærere:
Nec quas per vrbes cautus, exciso Ilio,
Saxa Ithacæ repetens Laërtis errarit puer:
Nec quot Ithacenses Circe pharmacis potens,
Vultu hominum posito, grunire porcos iusserit.
Curæ magis mi est, lustra iam decem miser
Qualibus in vitiis defixus ipse errauerim;
Cum me, Dei vix iam manente imagine,
Mortifera induerat fœda Voluptas in suem.
Quis me sequetur fructus, vbi pernouero,
Quot mala Graiugenis Achillis ira inuexerit:

Si nesciam vesanus, in quæ me mala
Præcipitem ira Dei, nisi resipiscam actura sit?
Hei mi laboris, hei dierum ac noctium,
Quas memini in studiis me talibus consumere;
Male metuentem, ne quis vsquam æqualium
Certius ac melius plures teneret fabulas.
Et tamen ab æquis non grauatè improuida
Iudicibus veniam fortassis ætas impetret.
Sed nunc columbis concolor cùm sit caput,
Et mihi sarcinulas breui legendas sentiam;
Nisi meliora mente tota cogitem:
Bis puerum merito, Francisce, me vocaueris.
Beatus ille, quem iuuentæ in limine
Abstrahit à vitiis ipse, & sibi adstringit, Deus.
Nec tamen habendus ille in infelicibus,
Ad meliora, Deo vocante, qui venit senex.
Verum est poëtæ nobilis, verbum vetus:
Si bene quid facias, serò licet, prodest tamen.
Communi vterque gratias agat Patri.
Sors tibi prima data est: mihi secunda obtigit.

Pia meditatio.

Mente Deum pura quisquis veneratur amatque,
  Vis illi exterior nulla nocere potest.
Non si illum obsideant hostiles vndique turmæ,
  Quas sitis innocui sanguinis exagitet.
Non toto coeat si quidquid in orbe ferarum est,
  Et quot in Oceani gurgite monstra natant.
Ille, licet tristes agitent maria alta procellæ,
  Vndarum in medio vertice tutus erit,
Ille interque feras atque agmina sæua latronum,
  Noctu etiam in medio tutus erit nemore.
Non quæcumque truces adhibent tormenta tyranni,
  Illius vnquam animum terrificare queant.
Pix, rota, robur, equus, candentis lamina ferri;
  Omnia pro Christi nomine ludus erunt.

Felices

Felices quorum ille imis amor ossibus hæsit!
Quanta illos obitâ præmia morte manent!
O si me quondam numero Deus adgreget illi:
Quæ tunc sors melior sorte futura mea est?
Ah Christe, vre meum tandem face pectus amica;
Eq; pigro inuisum discute corde gelu:
Vt nec auarus opes secter, neque vanus honores;
Sed flagrem solo totus amore tui.

Vita hominis.

Gustanda vita, non fruenda homini datur.
Nam cùm fruendi tempus est, tum deserit.
Feliciùs maritus, an cœlebs agat;
Priuata vita sitne regno dulcior,
An vita regia solium attingat Iouis;
Peregrè morari suauius sit, an domi;
Qui, quamque multi, & quo parandi more sint,
Quo habendi amici; nullus hæc curat puer,
Rarus adolescens; nec senex omnis videt.
Et hæc tamen vitam prope omnem continent.
Quæ si quis acri cura & vsu peruigil
Longo notarit, iamque secum statúerit,
Quid fugere, quid contemnere, & quid persequi
Expediat homini; vix eam ingresso viam,
Quam maximè vnam ex omnibus probauerit;
Obstat senectus inuida, & cursum impedit:
Mox auida tristes Lachesis iniicit manus.
Sic, viuere meditantibus, vita euolat.

Ad Pamphilum.

Si exspectes, Pamphile, ipsa dum negotia
Te accersant vltro, & dormientem exsuscitent,
Vehementer erras. taciti discedunt dies;
Nec obliuiosos officii admonent sui.
Superba res est, rei gerendæ occasio.
Semel contempta numquam postidea redit.
Vigiles oportet, & tua accures memor.

Nam si ipse rem curare negligas tuam,
Fugit illa; & facile qui se curet inuenit.
Tu rem quam cures postea haud facile inuenis.

Deus, cauponi similis

Memini magistrum puero mi olim hoc dicere,
Summum Iouem facere item, vt caupones solent:
Qui vina vt vendant turbant miscent diluunt;
Nec cuiquam vini simplicis donant cadum.
Itidem illum aiebat in vitâ mortalium,
Nunquam fortunam simplicem cuiquam dare:
Sed temperare fata lætis tristia.

E Græco Callimachi.

Namque & ego nitido capiti flauisque capillis
Serta olim Assyrio sparsa liquore dedi.
Et bona in ingratum congessi plurima ventrem;
Cuncta sed in ventos illa abiere leues.
Seruarunt solæ commissa fideliter aures.
Corporis hac vnâ est parte reperta fides.

Raphaelis Vrbinatis tumulus. ipse loquitur.

Sic mea Naturam manus est imitata, videri
Posset vt ipsa meas esse imitata manus.
Sæpe meis tabulis ipsa est delusa, suumque
Credidit esse, meæ quod fuit artis opus.
Miraris, dubitasque? audito nomine credes.
Sum Raphael. hei mî! quid loquor? imo fui.
Et tamen his dictis, quid opus fuit addere nomen?
Alterutrum poterat cuilibet esse satis.
Nam mea & audito est notissima nomine virtus;
Et præstare vicem nominis ipsa potest.

Ad Claudium N.

Quidquid agam Claudi, seu quo me vertere tentem,
Seu nihil, vt soleo desidiosus, agam;
Ante oculos tua mi adsiduè obuersatur imago:
Vnaque tristitiam gignit, & vna leuat.
Angor enim infelix, quod te, quo sospite solum
Esse velim sospes, & moriente mori;

Nunc vbi ſis, quid agas, veterum tibi cura medentum
  An nondum morbum pectore depulerit:
Nec ſcio, nec iam ſcire vllâ ratione potis ſum;
  Quæ me res angore vnica penè necat.
At rurſus nihil eſt quo me ipſe hoc tempore ſoler,
  Quodque oculos triſti tergeat imbre graues;
Te niſi cùm vanâ ſibi mens ſub imagine fingit,
  Seu vigilem dulci ſiue ſopore premar.
Hoc mihi nepenthes curas diſſoluere promptum eſt:
  Luctibus hæc vna eſt apta medela meis.
Tecum ego nunc videor teneros percurrere verſus,
  Siue Catulle tuos, ſiue Tibulle tuos.
Nunc etiam rerum cauſſas tentare latentes,
  Diſcere & vnde fluant omnia, quoq́ue fluant.
Nunc herba in viridi, latæ porrectus ad vmbram
  Arboris, & riuum molle ſtrepentis aquæ.
Aurasque, & dulces auium captare ſuſurros,
  Perque vices tecum multa iocoſa loqui.
Gratia Diis, qui mentem homini celeremque dederunt,
  Et quæuis habilem fingere ſpectra ſibi.
Illa & plumipedem ſuperarit Perſea curſu,
  Et celerem inuicti Bellerophontis equum.
Nec mihi ſe cuius rerum Natura creatrix
  Expreſſam in tabulis cernit, vt in ſpeculo;
Tam bene te docto Titianus pollice pingat,
  Quàm mens te adſiduè pingere prompta mea eſt.
Atque vtinam tibi ſit de nobis mutua cura:
  Nec quin ſit, dubito; ſed tamen eſſe precor.
Non ego vulgari te, Claudi amplector amore.
  Hac face rara Deus tangere corda ſolet.
Me me ipſe odiſſem, niſi tu me gratus amares:
  Nec niſi me, quoniam ſum tibi gratus, amo.
Denique cùm fuero nulli credenda locutus,
  Pars tamen illa mei paruula amoris erit.
Dii faciant, longos producere detur in annos,

A pue-

A pueris cœptæ fœdus amicitiæ.

Lingua.

O lingua lingua; vt magnâ eges custodiâ!
Quæ & aliis sæpe, & sæpius Domino noces.
Multum assecutus, qui bene didicit loqui:
Qui bene tacere, non minus assecutus est.

De Amore.

Niuibus hiems exsuberat; & Ver floribus:
Æstas aristis adfluit; lacrimis Amor.

In mero consilium.

Vt imbre tellus, sic riganda mens mero.
Vt illa fruges, hæc bona consilia efferat.

Tibur.

Quicumque Herculei spectabit Tiburis arces,
Qua pater Hippolytus, sacri pars magna Senatus,
Cura Deûm, loca perpetuo prius aspera saxo
Molliit, & leni iussit mitescere cliuo;
Omnia deprendet longe superantia famam.
Nec tam regifico constructa palatia sumptu,
Auroque illusas ædes, radiataque tecta,
Quam semper virides mecum admirabitur hortos,
Et gelidos fontes, & aquam in sublime volantem,
Seque in multiplices vertentem, vt Protea, formas.
Præcipuè tamen illi animum nouitate mouebit
Excisus, res mira, silex, rupesque cauatæ,
Et via facta manu longi per viscera montis;
Qua se Anjo pater insueto peruolueret alueo;
Qui longum per iter tenebroso tramite lapsus,
Exit, & arboribus gelidæ non inuidet vndæ.
Stant habiles propter Nymphæ, lymphasque paratis
Exceptas vrnis in vasa capacia fundunt.
Parte aliâ ipse suis altricibus adstat Iacchus,
Maternique memor casus, flammæque paternæ,
Gaudet aquis, illisque libens sua munera miscet.
Dum stupeo, tam multa videns miracula rerum,

Ecce nouus procul alituum concentus ad aures
Fertur,& insolidâ mentem dulcedine tangit.
Adspicio; & gressum propius fero: corpora cerno
Parua ex ære auium æratis nitentia ramis,
Dædala queis variam tribuit solertia vocem.
Quamcumque adspicias, delusus imagine, veram
Esse putes volucrem; nisi quod non euolet vsquam,
Sed ramis adfixa suis cantu æthera mulcet.
At veræ mirantur aues; & cedere dum se
Turpe putant, liquidis latè omnia questibus implent.
Hic Lucæ egregius labor est, quem Sequana partum
Ediderat, Siculi renouantem inuenta magistri.
Quid? quem non moueat Cygnum mentitus adulter,
Illudens simili spirantem à marmore Lædam,
Deliciisque suis,& aquarum murmure lætus?
Multaque præterea veterum simulacra Deorum,
Artis opus priscæ. cunctos verùm arduus inter
Eminet Alcides; qui spectans omnia circum,
Hesperidum veteres hortos præ Tibure temnit.
Sed quid ego hæc versu nequicquam includere tento?
Iampridem exiguum præscripti carminis orbem
Excessi; & dictis semper maiora supersunt.

De eodem.

Deliciæ veterum Tibur voluentibus annis
Conciderat, priscum perdideratque decus:
Et nusquam riui, nusquam pomaria, nusquam
Vlla super tanti signa decoris erant.
Illa loca antiquis toties celebrata poëtis,
Horrebant turpi squalida facta situ.
Mœrebant erepta sibi sua gaudia Nymphæ;
Languentes Anio mœstus agebat aquas.
Omnia tempus edax ita deformauit, vt hospes
Quæreret in medio Tibure, Tibur vbi est?
Non tulit hanc speciem diuini pectoris heros
Hippolytus, sacri gloria magna chori.

Ille

Digitized by Google

Ille loco ſenium abſterſit, vultusque priores
Reddidit, & ſolito iuſſit honore frui.
Illius imperio, iuſſæ reuireſcere ſiluæ,
Cœperunt ſparſis luxuriare comis.
Ille nouos paſſim fontes emergere iuſſit,
Nec mora fit, fontes proſiluere noui.
Quos circum ſtatuit, priſcis egeſta ruinis,
Plurima Phidiacâ ſigna polita manu.
Ipſe Anio, frontem pallenti cinctus oliuâ,
Adfuit, & proprias conſociauit opes.
Iure igitur fontesque ſacri, ſiluæque virentes
Certatim Hippolyti nomen ad aſtra ferunt.
Et quoties molli increpuit leuis aura ſuſurro,
Hippolytum alternis vocibus ingeminant.

Ad Petrum Gerardium.

O delicati blanda ruris ocia,
Curis & ambitu procul.
O dulce murmur limpidorum fontium,
O grata nemorum opacitas!
O ſibilantes arborum ingentum comæ,
O prata verè gemmea!
O ſolitudo amica cogitantibus!
O horror! ô ſilentium;
Cui nunc canoro gutture obſtrepunt aues;
Nunc canna paſtoris vagi:
Seu mane oues in læta ducit paſcua;
Seu veſpere reducit domum.
O menſa nec luxu adfluens nec ſordida,
Dapibus parata ruſticis,
Quas non heri languentem vt irritet gulam,
Doctus ſaporauit coquus;
Sed filiis iuuenibus, & ſeni viro
Seuera coxit villica.
O bibliotheca nota paucis! ô libri,
[illegible]

O [illegible]

O cella, tantum lectuli vnius capax,
O somne liber, & leuis:
O ad beatam tuta vitam semita,
Ignota vulgi sensibus;
Vt vos requiro, vt mente vos tota expeto,
Alia perosus omnia.
Vt lætus ad vos tendit, & gazis libens
Vos anteponit Persicis
Quicumque puro pectus Olmeo lauit,
Frondemque mordet Delphicam.
Quid tu, Gerardi, cui profanis inuios
Adire fontes contigit,
Partésne easdem sequeris, an sitis mala
Opum, aut perustus gloriæ,
Amœnitati ruris & dulci otio
Vitam anteponis aulicam,
O per Lycæi cognitos paucis specus,
Quos sæpe lustrasti puer,
Ne sperne amicus consili quod dat senex,
Quodque sibi, sed serò capit.
A literato te ocio auocantibus
Occludito aures, & fuge:
Canora monstra vt auribus cera obditis
Laërtis effugit puer.
Beata vita non metallo, aut Indici
Spoliis paratur æquoris.
Animo adpetenti pauca quod sat est, sat est:
Auido atque inexpleto, nihil.
Cùm tibi sit vnde liber, & planè tuus
Vitam quiete transigas;
Quis, heu furor te, quis, rogo, impellit furor,
Vincla vltro vt induas tibi;
Et more pulcrum viuere alieno putes,
Nutus timentem diuitis?
Age [illegible] excute,

Vindexque & assertor tui.
Aude esse felix & procul cuncta amouens,
Quæ mentem humo adfixam tenent,
Per liquida puri spatia decurre ætheris,
Æterna tantùm cogitans:
Et ista sortis lubricæ ludibria
Miranda vulgo desere.
Vtinam mihi olim, flore cùm primo rudes
Iuuenta opacaret genas,
Amicus aliquis ista monstrasset senex,
Quæ nunc tibi ipse cantito:
Non ego perisse lustra tot in aulâ mihi
Vanis dolerem questibus.

Dedicatio hortor. Tiburtinorum.

Nec labor Alciden fregit nec blanda voluptas
Vnquam animum casti molliit Hippolyti.
Ambarum hos hortos Virtutum accensus amore,
Herculi & Hippolyto, dedicat Hippolytus.

De eadem re.

Aurea sopito rapuit quæ mala Dracone
Alcides, eadem nunc tenet Hippolytus.
Qui memor accepti, quos hic consueuerat hortos,
Auctori voluit muneris esse sacros.

Bacchus fonti impositus.

Nondum natus eram cùm me prope perdidit ignis:
Ex illo fontes tempore Bacchus amo.

Idem, ex aduerso respiciens fontem Nympharum.

Qui colitis Bacchum, comites simul addite Nymphas:
Nam sine ope illarum munera nostra nocent.

In tabulam Tantali.

Si quando admittant sua te ad secreta potentes,
Quisquis es, exemplo disce tacere meo.

Raptus Hyla, ad Iasonem.

Viribus auferres, quod fraude parabis Iason:
Eripit Alciden, sed tibi raptus Hylas.

Institutio

Inſtitutio puerilis, ad M. Antonium fratris filium.

Dum tener es, Murete auidis hæc auribus hauri:
Nec memori modò conde animo, ſed & exprime factis.

Inprimis venerare Deum: venerare parentes:
Et quos ipſa loco tibi dat natura parentum.

Mentiri noli: nunquam mendacia proſunt,
Si quid peccaris; venia eſt tibi prompta fatenti.

Diſce libens. quid dulcius eſt quàm diſcere multa?
Diſcentem comitantur opes, comitantur honores.

Si quis te obiurget malè cùm quid feceris, illi
Gratiam habe, & ne iterum queat obiurgare, caueto.

Ne temere hunc credas, tibi qui blanditur, amicum.
Peccantem puerum quiſquis non corrigit, odit.

Qui ſemel incautum blando ſermone fefellit;
Ille quidem, dabitur quoties occaſio fallet.

Nec cuiuis ſapiens, nec nulli credere debet.
Fallitur alter ſæpe; fidem ſibi detrahit alter.

Si quid fortè mali aut facias aut mente volutes,
Vt lateas homines, certè Deus omnia cernit.

Non niſi ſpectatis arcana ſodalibus effer.
Quodque tacere voles alios, prior ipſe taceto.

Nil cupidè ſpecta, niſi quod feciſſe decorum eſt:
Turpia corrumpunt teneras ſpectacula mentes.

Auerte impuris procul à ſermonibus aures:
Et qui illis gaudent, horum conſortia vita.

Principio ſtudii radix inamœna videtur;
Sed profert dulces paruo poſt tempore fructus.

Ludo indulsisti? subitò euolat illa voluptas.
Legisti? vtilitas studio percepta manebit.

Vt moderata quies prodest, viresque ministrat:
Sic hebetat corpus nimia, ingeniumque retundit.

Si prodesse aliis studeas, tibi proderis ipsi:
At nisi ames alios, & te quoque nullus amabit.

Successus faustos nunquam admirare malorum.
Sera licet, tamen olim illos sua pœna sequetur.

Si tibi grata quies, iuuenis ne parce labori:
Dux ad honoratam est homini labor ipse quietem.

Inspice te in speculo; & bona seu tibi forma videtur,
Moribus obscœnis illam fœdare caueto.
Seu tibi substraxit vultus natura decorem,
Ingenio vt formæ compenses damna, labora.

Nil facito, quod turpe putes fecisse videri:
Et cura, vt multis tibi sis pro testibus ipse.

Vt nos pauca loqui, plura autem audire moneret;
Linguam vnam natura; duas dedit omnibus aures.

Quæ seruare voles; ne crebrò inuisere parce:
Namque minus furem metuunt, quæ sæpe videntur:

Aut vinum ne tange, aut multâ prolue lymphâ:
Cùm vino indulges, igni puer adiicis ignem.

Fac tibi sit vultus comis, sermoque modestus:
Sic multos facile tibi concillabis amicos.

Semper opum studio præfer virtutis amorem.
Non opibus virtus, sed opes virtute parantur.

Disce, & quæ discis, memori sub pectore conde.

Aut

Aut facies tantundem,ac ſi cribro hauſeris vndam.

Iraſci noli temere.nil fœdius irâ.
Quam quæcumque mouere ſolent,ea temnere laus eſt.

Venti agitant celſis poſitas in montibus ornos,
A quibus in mediâ tuta eſt arbuſcula valle.
Sic & opes agitant maiora pericula magnas:
Tutior anguſtos comitatur vita penates,

Pauca loqui puero,ſed tempeſtiua,decorum eſt,
Hæc etenim ingenium res indicat; illa pudorem.

Scire cupis quæ ſit famæ via certa parandæ?
Talem te præſta,qualem te poſcis haberi.

Verbera non metuet,metuet qui iuſſa magiſtri:
Hæc qui contemnet,meritò miſer ille timebit.

Quàm felix puer eſt,virtus in quo anteit annos!
Illum omnes meritis certatim laudibus ornant:
Et ſpectant cupidè & felicia cuncta precantur.
At contra,nemo alloquio dignatur inertes.
Spernuntur cunctis,& vulgi fabula fiunt:
Vix oculis pater ipſe illos ſatis adſpicit æquis.

Non tantum in præſens obſunt peccata,ſed hoc plus,
Ad mala quod procliuem animum adſuetudine reddunt.

Quæ bona ſunt,ſectare: etiamſi dura videntur
Principio; longus paulatim ea molliet vſus.

Acceptum officium memora atque extolle: ſed abs te
Collatum extenua, & potius ſine prædicet alter.

Vtilitas quoties pugnare videtur honeſto,
Ne dubitare quidem fas eſt,quin vincat honeſtas.

Pauca quidem hæc: ſed quæ ſtudio ſeruata perenni

Mirificos fructus progressu temporis edent.
Adspiret tantum cœptis Deus; omnia cuius
Consilio æterno,& certa ratione reguntur.
Quem tu & luce puer prima, cùm strata relinquis
Impiger,& dulcem repetis cùm vespere somnum,
Supplicibus facito places ante omnia votis.
Ille tibi ingeniumque sagax, corpusque salubre,
Et multo meliora dabit. diffidere noli.
Tu modo ad illius semper refer omnia laudem.

Ad Gregorium XIII P.M.

Qui tibi ab Eoo repetitas littore conchas,
  Diuitis aut auri pondera multa ferat:
Illum ego scire negem, quæ tu Pater optime, dona
  Longè auro & gemmis anteferenda putes.
Vna tibi Virtus, Virtus in amoribus vna est;
  Veræ & Virtutis Gloria vera comes.
Ergo vt amans tabulis dominæ referentibus ora
  Gaudet,& ante oculos semper habere cupit:
Sic te expressa iuuat veræ Virtutis imago.
  Nec tabula est oculis gratior vlla tuis.
Tale igitur munus, tibi cùm Picolominus offert,
  Senensis præsul gloria prima soli:
Bisseno Æneæ conclusa volumine facta,
  Pontificis verè nomine req; Pii.
Qui Virtute olim sedem prouectus ad istam,
  Ad quam eadem virtus te, Pater alme, tulit.
Ingentes toto compescuit orbe tumultus,
  Et placido reges fœdere composuit;
Hortatus bellum Christi conuertere in hostes,
  Atque Asiam illorum faucibus eripere.
Ad quæ se accingens magno molimine cœpta,
  Multa bonis frustrà flentibus, occubuit.
Forsan & hanc Christus, Princeps ter maxime, tandem
  Seruatam in tempus distulit vsque tuum.
Thracius vt tandem posita feritate tyrannus,

Colla

Digitized by

Colla tuis vltrò ſubiiciat pedibus.
O ita ſit: cumuletque tuas hæc gloria laudes:
Gregorii hic titulis adiiciatur honos.
Interea hæc placido vultu cape munera, eique
Qui tibi ſubmiſſus porrigit illa, faue.
Ille Pii, vt noſti, genus alto è ſanguine ducit;
Nec vixit priſcis infitiandus auis:
Plurima ſed tractans & maxima munia, ſemper
Se culpis expertem omnibus exhibuit.
Nunc exactâ ætate illud ſibi poſtulat vnum,
Vt ſe haud ingratum ſentiat eſſe tibi.

Ad Zamoſcium Poloniæ Cancellarium.

Bina mihi artifici cælata nomiſmata dextrâ
Magnus ab Arctoo miſit Zamoſcius orbe
Aurea, non vani memorabile pignus amoris,
Sæpe meo optatos animo referentia vultus:
Magnanimi primùm regis, quo Martia gaudet,
Quoque caput cœlo ductore Polonia tollit.
Adſpicis, vt latè veneranda coruſcat imago,
Cunctaque diffuſo circum loca lumine complet?
Non ea vis auro; nec per ſe lamina lucet,
Nec radiat rutili natiuâ luce metalli:
Maius ab impreſsâ ſed ducit imagine fulgur;
Atque ipſum Stephani ſacer aurum vultus inaurat.
Contemplare acresque oculos, frontemque verendam,
Et dignam imperio faciem, dignamque triumphis:
Vt ſeſe omni ex parte animi vis viuida profert,
Degenerem luxum, mollesque exoſa paratus:
Vt ſpirat generoſum, ipſoque videtur in auro
Regales agitare imo ſub pectore curas,
Exitium Turcis meditari, & vincula Moſcho.
Hic vir, hic eſt natus virtuti & fortibus auſis:
Cui duo tota pares alios ſi Europa tuliſſet;
Thracius haud vltrà nobis illuderet hoſtis,
Sed profugus toto latebras ſibi quæreret orbe.

Digitized by Google

Altera lamna, loco pariter mihi grata secundo,
Subiicit ante oculos auctorem muneris ipsum,
Cuius conueniens meritis imponere nomen
Qui velit, inuicti Regis vocitarit Achaten.
Hinc te igitur (tua mi propius quando ora tueri
Non licuit, cupidumque isthæc inuisere regna,
Pontificis tenuit non detrectanda potestas)
Zamosci magne adspiciam, & persæpe nitenti
In te defixam solabor imagine mentem:
Zamosci per quem Marti sociatus Apollo est;
Qui decora Heroum accumulans, & Nestora dulci
Eloquio exæquas, & forti pectore Achillem:
Et leges armis firmans & legibus arma,
Victricem laurum pacatæ intexis oliuæ,
Arbiter idem almæ pacis, bellique minister
Impauidus. laus egregii propria *vtraq; ciuis.*
Saluete ô animæ fortes, incoctaque honesto
Pectora; & ignauo non peruia corda timori:
Vos ego, quantum æui dabitur, super ardua cantu
Astra feram, nunquam reticens vestra inclita facta,
Facta aliis, queis nomen idem sed non eadem est mens,
Aut animos factura, aut incussura pudorem.

Ad Ant. Montecatinum.

Tandem querelis pone modum tuis,
Et fata mœstis inuida vocibus
Clamare, crudelesque Diuos
Cum gemitu lacrimisque parce.
Nam, quid Lycæi iuuerit auios
Lustrasse saltus, fontibus ac sitim
Ex vulgo inaccessis leuasse,
Ingenioque adiisse Diuos.
Si mentis istud præsidium tuæ
Perrumpit, & sese intus agit dolor,
Imisque feruens in medullis,
Te quasi perdomito triumphat?

Magnam

Magnam doloris Fata quidem tibi
Cauſſam obtulerunt, qui tibi cognitum,
Longoque carum vſu ſodalem,
Annibalem ante diem abſtulerunt:
Qui quanquam auitis ſat titulis domi
Foriſque clarus, non tamen id ſibi
Satis fore ornando putauit,
Ni proprios etiam ipſe honores
Labore magno quæreret impiger,
Comamque lauro duplice necteret,
Et quâ ferox Gradiuus, & quâ
Pulcer Apollo ſuos coronat.
Heu, quis Deorum mentibus addidit
Famæ illam honeſtis immodicam ſitim?
Quàm ſæpe multis illa triſtem
Funeris accelerauit horam!
Sed quorſum inanes iam querimoniæ?
Ille ipſe quem vrges queſtibus Annibal,
Felix & inſertus Deorum
Concilio, mala noſtra ridet.

Gul. Gonzagæ Duci Mantuæ &c.

Magne Ducum, fœtam populis cui fortibus vrbem
Pulcer olorifero Mincius amne lauat:
Sume datis à te ſcriptos mihi legibus hymnos,
Neve parum culti deſpice vatis opus.
Illi etiam quorum heic meriti celebrantur honores,
Lucida quos conſtans vexit ad aſtra fides.
Non indignantur paruo ſibi ture litari;
Atque animum magni muneris inſtar habent.
Forſitan his olim iuuenis meliora dediſſem,
Et mulcere aures dulcius apta tuas.
Sed veniens etiam ingenio eſt damnoſa ſenectus:
Nec tantum vires corporis imminuit.
Cùm iuueni turgerent meliori ſanguine venæ,
Nec curarum animum pondera deprimerent;

Sponte sua numeris carmen mihi mollibus ibat:
Et subitò versus fundere ludus erat.
Nunc & corpus hebet senio,& mens ipsa pigrescit;
Quodque habuit ludo,nunc onus esse putat.
Dulce onus hoc tamen est,quod te mandante subitur:
Et leuiora facit iussa iubentis amor.
Atque vtinam hæc roseo legat & Vincentius ore,
Phœbi & Musarum maxima cura,puer.
Qui florescenti paullatim attollitur æuo,
Vt sata se ad fluuii subiicit alnus aquas.
Felix,cui teneris Helicon lustratur ab annis,
Et bibitur volucris fons pede factus equi.
Quem iam ipsa Vranie blandis complexa lacertis,
Stellatas Superûm vexit ad vsque domos:
Ostenditque astrorum ignes,cœlique meatus,
Queisque suos peragant legibus illa choros.
Quis scit,an &,cœlo dum singula despicit,inter
Cetera maiores viderit Astra suos;
Et quos purpureo contexit Roma galero,
Et qui legali sceptra tulere manu?
Fortunate puer,magnum patris incrementum,
Cui Lachesis net plena aurea fila colo;
Viue diù; vtque dati poscit sibi nominis omen,
Tende atauos omni vincere laude tuos.
Neu graue sit,dum dona tibi grauiora parantur,
Interea partem carminis esse mei.

In natali Domini.

O nox vel medio splendidior die,
Cuius per tenebras Virginis integræ
Ex aluo nitida Sol nouus emicat,
Complens omnia lumine.
Æterno imperio qui regit omnia,
Humanumque Deo conciliat genus,
Is nunc sub tuguri vilis operculo
Nascens pauperiem docet.

Pasto-

Paſtores ouium, dum gregibus ſuis
Intenti vigiles excubias agunt,
Primi hunc angelico carmine nuncium
Lætis auribus hauriunt.
Grata eſt haud dubiè ſimplicitas Deo.
Grata eſt vita, dolis quæ procul omnibus
Rectum ſponte ſua perpetuò colit,
Et priſcam retinet fidem.

In die S Stephani.

Leuitæ iuuenis fortia pectora
Ornari ſolitis tempus honoribus,
Primus martyrii qui ſibi lauream
Vitæ prodigus induit.
Tundebat lapidum grandinis in modum,
Denſo turba frequens imbre ſacrum caput:
Numquam mota ſuo ſed tamen eſt loco
Mens ſancto ebria Spiritu.
Sed ſeſe in mediis ictibus erigens,
Ac cœlum penetrans; en, ait, en eum,
Pro quo dulce mori eſt, iam video Patris
Ad dextram poſitum Dei.
At tu, Chriſte, ſinu ſuſcipe me tuo,
Atque his, qui, tenebris turpibus obruti,
Quo ſeſe impediant crimine, non vident.
Quæſo te, veniam dato.

In die S Iohan. Euangeliſtæ.

Chriſto præ reliquis carus Apoſtolis,
Qui ſupra Domini pectus in vltimis
Diſcumbens epulis compoſuit caput,
Feſta luce canendus eſt.
Felix, cui Dominus iam rigida in cruce
Pendens, iamque neci proximus, & Patri
Sanctam ſancto animam tradere cogitans,
Matrem crediderit ſuam.
Felix, qui ſe Aquilæ more ſuper polos

Digitized by Google

Tollens,& nitidâ in luce Deum videns,
Diuino eloquii flumine filium
Æqualem docuit Patri.
Felix,qui ſenio iam grauis,& ſacra
Multâ canitie tempora conſitus,
Vt ſi membra leuis corriperet ſopor
In Chriſti rediit ſinum.

In die SS.Innocentium.

Cantemus tenerorum agmina Martyrum,
Quos regis rabies abſtulit impii,
Cunas innocuo ſanguine proluens,
Chriſtum perdere dum furit.
O nullis feritas cognita ſæculis!
Materno pueros è gremio rapi,
Perfoſſa vt rutilis corda mucronibus
Lac cum ſanguine funderent?
Heu quis,cùm ſolito raptus ab vbere
Diſtrictumque pauens ad gladium puer,
Blandas carnifici porrigeret manus,
Siccis adſpiceret genis.
Augent angelicos nunc pueri choros,
Et Chriſtum liquido gutture concinunt:
Herodem meritis debita talibus
Pœna in perpetuum premit.

In die Epiphaniæ.

Quæ vos cauſſa,Magi,dicite,perpulit
E veſtris iter huc carpere finibus?
Quem tanto ſtudio quæritis anxii?
Quove hæc munera pertinent?
Nos ſtella inſoliti luminis huc trahit,
Et dux certa,viam perpetuò præit,
Iudeæ populis quæ cupientibus
Regem ſignificat datum.
Auri iſthæc ſed enim quid ſibi pondera,
Myrrhæ munificus quid ſibi vult odor?

Aut

Aut quæ, cùm populus ſacra Deo facit,
Aris tura ſolent dari?
Rex auro colitur: thura Deum decent:
Noſtri myrrhâ homines poſt obitum linunt.
Huic ergo hæc pariter munera congruunt.
Qui & Rex eſt, & Homo, & Deus.

A Septuageſima ad Cineres.

Eheu, quàm ſcelerum non tolerabilis
Nos vrget miſeros ſarcina, quæ Dei,
Noſtris principio mentibus inditam,
Obſcurauit imaginem!
Si nos pro meritis accipiat Deus,
Cauſſæ nil fuerit, quo minus agmine,
In triſtes tenebris perpetuis domos,
Vno præcipites agat.
Sed ſemper facilis flecti in eos fuit,
Quos culpæ ex animo pœnituit ſuæ.
Numquam horum lacrimis & gemitu tulit
Se fruſtra veniam peti.
Hac ſpe, quam ipſe dedit, poſcimus vt graui
Preſſos exoneret pondere, néve ſe
In noſtro rigidum crimine iudicem,
Sed mitem exhibeat patrem.

A die Cinerum.

Multis tenſa epulis viſcera dum tument,
Mens oppreſſa nihil cogitat arduum:
Et more indomiti luxurians equi
Pugnat Spiritui Caro.
Sed ſubtracto eadem comprimitur cibo,
Et ſe ſpiritui morigeram exhibet:
Qui, cùm nulla grauant pondera ſordium,
In cœlum celer euolat.
Primus corporeo Legifer à cibo
Bis binos decies abſtinuit dies:
Quem Chriſtus numerum, nos itidem ſequi,

Exemplo

Exemplo docuit ſuo.
Sed fruſtrà vetitis os tenet à cibis,
Qui factis animum turpibus inquinat.
Ieiuno adſiduæ conueniunt preces,
Cumque his munificæ manus.

In Dominicam paßionem.

Æquæua ingenito progenies Patri,
Vitam morte ſuis redderet vt ſua,
Se Chriſtus niuei velleris hoſtiam
Vltrò ſupplicio obtulit.
O erga immeritos mirus amor Dei!
Natum, quæ pietas tradidit vnicum:
Vt pro mortifera fraude nocentium,
Pœnas ſolueret innocens.
O non viſum aliàs ſacrifici genus!
In quo æterna Deo ſacra facit Deus,
Et mortem moriens opprimit, & ſibi
Ipſe eſt victima Pontifex.
O crux tincta ſacri flumine ſanguinis,
Olim ſupplicium mancipiis graue;
Nunc Regum capiti præcipuum decus,
Te flexo colimus genu.

In Dominicâ Palmarum.

Regem pacificum, mœnia dum ſubit
Vrbis celſa ſuæ, turba manu ferens
Palmarum grauidos obuia termites,
Fauſtis vocibus excipit.
Hic lætas ſpoliat frondibus arbores:
Hic ſerta ante pedes florea proiicit:
Supplex ille manus porrigit; hic ſuis
Terram veſtibus obtegit.
Heu mentes hominum! quis fore crederet,
Quem tantis ſtudiis exciperet frequens,
Poſt paucos vt eum turba eadem dies
Suffixum adſpiceret cruci?

Nil

Nil in vitâ homini perpetuum datur.
Rebus ne nimium fidite proſperis:
Plerunque heic lacrimis gaudia temperat
Certo conſilio Deus.

In die Paſchæ.

Ponatur lacrimis iam modus, & nouis
Templorum reſonent atria canticis.
In vitam reduci nam Domino ſacer
Poſcit lætitiam dies.
Lux poſt Chriſti obitum tertia venerat,
Cum ſpes ſancta, moræque impatiens amor,
Matronas parili nomine nobiles
Viſendum ad tumulũ vocat.
Tum motum lapidem, tum lapidi vident
Innixum niueis veſtibus Angelum:
Qui, quò ſollicitis eximeret metum,
Pauca & certa locutus eſt.
Non hoc amplius eſt quem petitis loco,
In vitam rediit Chriſtus ab inferis.
Ite, & diſcipulis hæc eadem date
Summi nuntia gaudii.

In die Aſcenſionis.

Victæ in perpetuum Mortis & Inferum
Inſignis ſpoliis, luce nitens nouâ,
Primuſque inſolitum Chriſtus iter ſecans,
Arces in patrias redit.
Natus, naſci iterum nos quoque dum cupit;
Mundo mortuus eſt, nos cupiens mori;
Surgens & repetens ætherea, nos quoque
Vt poſſimus idem, dedit.
Chriſto nos igitur viuere nunc decet,
Vt Chriſto pariter detur inemori.
Surgentes eadem nos quoque gloria
Puro lumine veſtiet.
O per qui te, bon[illegible] conditor, ingredi

Caſtæ

Digitized by Google

Castæ adduxit amor viscera virginis,
Nos dignare, tuis artubus insitos,
Votis reddere compotes.

In diem SS. Trinitatis.

O nullis hominum peruia sensibus,
Naturæ penitus sola capax tuæ,
Cuius condita sunt omnia numine,
Æterna & monas, & trias.
Nato æquæue Pater, nateque par Patri;
Et manans ab vtroque inclite Spiritus;
Circumfusa tuo nubila lumine
Nostro discute pectori.
Da mens per speculum cernere te queat
Nostra & posthabitis te petat omnibus,
E iussisque tuis pendeat, & tibi
Soli dedita seruiat.
Tu clemens miseris da veniam Pater,
Tu Fili miseris sterne iter ad Patrem.
Tu sanctum miseris Pneuma vagantibus
Præter conspicuam facem.

PETRI NEVELETI TRECENSIS.

In Francisci Hotmanni obitum.

OCellus, iste Galliæ fuit suæ:
Ocellus, iste Iuris & Dices fuit:
Ocellus iste clusus est simul, Dice
Vagatur orba lumine, orba Gallia.

Eiusdem æternæ memoriæ sacrum.

Externâ ad Rheni ripam tumulatur arenâ,
Tam procul à patriâ, patriæ qui lumen & ingens
Splendor erat. meruit patria hanc ingrata repulsam;
Quæ decus ipsa suum patriis consistere terris
Non tulit. ô facinus! Nam quis te doctior vnquam,

Quis potior pietate vnquam, patriæque, boniſque,
Æterno vouit victuras tempore chartas?
Sed te poſteritas, te noſtri, Hotmane, nepotes
Ereptum, veris lacrumis, veroque ſequentur
Mox gemitu, poſtquam (fruſtra heu! fortaſſe) requiret
Teque tuique viros ſimiles tua Gallia; poſtquam
Orbatam tali ſeſe doctore, queretur
Barbaricos inter ſcopulos malè tuta iuuentus.
Nos has interea violas, hos ſpargere flores
Et iuuat, & iuſtum eſt: tumuloque inſcribere verſus;
Incomtos certè, ſed noſtri pignus amoris,
Officiique: vt ne me ingratum fama loquatur.

Hunc Pietas tumulum, tumulum hunc Aſtræa tuentur.
Aſtræa cultorem ſuum,
Cultoremque ſuum Pietas, poſt fata tuentur,
Aduerſa fata huic ſeculo.
Et ſe deſertas gemebundâ voce queruntur,
Cultore priuatas ſuo:
Quin reditum ad Superos infeſtâ voce minantur,
Nî talis exemplum viri,
Huius tu inſpector tumuli, pietate ſequaris;
Ni nos ſequamur poſteri.
Hoc ipſe è tumulo clamat poſt fata ſuperſtes,
Hoc ipſe mandat poſtumis.

D. M. Petri Pithæi I. C.

Anima beata, mixta ſanctorum choro,
Ecquid gementis accipis voces? genis
Lacrumas fluenteis ecquid iſtis adſpicis?
Iſtiſne ſentis ſæuit vt præcordiis
Dolor haud ferendus? miſtus vt damno dolor
Orbum parente torquet? vt nunc inquies,
Olim quietus, animus excidit gradu?
Vt corpus iſtud viribus caſſum ſuis,
Fractum dolore, nil niſi ſpectat ſpecum?
At ſiue noſtri tangeris ſenſu mali,

Seu to

Seu te beatam iam nefas angi; tamen
Lacrumas amantis en habes: cuius dolor
Solamen omne reſpuit, quem iam piget
Supereſſe tali tale poſt damnum patri.

I. Viuonio, Marchioni Piſanio.

Quanto ruentis Galliæ damno, meus
Iaceat Pithœus, improbæ raptus manu
Parcæ; ſilere ſi velint vel inuidi,
Vel impotenter qui ſibi ſolis placent;
In luſtris ad te prouocare vir lubet.
Quem rara virtus, rara quem ſollertia
Fideſque, morum præſidem dedit pium
Illi; ſecundus optimo qui à Principe
Regale vincet moribus probis genus.
Nam tu, fremente quamlibet Momo, mei
Meritum Pithœi, diligentiam, fidem
Librare ſollers: quanta rebus arduis
Vis mentis illi, quamque virtus efficax,
Experſque faſtus improbi ſollertia;
Tu teſtis & quid debeat regnum viro.
At teſtis idem, nulla, dum fuit, neque
Illo ſepulto, coniugem nec liberos
Cepiſſe fidei ſingularis præmia.
Ergone vixit ſeculo grato parum?
Taceo. ſed ipſe nec fauoris aulici
Nec principalis aucupator gratiæ,
Virtutis autem ſedulus cultor fuit
Bonas per artes ipſa quæ merces ſui.

Achilli Harlæo Belmontio, Præſidi Trimario.

Harlæe, Auguſti decus immortale Senatus,
Quem patriæ, quem Regis amor, quem ſedula legum
Cura, & præſenti & venturo conſecrat æuo:
Adſpice quadruplices quas erexere columnas
Hinc Pietas ſimplex, nullius conſcia fuci;
Inde ſoli natalis amor: hinc ſaucia luctu

Aſtræa:

Aſtræa: inde nouem Phœbo adſtipulante, ſorores.
Adſpice rugoſâ lugent vt fronte Pithœum:
Vt lacrumis illi, conſciſſo vt crine parentant,
Nimirum maneis vbi compoſuere Pithæi;
Hoc manibus commune ſuis poſuere ſepulchrum:
Hoc ipſæ & ſeruant vigiles. ea cura ſepulti.
Fors erit vt poſitam poſtquam conſpexeris aram,
Lugenteiſque Deas, ſimulachrum & triſte Pithæi,
Illacrumans imoque trahens ſuſpiria corde,
Exclames; Fuit hic noſter, patriæque, forique
Ornamentum ingens: meritus maiora laborum
Præmia, ni nimium ſecla hæc ingrata fuiſſent.

Nicolao Brulartio Sillerio Conſiliario Regio.

Heu! miſerum quis me lacrumarum fonte beabit?
Quis capiti huic, caput vt poſſim lugere peremptum,
Sufficiet rorem? lacrumis manantibus vſque.
Seu caput Oceano condat ſeu ſede relictâ
Oceani, terras illuſtret lumine. Phœbus?
O dolor, heu! dolor heu! & quiſquam æquare dolorem
Hunc alius potis eſt dolor, hanc cladem altera clades?
Tu ne quære mei quænam ſit cauſa doloris:
Ille tibi & communis erit, vel me omnia fallunt,
Brularte: atque vtinam hunc valeas ſedare dolorem:
Nam tibi conſilium Pallas, dedit ore rotundo
Muſa loqui. atque iſtis Pitho ſedet aurea labris:
Et tibi ſum karus poſtquam tibi nuper in oris
Helueticis viſus, cùm regni rebus in arctis
Helueticas Rhetaſque ageres in prælia genteis;
Immani nuper fatorum crimine, ſummâ
Inuidiâ, ereptus terris eſt ille Pithæus.
Ille quidem felix certe, cœloque receptus:
Sed tamen ereptus patriæ, mihi, coniugi, amicis.
Cætera quid dicam? ſolum, Brularte, Pithæi
Cùm dixi nomen, quis non & cætera nouit?
Adde quod ad vocem hanc & ad hoc mihi nomen amatũ

Mens hebet, & corpus præclusa voce fatiscit.

Iac. Augusto Thuano, Præsidi.

Quando te Pietas, Virtus te iactat alumnum,
Te virtutis Honos comes, & Prudentia, regni
Istius proceres inter, Thuane, locarunt;
Sis felix: nullis violentur casibus ista.
Sed nisi me inuidiæ expertem natura creasset,
Iam non illa quidem, at quædam, Thuane, minora
Inuideam tibi. Nam quis te vel doctior vnus,
Vel melior vates? teneris quem Phœbus ab annis
Pierio & Musæ raptum docuere sub antro.
O mihi Thuani faciles si carmina Musæ,
Thuani tribuant cantus, quis psallere laudes
Pithœi valeat plectro meliore modoque?
Et certè solo Thuani carmine laudes
Pithœi dici debebant, ille poetas
Inter præcipuâ præcingit tempora lauro:
Ille idem Pithœi actus, vitæque tenorem,
Conscius atque animi sensus cognouit amici.
Sed grauiora illum hinc auertunt pondera rerum,
Illum alio princeps vocat, & res publica regni.
Nos tenui quamuis pangemus carmine laudes
Pithœi; tenuis quoniam fiducia nobis
Ingenii nulla. Et certè laudare parenteis
Romæ dulce fuit, fuit & solemne: nec vnquam
In natis irrisa piæ est infantia linguæ.

Io. Thumerio Boissisio, Consiliario.

Tene etiam incompto, Boissisi, carmine, tene
Compellare ausim: quem maiestate verendum,
Fidum consiliis, & natum rebus agendis,
Viribus eloquii insignem, Prudentia finxit?
Rusticus iste pudor: cùm te Natura benignum
Finxerit, & facilem, & veræ virtutis amantem,
Ecquæ Boissisio queat olim gratior esse,
Quàm quæ Pithœi præscribet pagina nomen?

Vos o-

Vos olim Pietas, Virtuſque, Fideſque, Pudorque,
Pierides Muſæ (ſunt & ſua vincula Muſis)
Conciliant; iuriſque ſcientia fecit amicos.
Ille tamen noſter (quo Fati crimine!) noſtras
Spes fruſtratus abit. Venturæ conſcia cladis
Deſerit infames terras, cœloque recepta
Mens pia, ſperatæ fruitur dulcedine vitæ.
Quid facimus? quid me, Boiſſiſi, iam facere eſt fas?
Te tua nunc virtus, tua te Conſtantia fortem
Seruet. nam mihi me poſt hæc tam triſtia certum eſt
Æterno luctu, æternis damnare latebris.

Eduardo Molæo Senatus Pariſ. Præſidi.

In luctus partem amiſſo, Molæe, Pithœo
Te voco, pro veteris iure ſodalitii.
Mutuus inter vos amor, & concordia nuper
Quæ fuit, hoc à te poſtulat officium.
Tu fido viue, ò Molæe, ſuperſtes amico,
Et faueant votis fata benigna tuis:
Viue diu felix: tanti, Molæe, ſodalis
Viue memor. cui te ſoluere iuſta tamen
Inferiaſque decet: defuncti pignora amici,
Vxorem & fidis protegere officiis.
Te celſo Virtus olim & Fortuna merentem,
Vt prodeſſe velis, conſtituere loco.

Gul. Vero, Aquenſis Curiæ Præſidi primario.

Linguæ, Vere, decus patriæ, morumque magiſter,
Quàm verum eſt homines extremâ in luce, futuri
Gnaros, fatidicas, certaſque emittere voceis?
Nempe animus craſsâ terræ hac compage ſolutus,
Iam cœlum ſpectans, diuinæ particula auræ,
Diuinis propior, terrenis ſponte relictis,
Liberior, cernit quæ mox ventura trahuntur.
Ecce adeo, ille tui pars nuper magna Pithœus,
Vere, animi, quæ iam moriens oracula fudit?
Nam patriæ exitium, regnumque vrgentia facta

Prospiciens, imo has fudit de pectore voces:
O patria! ò anima gens hac mih karior, eheu!
Quæ te circumstant miseram mala! namque futurum est
Vt tandem in varias regni hæc compago vetusti
Dissiliat parteis, vero abscedente, fideque.
Dixit, & humenteis lacrumis Mors clausit ocellos,
Ne regni videant casum, patriamque ruentem.
Et certè, quis non certa hæc oracula credat?
Post vrbeis sine sudore & sine sanguine, ab hoste
Raptas, post nummos, armamentaria, & arceis
Tam fœdè amissas! nam cui iam publica curæ?
At tu, vere, aliquo saltem sermone, malorum
Hunc leni sensum, & nostrum ne sperne dolorem:
Quantumuis te nunc commissa negocia, vere,
Distineant; Græcam dum iura reducis in vrbem,
Componens moreis, animosque in fœdera firmans.
Nam quæ diuino vates sunt ore locuti,
Omnia nota tibi: nota & quæcunque sophorum
Porticus humanos præcepta reliquit in vsus.
Hæc igitur bonus ò misce medicamina nobis,
Dum superest, quamuis rarus, qui talia curet.

Gui. de Rebours, curiæ vectigalium Præsidi.

Musa, mei quondam lusus, mea sola voluptas;
Sed neglecta diu miseræ inter tædia vitæ,
Hos saltem concede mihi pertexere versus,
Et nostro adspira tandem placata labori.
Ecce etenim tuus ille tuus Rebursus alumnus,
Notus præcipuos inter Rebursus alumnos,
Nulla tamen nostræ accepit præconia Musæ,
Pithœi quamuis non vltimus inter amicos.
Quid facimus? pudet ingratæque silentia linguæ
Damnamus. merito Rebursus honore fruatur,
Virtutis, rectique tenax, paruo integer æuo:
Quem mite ingenium, probitas quem rara, fidesque
Commendant: cuius sedet aurea suada labellis:

Pithœi

Digitized by Google

Pithæi quem fama iuuat: qui nos quoque qui nos,
Immeritos quamuis, aliquo dignatur amore.
At tu, Muſa, faue, famamque extende Reburſi
Illum mirentur te conciliante nepotes:
Et magno ſoboles ſuccreſcat digna parente.

Lud. Seruino, Conſiliario Regio.

Seruine, noſtri ſeculi magnum decus,
Qui iura regni, qui parentis publici,
Ampliſſimæque dignitatem Curiæ
Tueris acer: ſcopulus improbis reis,
Idemque portus innocentibus reis:
Ecquid queremur impiæ tantum nefas
Licuiſſe Parcæ? cùm ſatis ſit ſeculo,
Aut eſſe certè debeat noſtro ſatis,
Quòd tale fulſit ſidus iſto ſeculo,
An funus iſtud proſequemur lumine
Sicco? beatas ſancta cùm Fides vetet
Animas inani proſequi fletu? Mihi
Placent doloris hæc duo ſolatia:
Tabella vultus exprimens imaginem;
Vitæque replicans dignitatem nænia.
Tibi ſi videtur aliud, id vero mihi
Reſcribe, noſtri ſeculi magnum decus.

Iac. Guesleo Conſiliario, &c.

Qui te colebat, natus ille publico
  Bono Pithæus raptus eſt;
Gueslee; raptus ille flos exaruit,
  Flos ille noſtri ſeculi:
Qui literatæ Galliæ fuit decus;
  Decus ſupremæ Curiæ.
Non ille lites gratiâ, ſed legibus
  Secabat vt iuſti tenax.
Iudex ſeuerus, arbiter prudens, ſciens
  Patronus, idemque integer:
Ciuis, maritus, inter optimos: parens,

 Ami-

Amicus, interque optimos.
Patebat illi quidquid aut Antiquitas
Reconditum celat sinu:
Aut nostra quidquid ætas protulit noui.
An ille fastu turgidus
Alios superbus inter extulit caput?
Hoc moribus sanctis nefas.
Gueslee, numquid ista sunt inania?
Maiora vero fingimus?
Te teste vincam, si quis abnuet: nihil
Kalumnias æui moror,
Accedat isti dum pio præconio
Dignissimus testis fide:
Cui cura regni, cura cui legum data est:
Cui publica incumbit quies.

Steph. Pascasio, Regio in rational. Curia Aduocato.

Vos quoque Pascasium lugubri hoc tempore Musæ
Compellate, virum quo non est notior alter
Parnasso, quo non est vobis karior alter.
Vos vestrum in laudes Pithœi ducite vatem:
Vos lauro dignos in tali funere versus
Sufficite ô Musæ, proles Iouis. ille laborum
Et comitem studiorum insigni dicat auenâ.
Nam cui notior aut virtus, aut ille cadentis
Summus amor Patriæ, & regni reuerentia legum?
Eia igitur vos Pascasio hanc immittite mentem
Pierides: quamuis illum vel turba clientum,
Insanumque forum, vel fisci cura retardet.
Maiorem inuidiâ Pithœum & laude fruentem
Æternâ, æterno celebret post funera cantu
Pascasius, vestro sublimis munere vates.
Namque & sublimi est Pithœus carmine dignus
Pascasii: & dignus Pithœi dicere laudes
Pascasius, meritâ fruitur qui laude superstes.

Ioanni & Nicolao Pithœis, auunculis.

Vos

Vos quoque vos quamuis longa interualla locorum
Diſpeſcant, noſtri in partem ſuccedere luctus
Coget amor, veſtras feriet cùm nuntius aures,
Ereptum immiti referet cùm funere fratrem;
Vnanimum fratrem, quo nec melior fuit alter.
Nimirum magno digniſſimus ille parente
Filius, & frater digniſſimus ille Pithœis
Fratribus, antiquæ digniſſimus ordine gentis.
Seclo idem dignus meliore ereptus amicis
Et patriæ, ingratâ procul à tellure, quieſcit
Cælicolas inter, quorum eſt exempla ſecutus.
Haud aliter gemmam, inter purgamenta viarum
Inuentam, ſapiens loculo meliore reponit.
At nos, infauſto ducentes ſidere vitam,
Ærumnas inter, cæci & diſcrimina Martis
Languemus: non ſe ſpes offert vlla ſalutis:
Non quæ ſpeſque metuſque & noſtros finiat æſtus
Mors, gemitu quamuis crebro votiſque petita.

Franciſco Pithœo I. C. auunculo.

Ne Pithœo animum, ſi quicquam credis amanti,
    Vltra dolore ſaucia. Nam quid iuuat
Defunctum planctus? lacrimæ poſt funus, inanes:
    Lacrumæ, gementis in malum modò, fluunt.
Nam licet aſſiduâ Numen prece & ipſe fatiges,
    Precibuſque iungas quamlibet noſtras tuis:
Non tamen aut ſuperas fratrem reuocabis ad oras,
    Fugies vel ipſe mortis improbæ manus.
Felices animas inter cœlo ille locatus,
    Humana ſub ſe cuncta felix deſpicit.
Vndique ſecurus, mortali lege ſolutus;
    Animumque paſcit inuidendo nectare.
Cur autem vita dicas vel lumine caſſum,
    Qui viuis inter ſplendidum Chriſti iubar?
Hoc meritum vitæ puram & ſine crimine vitam
    Exegit inter ſeculi tot crimina.

Nos potius meritis morum & probitate ſequamur
Illuſtre noſtri generis & ſecli decus:
Non ære aut cera, Pario non marmore vultum
Fingamus. iſta luce quid caſſos iuuant?

Petro Vaſſanio I.C. Conſobrino.

Et plorare vetor? quid enim, ſi viſcera ferro
Diſſiliant lacerata, vetor plorare? quis vnquam
Barbarus has tali leges in funere dixit?
Tu potius medicans & ſuccos ſparge ſalubres
Quiſquis es ô, vulnuſque foue lymphaque manuque.
Fama eſt Cretæâ dictamnum carpere ab Ida
Syluestres de more capras, vbi certa ſagittas
Venantum impreſſit tergo manus. ô mea ſi quis
Vulnera Pæoniis curet letalia ſuccis,
Et penitus miſeris hærentia tela medullis,
Clementi educat dextrâ! ſed nulla ſalutis
Spes ſupereſt, nulla extremi medicina doloris,
Hoc hoc erepto, mihi qui morumque magiſter
Exemplumque fuit: cuius me cura laborque
Muſarum ad callem Aſtrææque ſacraria duxit:
Quo me florentem & ſperaui ſoſpite tutum,
Floret lenta ſalix vt fluminis adſita ripæ,
Luxuriatque comis, & nubes vertice pulſat.
Ille viam nobis ad Templum ſternere Honoris.
Et potuit, voluitque. ſed ô crudelia fata!
Vt periit, periere mihi quæ prompta putaui.
At tu ne immodico, Vaſſani, obtunde dolore
Ingenium hoc illuſtre: tuos vrgere memento
Succeſſus: iſto nec te quoque funere crede
Orbatum! quamuis illi te carior alter
Vix fuerit, quin te florentem ætate, propinquis,
Doctrina, ingenio, incautus ne deſere. Nam mî
Spes vltra nulla eſt, & vitæ nulla cupido.

Ant. Oiſelio I.C.

Tandem ergo miſeris triſteis venere Kalendæ

Infa-

Infames eheu! ferali Oiſele, cupreſſu.
Proh dolor! vt quæ te dederat, Pithœe, benigna
Lux, eadem raperet poſt quinquageſima ſeptem &
Solſtitia, immitis. Cur non æterna fuere
Hæc bona? cur ô nos iſto cur deſeris æſtu
Pithœe, has inter Syrtes & cæca viarum?
Túne tuæ potuiſti animæ contemnere partem
Oiſelum, veteremque malus fugiſſe ſodalem
Vnanimum, quo cum teneris adſuetus ab annis
Corpore diuerſo, ſed in vna viuere mente?
Méne etiam, méne ô potuiſti linquere? cur me
Sub cultro linquis, pauidum, ſolumque iacentemque?
O Spes! & noſtris fata ô contraria votis!
Cur non aut animam hanc pro te dependere nōbis,
Aut noſtro cumulare datum eſt hoc funere funus?
Sed quid vana loquor? rapidis ludibria ventis
Verba fero. noſtraſne audis, Pithœe, querelas?
Quid faciam? méne hæc inter poſtrema malorum
Exclamare nefas? quando & te, Oiſele gementem
Adſpicio, quamuis munitum robore pectus
Eximio, atque iſtis habitet conſtantia fibris.
Aut cur conſtantem fortemque in vulnere mentem,
Diuerſam pietate putem? cur diſſita credam,
Quæ duo nec ratio nec rerum ſeparat vſus?
Me verò lacrumis gemituque, Oiſele, Pithœo
Inferias libare iuuat: me mente tenere
Pithœum memori, quando haud fas corpore: & illum
Pro meritis ſermone decet celebrare perenni;
Cum quo ſermones mihi iam miſcere negatum.

Nic. Fabro, Regio Conſiliario, I.C.

Nempe modum lacrimis & ponere fræna dolori
Te iubet hic & me ille iubet: ſed conſcia damni
Mens tua te, & mea me, Faber ô dulciſſime, tanto
In luctu, inſano iubet indulgere dolori.
Quid quod habent aliquas, etſi mirabile dictu,

Delicias lacrumæ? nec abeſt ingrata voluptas
A gemitu quamuis magno,ſenſuque doloris?
Nos verò & lacrumis & triſti fronte dolorem
Teſtemur: lacrumaſque imo de pectore ad iſtum
Fundamus tumulum: lacrumæ ſint pignus amoris,
Non violæ ad Tumulum, nec inania munera florum.
Iuſta quidem Regi,licet atro in funere,cauſa eſt
Cur lacrumas premat: at reliquis lex æquior illas
Permiſit: nos hoc docuit pater Ennius olim.
Tu fidum luges, indiuiduumque ſodalem:
Theſea Pirithous.Pylades dilexit Oreſtem,
Euryalum Niſus, Scipionem Lœlius. horum
Æquat veſter amor ſi non & vincit,amorem.
Me verò amiſſo patre præceptore,patrono,
Flere nefas? cui me iura omnia nomina kara
Me voluit debere Deus. longè iſta faceſſant
Prodigia, & iuſti medicamina ſtulta doloris.
Quin potius non me fratrum.non turba ſororum,
Non natæ,ſed nec quamuis fidiſſima, coniunx
Vel lacrumis vincant, vel acerbi horrore doloris:
Nam fuit ille mihi frater pater, atque patronus.
Et lugere patrem vetor, & fratrem,atque patronum?

Iacobo Bongarſio, Regio in Germania legato.

Dum legatio te exercet Germanica. dum tu
Neccaris ad ripam Rhenique Albiſque, fideli
Bongarſi obſequio mandata negotia curas:
Sequanicam ad ripam veteres lugemus amici.
Tu luctus quæ cauſa,quis ingens quærere parce
Sit dolor hic.quid enim ſæuum crudeſcere vulnus
Adtrectando velis? hoc ſolum dicere fas eſt,
Occidit ille fori nuper decus: occidit ille
Flos nuper patriæ; quo vix vel doctior alter
Vel melior ſurget quem nunquam infamis habendi
Flexit amor,non praua ſitis corrupit honorem:

Exi-

Eximia in patriam notus pietate, in amicos
Officiis, rectique tenax, verique magiſter.
Adſcribam nomen? cùm ſit notiſſimus orbi
Vt ſecli Phœnix: cum te quoque viuus amauit,
Ingenium, moreſque probos miratus & arteis,
Non faciam. ſed tu lacrumas impende ſepulchro
Et flores. nos hæc fas illi ſoluere iuſta.

Ioſiæ Mercero.

Mercere, nam quid in graui luctu ſiles?
Iacet Pithœus, & taces? tuus iacet
Pithœus ille, nec doles? hæc eſt fides?
Fallor. dolore ſaucium pectus graui,
Mediocris eſſe credit indices luctus
Lacrumas: dolori plura deberi ſuo.
Mercere, ſic eſt. triſte ſed ſilentium
Abrumpe tandem: pone frænos luctui.
Potius Pithœi mitte vitam in litteras.
Ætas vt iſta ſeculi ſui bona
Agnoſcat: iſtud vt nepotibus probæ
Exemplar olim adfulgeat vitæ. Potes
Etenim. fauere ſcimus & Muſas tibi:
Atlantis olim finxit os iſtud nepos:
Artes Minerua te ſuas docuit. Vide:
Pithœus ipſe, mortuus licet, tuis
Donare famam perpetem ſcriptis poteſt.

Io. Hotmanno Franciſci F.

Tu quid agam quæris, valeamne, ægerne recumbam:
Quid referam? Nam me ſi dicam viuere, dicas
Et manes hac luce frui. ſi lumine caſſum;
Et manes dicas humanis vocibus vti.
Sed me quis viuum credat? cum corporis huius
Vmbra modò huc illuc incerto errore vagetur;
Mens extra hanc ſedem, ingenti concuſſa dolore,
Hoc vnum aſſiduè vulnus meditetur, omiſſis
Officiis vitæ, quod nuper liuida fata

In-

Digitized by Google

Inflixere mihi immerito & nil tale timenti
Nam quæ te post lustra decem rapuere sorores,
Stamina præcipiti ruperunt pollice vitæ:
Cùm vegeto vires in corpore, & illa vigeret
Ingenii, Pithœe, acies: cum sola maneret
Ex senio, quæ consequitur prudentia canos.
Me vero infando Parcæ oppressere dolore
Et damno. nam te, Pithœe, superstite, nobis
Viuere dulce fuit; quamuis se dura laborum
Offerrent: nunc te erepto, cur viuo superstes,
Si viuo? cur non & me crudelia fata
Pithœo comitem mortisque viæque dedistis?
Heu! mihi communis tecum hæc Hotmanne querella est,
Huius pars Hotmanne animæ; nam te quoque Parcæ
Te quoque crudeles præciso stamine Parcæ,
Orbatum Parruo, simili oppressere ruinâ.
Scilicet vt quia nos fraterno fœdere dudum
Iunxerunt mores, studia, & via denique vitæ;
Et simili quateret miseros Fortuna doloris
Argumento, istis illudens improba vinclis.

Petro Neueleto, fratri patrueli, regio Consiliario.

Molles Hendecasyllabi valete:
Nempe Amoribus & Iocis vacatis.
At vos huc celeres, truces Iambi,
Vltores sceleris, gradu citato:
Vos Parcam iugulate, quæ sororum
Nouem delicias peremit. huc vos
Huc passis miserabiles capillis
Aduolate Elegi; ciete planctus.
Tu vero, Neuelete, quem Camenæ
Amant, carmine seu libet Latino,
Seu Thusco libet, huic viro parenta,
Quo nil sanctius eruditiusque
Nostra hæc, postuma nec videbit ætas.

Dio-

Dioniſio Lebeo Batillio, Medıomat. Præſidı.

Animæ, Lebee, pars meæ, pars pectoris,
Animæque frater, vulnus an vides meum,
Et ocioſus vltimum ſpectas nefas
Parcæ furentis in meum caput? vides
Sæuo Pithœum concidiſſe vulnere,
Et nos eodem concidiſſe vulnere:
Vides, taceſque? num te non mouet meus
Dolor? quid ergo pertinax heu! tamdiu
Siles, nec â te tamdiu ſolatium?
Credo quòd iſto vulneratus funere,
Dolore victus ipſe, nec pati potes
Nec ferre amico funeris ſolatium.
Atqui decebat anxium quamuis pio
Soluiſſe iuſta carmine, & maneis viri
Placaſſe verſu: nec tacere Numinis
Iram. bonorum namque mortibus, Deus
Fecunda culpæ ſecula hæc vlciſcitur.

Karolo Karlomagno I.C. Amitino.

Ite procul, procul ô crudeles ite Camœnæ:
 Quid mihi vobiſcum? ludite nunc alios.
Scilicet æternum funebres fundere verſus
 Fas mihi: Muſarum hæc munera ſola fero.
Nam noua quotidie funebria carmina poſcunt
 Funera, funeribus continuata aliis,
Atqui iſtum decuit ſaltem eripuiſſe Charonti,
 Qui fuerat veſtri gloria prima chori.
Et credam veſtro victurum munere quemquam?
 Aut veſtrum in Parcas ſcilicet imperium?
Vos ego dum rerum Dominas, famæque putaui,
 Aſſiduis demens officiis colui.
At nunc Fortunæ, Mortiſque valete Camœnæ
 Mancipia: ô fallax femineumque genus!
Scilicet, ingratas & inania Numina, Muſas

Et

Et venerer steriles, nomina vana, deas!
Vos vero ingratæ procul ô procul ite Camœnæ:
Artibus his alias sollicitate animas.
Me vitæ errores fas est damnare prioris:
Atque agere exemplo seria, Karle, tuo:
Qui sterilem damnans glebam, Musasque relinquens
Mendaces, Themidis arduus arce sedes:
Nunc trepicos docta defendens voce clienteis,
Nunc lites æqua iudicis arte secans.

Iosepho Scaligero.

O tu Scaligeri gloria stemmatis,
Maiorum titulis, stirpeque nobilis;
Virtutis merito nobilior tuæ;
Cui nil eloquii Mercurius parens,
Nil Pallas studii mater & artium;
Cui nil Aonidum Phœbus amor, negat:
An siccis oculis hunc tumulum tui
Pithœi, & gemitum funeris adspicis?
An verò lacrumas fundis, & indices
Versus tristitiæ? dic age quid paras?
Nam te crediderim, vulnere saucium
Isto, iusta tuo soluere iam diu
Pithœo variis carminibus: tuum
Pithœum meritis tollere laudibus:
Et de morte queri, quæ rapuit decus
Regni, quæ columen Pieridum tulit.
Tu vero insidias, Scaliger, inuidæ
Mortis, tu laqueos sedulus effuge:
Nam cui parcere mors sustineat diu,
Quæ florem rapuit præcipiti manu,
Musarum & patriæ: quæ literis parat
Funus, quando metit Scaligero pareis?

Isaaco Casaubono.

Tune etiam nostras inter, Casabone, querellas
Pierii sileas duxque decusque chori?

Ecce

Ecce comas laceræ plangunt & pectora nudæ
  Pithœum triſti carmine Pierides.
Tu Caſabone ſiles? lacrumaſne in funere amici
  Eſſe ſatis credas? exigit iſte tamen
Plura dolor. Maneſque viri maiora requirunt
  Iure ſuo ſanctæ pignora amicitiæ.
Ille tibi eximiæ palmam, Caſabone, merenti
  Doctrinæ, & rari detulit ingenii:
Teſtis ego, nec vana loquor. tu digna repende
  Iſto, namque potes, munera iudicio:
Tu Græcâ depromе penu Latiaque Syraque,
  Muſarum & Phœbi carmina digna choro:
Nomine digna tuo, Pithœi nomine digna
  Carmina, quæ quondam fama loquatur anus.
Tu meritum, Caſabone, viri ſuper æthera vectus,
  Perfer ad Eoos, perfer ad Heſperios:
Pithœum vt reſonent quæcumque Hyperiona gentes
  Surgentemque vident, occiduumque vident.
Carmina nos à te lugubri voce canemus:
  Illa eadem recinet carmina poſteritas,
Poſtuma Pithœi mores mirabitur ætas:
  Illa eadem in laudes ibit amica tuas.

Iuſto Lipſio.

Tu luge pater elegantiarum:
Vos, quantum eſt hominum peritiorum,
Lugete, & lacrumis rigate vultus.
Veſter mortuus eſt Pithœus, ille
Veſtræ deliciæ, decuſque veſtrum.
Nullo funere plus cruenta Parca
Admiſit ſceleris, viro peremрto
Quo vix ſanctior eſt, eritve quiſquam
Quo vix doctior eſt, eritve quiſquam.
At tu præcipue, erudite Lipſi,
Pithœum geme ſæuiter peremptum,
Tu Lipſi pater elegantiarum;

Tu qui floſculus es peritiorum.

Manibus Pithœanis.

Quam grauis erepto fuerit iactura parente,
Vix ſenſi, dum tu munia patris obis.
At nunc reſciſſa eſt fuerat quæ obducta, cicatrix;
Dum mihi tam ſæuo vulnere raptus obis.
O rerum ſortes! quid enim quas meſſis ariſtas
Oſtendit, cæli vis inopina rapit?
Parcite iam tandem miſero crudelia fata:
Si tamen his aliquid triſtius eſſe poteſt:

Eiſdem.

Quam fuerant gratæ quæ te oſtendere Kalendæ
Naſcentem, humani delicium generis;
Tam ſunt nunc triſtes quæ te rapuere Kalendæ,
Humani dignum fletibus heu! generis.

Item.

Hoſpes ſta & lacruma. namque hac conditur vrnâ,
Ambiguum eſt, fuerit doctior an melior.

In Stephani Paſchaſii imaginem, deſtitutam manibus.

AT ne Paſchaſium tua tabella
Pictum dixeris, ô inepte pictor.
Ecquis Cauſidicum manu carentem, &
Lingua, Cauſidicum putarit eſſe.

In eiuſdem iconis encomiaſtas.

Cum iam Paſchaſio manus ademptas
Tot manus celebrauerint bonorum
Vatum, gloria quos manet perennis;
Nec iam ſit manibus meis relictum
Quod ſuper manibus nouum referri
Paſchaſi queat, ô manus iniquas
Tot vatum! immerito mihi manus quæ,
Dum præcurritis abſtuliſtis ambas:
Per vos Paſchaſius manus recepit,
Per vos ſentio mî manus abeſſe.

Eidem

Eidem tabellæ.

O Felix quater & quater tabella!
Quam tibi inuideo tabella bella,
Hæc tot carmina delicata, blanda,
Docta, ſuauia, culta, mollicella,
Terſa, quæ cupiat Catullus ipſe
A ſe condita tam fauente Phœbo,
Quàm ſunt à variis fauente Phœbo
Luſa vatibus: ò canenda ſeclis
Venturis, nimium ô tabella felix,
Tot vatum memorabilis propago.

De eiſdem manibus.

Cùm plagii damnata manus mihi clepſerit olim,
Noſtra quod in libris ſcripſerat ante manus;
Et noſtros pictor vellet modo fingere vultus,
An bene nos nullas finxit habere manus?

In eandem effigiem.

Te manibus ſine qui pinxit, ne pictor ineptus
Debuerat nullas ipſe habuiſſe manus.

Eiuſdem pictori.

Cum patris ante oculos crudeleis ſtaret ad aras
Victima barbaricis Iphigenia ſacris;
Optaretque ſibi conſtantem dextra Timantis
Pingere, quam cuncti ſuſpicerent, tabulam;
Hincque ſuperſtitio retineret vana parentis,
Inde autem pietas eliceret lacrimas,
Atreidæ caput obſcuro velauit amictu;
Saluus honos tabulæ poſſet vt eſſe ſuæ.
Sic tua diuinos auſa eſt effingere vultus
Paſchaſii, pictor, cùm tremebunda manus,
Paſchaſiique ſacram nullo corrumpier auro,
Diuina & ſcires ſcribere ſcripta, manum,
Quam manus eſt à te Stephani ſubducta tabellæ:
Sollerter! tua quam eſt ingenioſa manus!

De eadem.

Cur lingua manibuſque caret, cui lingua manuſque
Immortale olim conſtituere decus?
Cum linguæ manuumq; haud poſſet pictor honorem
Exprimere, obmiſſa eſt lingua manuſque homini.

Pictori.

Ne populo mancam, Pictor, propone tabellam;
Ecce tot armatas in tua damna manus.
Iſto ſed tamen eſt felix errore tabella,
Erroris pretium quæ malè picta refert,

In eundem.

Fallunt nos oculi, aut imago noſtri
Hæc eſt Paſchaſii. en benignus iſte eſt
Vultus Paſchaſii; en benigni ocelli.
Salue ô delitiæ meæ, meum mel,
Salue ô militiæ decus togatæ:
Amplexu fruar ô, tuæque figam
Et dextræ oſcula, pectorique: Sed cur,
Cur dextram fidei fidele pignus,
Amico tua ſurpuit fideli,
Pictor dextera? cur tenelli Amoris
Quæ dudum explicuit doloſque & arteis,
Hanc celat populo manum tabella?
Cur quæ Francia iura, Origineſque
Ornauit patrias, negat tabella?
Sed nos forſitan hoc docebit ipſe,
Totum Paſchaſius; videtur ipſe
Velle Paſchaſius loqui. Sed heus tu,
Linguam non video: at, proterue, dic cur
Et linguam abſtuleris viro innocenti,
Quæ quondam dominæ in ſinum ferebat
Molli, blanditias meras, ſuſurro,
Spargebatque ſuis iocos ſaleſque:
Qua rurſus medio foro Patronus
Tanquam Gallicus Hercules tonabat?
In ius te rapio, ſceleſte Pictor
Qua culpam potes expiare pœnâ?

Nos vt iudiciis regat Senatus,
Et Tricaſſibus vt Dice ſacretur,
Suos deſeruit lareis, ſedetque
Noſtris in laribus: ſed omnis iſte
Fruſtra erit labor, aut ſeuerus à te
Pœnas expetet impotentis auſi,
Qui manum Hiſtorico, manum Poetæ,
Qui linguam ſimul optimo Patrono,
Quin lucem patriæ rapis perennem.

Reſpondet Pictor.

Quid collo trahis, impotens doloris,
Obtorto immeritum, minaxque vultu?
Et me Paſchaſius probatque, amatque;
Ipſe & Paſchaſium coloque, amoque.
Sed ſi Paſchaſii manum, tabella,
Et linguam occuluit; memento noſtræ
Hoc artis vitium eſſe, nec diſerti
Aut linguam, aut animam viri, manumve,
Vllo penitus exprimi, vel ære, aut
Cerâ, aut marmore, poſſe penicillo.
Nam quod ars potuit, tibi tabella,
Oris & decus, & decus genarum
Blanda lumina, corporiſque quicquid
Humanum eſt nitido colore monſtrat.
Mortalis manus eſt mihi; nec vllam
Mortalem niſi concipit figuram.

Paſchaſio.

Quam male te manibus mancum facit iſta tabella,
Caſtalidum plenâ qui metis arua manu:
Tam malè te manibus mancum facit iſta tabella,
Qui plenâ impertis dona, manu, Aonidum.

Eidem Tricaſſibus Lutetiam reuertenti.

Cur caligine, cur malis tenebris
Cælum Iupiter inficit diemque?
Huius Paſchaſius recedit vrbis

Lux Sol, Phoſphorus: illius receſſu
Priſtinæ remaneant malæ tenebræ.

Ad eundem.

Tu præſens mihi qui manus dediſti,
Abſens eripies mihi manus; ſed
Cur linguam eripias? nec ille linguam
Pictor eripuit tibi, manum qui
Audax eripuit. Manus valete,
Soli Paſchaſio manus dicatæ.
Valete ô mihi lingua dum ſuperſit,
Quæ deſiderium tui, meoſque
Exprimat querulo ſono labores.

ANTONII OISELII.

In mortem Petri Ronſardi.

RONſardo ſtruitis, Vates quid ceſpite fruſtrà
Mortali tumulum, pennâ qui cælite vivus
Tot ſibi, tot patriæ monimenta æterna ſacrauit?
An vos, vt ſecum cælo, Iouis armiger, addat?

In Paſchaſii effigiem, ſine manibus.

Hunc qui non oculis, manibus ſed priuat vtriſque,
Expreſſit veram Iudicis effigiem.
Nam quod Thebanus, manibuſque oculiſque reuulſis,
Effinxit cæcas Iuridicum facies;
Hoc falli docuit verſu ſacrata vetuſtas,
"Ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τα γινόμενα.

De eadem.

Hic qui Paſchaſium, manibus ſine pinxit, acutus
Pictor, facundo pinxit in ore manus.
Quin & præſago expreſſit velamine Gallis,
Thebanam veri Iudicis effigiem.

Tulex Catharinæ Rupellæ.

Iamdudum auſculto, ac tacitus lego & audio, quæ vos
Cer-

Certatim vario multum ſermone morati,
Cuncta ſuper pulice, obſcuro turba inuida vati:
Solus ego auditor tantum? Sanctiſſime Præſes,
Da veniam facilis, da libertate Nouembri,
Quando ita Martinus voluit pater optimus, vti
Ecce ille eloquii princeps, iuris coriphæus,
Græcorum & Latii vindex, atque aſſiduus præs
Subripit excelſos animos à rebus agendis;
Fortunam pulicis modulatis verſibus implens.
Ille etiam genitus Mnemes, ideoque Renatus,
Regali, ſacro, plebeio iure relictis,
Quodque ſuis doctâ vigilans parat Andibus arte.
Hunc vatem vates oratoremque diſertum
Effert. Nam de te haud miror, qui pulicis auctor,
Hos nobis animi motus turbaſque citaſti:
Vt cui naſcenti veneres Lucina leporeſque
Indidit, infantique admorunt vbera Muſæ,
Phœbeamque ſacræ fronti impoſuere coronam:
Sic quod ſuccedens nouus iſtis cautibus Orpheus,
Solus flexiſti rupes, vt Picta puella,
Ceu noua diſparibus numeris reſpondeat Echo
Vnde fremunt omnes Rapus, Odo, Picta cothurnix,
Celſus filius, & nouus Arbiter, alter & Andus,
Quemque tuum gemitu luges Benace marino,
Et coryli lauro intextæ cui tempora cingunt,
Et queis Sancta ſuum ſacrauit Martia nomen,
Et cantare omnes & reſpondere periti.
Ille elegis melior, variis hic mollis iambis,
Hic fidibus dulcis Flacco inuidus, ille Maroni,
Doctior ille ſuum certans ſuperare Catullum,
Hic Graio! multi patrio, plerique Latino,
Nonnulli Hiſpano atque Italo ſermone; rotundo
Ore omnes: tota Phœbus iam perſonat vrbe,
Pictorum veluti Clio migrarit in oras;
Pythius & nolit dici, ſed Pictus Apollo.

Fallimur? an mentes falſa ſub imagine capti
Erramus, ſpeciesve oculos deludit inanis?
Non eſt hic vere pulex, mihi credite, non eſt:
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
Sed paulla iſta animi formam quæ ſordibus æquat,
Ingenioſa quidem, motus & corporis omnes
Docta nimis, fœda; infamis, cytharæda petulca,
Inuidia atque odiis Pictæ commota puellæ;
Huc procul ad placide labentis littora Clani,
Pictorumque arces à Lesbo dæmona fuſcum,
Fallacemque ſuum nigro ſub tegmine miſit;
Dæmona, qui formam mentitus pulicis atri;
Virginis occultum mammis inſpiret amorem.
Nec mora, ſuſceptæ genius mandata capeſſens
Fit leuis & pullus pullo de dæmone pulex
Ille puellares cœtus impune ſubintrans
Incautam petit, inque ſinum, & præcordia mordax,
Interque & veſtes, & læuia pectora, crebro
Labitur attactu, & toto ſub corpore ſaltans,
Virgineos omnes adytus, omneſque receſſus,
Quos nec fas homini inceſto contingere, luſtrat,
Si cæcos venis atque oſſibus implicet ignes.
Vidi, aderam, fateor, neque noxia lumina feci,
Senſit & erubuit virgo: ignitæ ipſe fauillæ
Emotæque adeo agnoui veſtigia flammæ.
At memor illa ſui caſtæ ambas Palladis artes
Inuocat, & dextra calamumque columque ſiniſtra
Arripiens, Ades, ô Dea, tuque ô Delia virgo;
Dixit, & incæpto vultum ſermone mouetur
Non aliter, quam dura ſilex aut Pictea rupes.
Sicque leuis Sapphus victo de dæmone, virgo
Inuigilans chartis & lanæ inuicta, triumphat,
Ac pulex dæmon tenues euaſit in auras.
Aut hic ſi pulex fuerit, qui virginis aures
Palpita tot vatum, & conſultorum atria pulſat,

Haud

Haud equidem obſcæno humanove eſt puluere cretus;
Sed canis ætherei æternus de ſanguine ſanguis
Decidit in terras, cum tandem de duce, Præſes,
Optima cæleſtum terras Aſtræa reuiſens,
Fœdè ſpurcatos templis inſtaurat honores,
Iudiciis rectum, ſubiectis otia pacis
Optatæ reddens, verum moderatur & æquum,
Terret Achillea porro virtute rebelles,
Sydereas procerum turres, & culmina præter
Summa volans, humiles vno comitata miniſtro
Pulice Meraſo Pictæ deuertit ad ædes,
Mortalis ſpecie ſed quæ Dea vertice ab alto
Agnoſci vultuque ac maieſtate verendâ
Poſſet: & ignoto tremuit ſub pondere tectum.
Hoſpitio Erigonem materque & filia pronis
Vultibus excipiunt; confeſtim apparet at illi
Pieridum chorus omnis ouans, ac verſibus auras
Omnes alternis pulſant atque æthera complent
Aſtrææ reduci lætum Pæana canentes.
Tum circumſiliens cunctas cane natus aduſto
Icarii pulex, vt vidit & audiit illam
Quæ ſexum longe ſuperans virtutibus, anteit,
Doctrinaque viros, hominem haud ſonat & dea certe eſt,
Vt cupiit periit, petiit, morſuque momordit
Improbus iracundus, inexorabilis acer:
Oblituſque ſui cognatorumque micantum,
Et domini & dominæ, Pictæ deceptus amore,
Mortalis cupit æternum ſeruire puellæ.
Subriſit diua: ac Pictam mirata, miſerta
Pulicis ardentis, Pictos Aſtræa relinquens;
Hunc habitatorem puræ iubet eſſe puellæ,
Extinctos pariter donec noua ſydera mundo,
Tot vatum victus votis precibuſque benignus
Iuppiter imponens, fiat Picta altera virgo,
Virginis Erigonæ comes, æternuſque ſatelles,

Virgineus pulex proprio iam lumine fulgens
Exultet lucis Pictarum præuius, index
Vertentis ſolis, ſaltu & prænuncius alto,
Sublimes magni ſpes vatibus inchoet anni,
Et minimum in terris ſignetur pulicis aſtrum:
Felices animæ metris cæloque beatæ.

Androclas Chriſtianus anno 1598.

Tertius incauto iam ſexageſimus annus
Ingruit, ac ſæui properant ſuccedere menſes:
Iamque dies, nec fallor, adeſt, quà matris ab aluo
Suſceptus, primis ferii vagitibus auras
Octauæ tum Idus, Martis voluere Quiritum
Pontifices nunc bis ſeptenas eſſe Kalendas.
  CRISTE faue, propiuſq; tuo me numine firmans,
A natiſque, domoque minas auerte malorum.
  Quippe illum noxæ, luctus, morbique minacem
Corporis aut animi Graiorum pagina ſcripſit:
Tum mulcatorem, mactatoremque virorum
Iampridem ſeptemgemini vetus accola Nili.
  At tibi fatales nexus, tibi penſa ſororum,
Enneadum hebdomadumq; gradus, tibi tempora & anni,
Errantumque vagi curſus, ac ſidera cæli
Apparent: tuque aſtra ſedens ſuper, aſtra gubernans
Saturni rugas, & Martis ſpicula rides.
  Quòd ſi ea vis fati, an potius tua certa voluntas
Conſorti emeritæ viduum ſociare iugalem,
Dimidioque animæ dereptum reddere Pitheo:
Da prius vt ſpurcis maculoſo ſordibus, omnes
Terrenæ excedant labes. Da corpus vt Adæ
Exuuias ataui exutum, tua, CHRISTE, ſalutis
Arma, crucem, pignuſque ſacrum, verbumq; parentis
Induat. infrenes fibras, hominemque rebellem
Dede neci: celſa viuus tibi ſemper in arce
Spiritus adſpiret: fragili dum carcere rupto
Ad ſuperos remeans tua numina liber adoret:

Donec

Donec summa dies flammis quæ vltricibus orbi
Imminet, extinctos cineres resupinaque membra
Suscitet: vt noua forma viri, te vindice, mortis
Impauidi, cælo CHRISTVM lingua, ore, animaq;
Concelebrẽ, CHRITVM ingeminās hominẽq; Deumq;.

IACOBI PASCHARII
LOTHARNGI.

In Io. Iac. Boissardi imaginem.

Eximius Phaethonta Myron depinxit: at eius
Non potuit vires docta notare manus.
Boissardum expressit pictor: decus atque labores
Scire quidem potuit; pingere non valuit.

De eiusdem poematis.

Quid Boissarde, tuo negas labori
Lucem? quid charites tenebricosa
Blattis expositas recondis arca?
Sic vatum sua laus queat Parenti,
Sic & Pieriis sui lepores
Indigno nimium perire casu.
Abs te sit procul hoc nefas videto:
Ne Musas tepido sinu foueri
Dum reris; potius querantur illæ
Sese compedibus premi reuinctas.
O profer lepidos sales amabo,
Gazas ô igitur tui reclude
Nobis ingenii; velisque Phæbo,
Phæbus carmina quæ dedit, patere.
Nil Momi streperas morare voces,
Diræ nec moueant venena linguæ:
Nam cum iudicio proberis acri.
Quorumcunq; hominum sagaciorum,
Nil rudis poterit tibi sinistrum

Vulgi iudicium nocere: nullum eſt.

In imaginem Paulli Meliſſi.

Hæc capitis forma eſt longe pulcerrima, frontem
  Siue genas, oculos, ora vel ipſa notes,
Signaque diuinæ ſpeciem referentia mentis,
  Tradita ceu magno ſunt ab Ariſtotele,
Accipe quiſquis aues faciem vouiſſe Meliſſi,
  Melleus è docto cui fluit ore lepos.
Vmbra tamen ſola eſt heic, corporis indiga veri:
  Nil niſi diuini quippe Meliſſus habet.

De poeta quodam & hiſtorico.

Grandiloquo vt valeat famam ſuper æthera verſu
  Tollere, Mœonides Arma virumque canit,
Viuat vt æternum poſt vltima funera nomen,
  Et Latius vates Arma virumque canit.
Hic, miranda Dei quo poſſit geſta potentis
  Diſcere poſteritas, Arma virumque canit.

In Nic. Clem. Trelli Gallica poemata.

Quid proſunt Pario ducti de marmore vultus,
  Sculptaque priſcorum tot monumenta Ducum?
Cecropii periere diu celebrata Myronis
  Æraque Praxitelis, Trelle, notata manu.
Phidiaco ſi quæ ſupereſſe toreumata cælo
  Cernimus, hæc veteri conſenuere ſitu.
At tua Pegaſeo madefacta poemata fonte,
  Squallebunt nulla temporis inuidia:
Quod Muſas Graio primum ſermone locutas,
  Vel Latio, fari Gallica verba doces.

In Symbolum nobil. V. αἰχθρὸν ψυχρὸν, γλυκυ θερμὸν.

Gratus feruor ineſt, exoſum frigus vbique:
  Ille mihi vitæ eſt; hoc mihi cauſſa necis.

In Thomam Euatium Scotum.

Qui Latio Muſas ſedem fixiſſe perennem,
  Et ſolâ vates dixit in Auſoniâ:

Haud

Haud tua Caſtalios referentia carmina cætus
Legerat, & celebri quæ canis vſque lyrâ.
Quanta Caledoniis tibi laus & nomen in oris
Suggeret Euati, neſcius ille fuit.
Abduxti Latio Muſas; Vateſque Latinos
Exculti ſuperas viribus ingenii.

De Petro Ramo.

Fertilior quauis cum ſit ſacer arbore Ramus;
Arboris hic dignus nomine Ramus erat.

Ad Boiſſardum de diſceſſu Sallæ.

Ergo tuum, Boiſſarde, doles abſcedere Sallam!
Cauſſa nec iſtius iuſta doloris abeſt.
Exceſſere ſimul Charites, Pietatis alumnæ,
Magnanimi ſummus candor & ingenii.
Mars fremit; effuſo tellus madet alma cruore,
Infelixque ſuâ Gallia mole ruit.
Belga potens opibus ſtricto ſua viſcera ferro
Impetit, & patriæ funere funus edit.
Attamen armorum velut atro turbine raptus,
Voluitur illuſtris prodigus ille animæ.
Pone metum, Boiſſarde, grauem: vereare nec vltra,
Ne ſtrenuum rapiat mors violenta Ducem.
Viuida ſi fati virtus eſt neſcia, Parcæ
In Sallam poterunt iuris habere nihil.

STEPHANI PASCHASII
ICONVM LIBER.

Ad Philippum Huraltum Chiuernium Cancellarium.

ACcipe nobilium tabulatum pegma virorum,
Siue tibi liber hic ſiue libellus erit.
Cur tamen iſte liber cenſebitur eſſe libellus?
Legeris hunc, libros legeris innumeros.

Ad

Ad eundem.

Heroes iſtos merito tibi dono Philippe,
Heroes inter qui numerandus eris.

Ad Regum Francorum maneis.

Saluete ô animæ beatiores
(Francorum pia principium propago)
Et vos quas veteres tulere ſoles,
Et vos quas cupidi colunt nepotes;
Vobis paginula exaratur iſta;
In quà ſi breue quid putetur eſſe,
O quam multa docet tabella paucis!

Clodouæus Francorum Rex.

Carolus his placeat,mihi tu, Clodouæe, placebis;
Atque adeo Magno maior habendus eris.

Pepinus.

A Conſtantino quæ vult donata, vetuſtas;
Muneris eſſe putant cuncta Pepine tui.

Carolus Magnus.

Viuo quod mihi priſca ſecla debent;
Amplo fœnore, mortuo rependunt.

Ludouicus Pius.

Quam magno ingenio fuerit Lodoicus, id alter
Viderit: at pius eſt: hoc ego credo pie.

Carolus Caluus.

Dum varie Regni fineis, Rex Calue, propagas;
Regnum his deſcribis queis modo limitibus.

Ludouicus Balbus & reliqua Pepini ſoboles.

Ne Balbum celebrem,aut ludibria cætera Regni;
Non me vox operam perdere balba ſinit.

Hugo Capetus.

Tam latum Imperium quam gens Merouinga potenſq;,
Non ego quæro meis, ſed diuturnius eſt.

Philippus primus.

Sacrum ego dum bellum pro relligione capeſſo,
Mireris quam res profuit iſta meis.

Phi-

Philippus Auguſtus.

Siue quod Auguſti fineis poſſederit agri,
Auguſto natus ſiue quod augurio;
Vel quod vtrumque ſimul fauſto ſit ſydere nactus:
Auguſti meruit nomen & obtinuit.

Ludouicus Nonus.

Multa Pepine tibi Romana Eccleſia debet,
Plura ego ni fallor, ſed, Lodoice, tibi.
Diuitiis alter veſanoque inſtruit auro,
Sed Lodoicus eam ſeuocat à vitiis.

Philippus Pulcher.

Hic docuit noſtri quænam retinacula regni,
Pontificemque ſuis claudere limitibus.

Philippus Valeſius.

Quam Salicam teneris legem ſanxiſtis ab annis;
Hanc ego collapſam tempore, reſtitui.

Ianus.

Túne bifrons Ianus? templi tibi ianua clauſa?
Non ita, perpetuò ſed reſerata fuit.

Carolus Quintus.

Cognomen veteres nobis tribuêre Sagacis,
Nec laudem hanc deſunt qui tamen inuideant.

Carolus Sextus.

Quàm miſerum puero faſceis committere Regni,
Et fatuo; Francos, Carole Sexte, doces.

Carolus Septimus.

Rebus in aduerſis, aliquid: Rex, nil ego: Regnum,
Noſtrorum haud noſtra reſtituemus ope.

Ludouicus Vndecimus.

Artem regnandi, Reges ſi quæritis; ecce,
Hic vos præcipuè diſſimulare docet.

Carolus Octauus.

Vt vidi, vici: dicebat Iulius ille,
Gloria Romani Iulius Imperii.
Parthenopem vincis nondum tibi Carole viſam;

Cæſaris

Cæſaris illa fuit laurea & iſta tua.

Idem.

Auſonius Gallos ſed viſos vicerat olim;
Gallus non viſos ſubiicit Auſonios.

Ludouicus Duodecimus.

Perdita, neſcio quid de me quod muſſitat aula,
Aſpernor; dum Rex ſim, patriæque pater.

Franciſcus Primus

Excitor & Martis ſtrepitu, ſonituque tubarum;
Mî magis at Muſas reſtituiſſe meis.

Erricus Secundus.

Regnaui fœlix, infauſtâ morte periui,
Quid ſi etiam fœlix rex ego procubui?
Fœlix qui fueram, mihi ſic occumbere fauſtum eſt;
Ne patriæ videam damna ſuprema meæ.

Franciſcus Secundus.

Eclipſeis inter, natusque, & mortuus idem.

Carolus Nonus.

Vidit, & inuidit, me gens mala viuere: cunctis
Poſt obitum; nullis cognitus ante fui.

Erricus tertius Galliarum & Poloniæ Rex.

Gallica Gallorum tibi dat natura coronam;
At dederat virtus Gallica, Sarmaticam.
Nec duplici tantum gaudes, MANET VLTIMA COELO,
Sic vnum cinget trina corona caput.
Scilicet vt viuo virtus dedit alma Polonum;
Defunctâ dabit hæc vt mereare Polum.

Hercules Franciſcus, Alenconij & Andegauenſium Princeps.

Herculis eſt nomen primis ſortitus ab annis,
Quem nunc Franciſcum Francia magna vocat.
Nominibus miraris eum gaudere duobus?
Nempe hic Alcides Francicus alter erit.

Catharina Medicæa.

Et Re-

Et Regis coniunx, Regum genitrixque potentum,
Diuiſum, natis ſubdidit imperium.
Vnica quæ regno medicamen præbuit ægro,
Ciuibus, an non eſt hæc Medicæa piis?

Iana quam virginem Aurelianam vocant.

Iana vocor, Genabo numen; Medea Britannis,
His meretrix, aliis fabula cauta Numæ.
Viua ego quæ laceri ſtabiliui mœnia Regni,
Hei mihi pro meritis mortua nunc laceror.

Ad Lectorem.

Hæc tibi lector habe, quæ miſcellanea raptim
In mentem vt veniunt ſingula, digerimus.
Temporis aut hominum ſeriem ne fortè requiras.
Ordo eſt, ſit numeris nullus vt ordo meis.

Hercules Lanificus.

Hunccine ἀλεξίκακον dicas mendoſa vetuſtas,
Lanificâ quem ſcis ducere penſa manu?
Dum colus Alcidi, monſtrorum verus abactor
Ille, ſuis manibus ſi periiſſet, erat.

Narciſſus.

Nymphas deſpexi; Narciſſi vnius amore
Flagraui, atque amor hic, corporis vmbra fuit.
Flos tandem factus: miraris? nempe breuis flos.
Quin vmbra eſt, quicquid vanus ineptit Amor.

Cecrops.

Græcia Palladiis facunda exultat Athenis,
At tantæ Cecrops conditor vrbis eram.

Pericles.

Fulminat atque tonat, cœlum terramque Pericles
Miſcet, vt hunc verè dixeris eſſe Iouem.

Ariſtides.

Et dubitatis adhuc, Reges, quidnam vtile vobis!
Vtile Ariſtides ſolo metitur honeſto.

Themiſtocles.

Quantum laudis amor nos torqueat, hic docet: vt quem
Excitet

Excitet à ſomno, gloria Milciadis.

Demoſthenes.

Qui populum flectit, demulcet, mitigat, vrget,
Nominat hunc tellus Attica, vim populi.

Pyrrhus Epirotarum Rex.

Pœnus Alexandro nos cenſuit eſſe ſecundum;
Par ego, ſi cum Aſia molli mihi bella fuiſſent.

Alexander Macedo.

Hiſtoricum qualem volui ſi fata dediſſent;
Nullus Alexandro clarior orbe foret.

Annibal.

Romula non virtus; fregit Campana voluptas:
Nec potuit virtus vincere, ſed vitium:
Hoſteis Annibali multi, verùm Hercule nullus
Annibali tantus quam fuit ipſe ſibi.

Scipio Africanus maior.

Vt Macedo, vt Pœnus, tumidum proſtrauimus hoſtem;
Sed proprium, quod nos vicimus & vitium.

Romulus.

Te Lupa lactantem cunis excepit ab imis;
Iactat & auctorem regia Roma ſuum.
Romulida hinc mores hauſit cum lacte Lupinos:
Hinc etiam innumeras vrbs alit vna lupas.

Pompilius Numa.

Conſilium Ægeriæ dum mentior, ille ego ſacros
Inſtituo ritus. laus pia; quæ pia fraus.

Furius Camillus.

In patriam quæ ſit pietas, docet iſte; quòd exul
Communem patriam reſtituit patriæ.

Sulla.

Quod domitis Cæſar vitamque domosque remiſit;
Nullis Sulla modum cædibus impoſuit.
Iulius vt clemens, ſic atrox Sulla videtur.
Falleris, hoc tu ſi, lector amice, putes.
Sæuiit, at tandem poſuit trux Sylla cruorem:

Arma

Arma citò Cæſar condidit, haud poſuit.

Cato Vticenſis.

Romula dum fœlix vixit Reſpublica, vixi;
Et certum eſt nobis hac moriente mori:
In nos edantur quantumuis Anticatones;
Calcabit faſtus mors mea Cæſareos.

Caius Iulius Cæſar.

Singula diſcutias magnæ virtutis imago
Iulius; at nihil hoc, expendas omnia, peius.

Cnæus Pompeius.

Ob mea quod lacrimas effundit funera Cæſar,
Iſto fortè tibi munere comis erit.
Deciperis; necis ipſe meæ miſeretur: ouatque,
Et patriam, & Patres quod dedit exitio.

Ambo Bruti.

Heu, variè Bruti nomen fatale tyranno!
Alter Tarquinium Brutus fugat; inde fugata,
Opprimit hic Caium: ſed non oppreſſa tyrannis.

Octauius Cæſar.

Hic libertatis communis proditor ad ſe
Imperium & faſceis tranſtulit à populo.
Tullius at contra, quamuis aſſertor eorum;
Neſcio quem populo plus nocuiſſe putes.

Idem nomine Auguſti factus Imperator.

Nil miſerabilius vidit longæua vetuſtas
Auguſto; ſi rem reſpicis œconomam.
Nil fœlicius hoc, ſeu pacis dulcia quæris
Otia, ſeu duræ munera militiæ.
Iure igitur fuit, Auguſto fœlicior, illud
Antiquum in votis, Principis introitu.
Non quòd præ reliquis fortuna beatior illi;
Sed reliqui vt poſſent proſperiore frui.
Aut ſi præ reliquis fœlici eſt ſorte potitus;
Stultus es, aut ſordeis hinc legis Auſonias.

Marcus Tullius Cicero.

Sum nouus Arpinas vobis,turba inuida,& iſtud
In me perpetuò fingitis opprobrium.
Sed ſi nulla prior talem tibi protulit ætas
Roma,virum,cur non ſim tibi Roma,nouus?

Nero.

Impius occidit matrem Nero: iuſtior alter
Attamen in terris nemo Nerone fuit.
Qui iuſtus potis eſt ac patricida vocari,
Quod natura vetat iure valere putas?
Debuit haud mater nati Agrippina nefandi,
Vulnere tam diræ ſuccubuiſſe manus;
Sed quia protulerat miſerè fœcunda Neronem,
Debuit imperio Principis illa mori.

Traiani.

Præ reliquis mea ſunt,quod floruit vrbs monumentis,
Et patuit latis finibus imperium.

Marcus Antonius Philoſophus.

Subdola virtutum veſtigia quis putet in me?
Subdola at ingenio multa fuere meo.

Seuerus.

Induimus vulpis pellem,pellemque leonis;
Lyſandri fuit hæc ars Lacedæmonii.

Alexander Mammeæ.

Plurima debuimus matri,quod profuit: iidem,
Detulimus matri plurima,quod nocuit.

Conſtantinus Magnus,Theodoſius Magnus.

Relligionis & hic veræ inſtaurator & ille;
Magnus vterque: tamen vanus vterque fuit.

Iulianus.

Tu Marcellinum,Zoſimum tu voluito,nil hoc
Principe grandius aut ſanctius orbis habet.
Si Theodoreti,ſi Socratis aut Sozomeni
Scripta legas; nihil hoc Principe deterius.
Id cur tam variè atque vnde hæc diſceſſio quæris?
Iſta tibi peperit iurgia relligio.

Heſſo-

Heſiodus.

Aſcra mihi natale ſolum eſt. Heliconis alumnus
Vixi; nunc inter ſidera clara mico.
Aſcræi nobis ne dicito nomen ab Aſcra;
Aſtræi tribuunt verius aſtra mihi.

Homerus.

Septem vrbeis certant magni de patria Homeri,
O Græca dignum calliditate decus! (thenæ,
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, A-
Vendicat vt vatem ſingula quæque ſuum.
Cui non vlla domus viuo, cui nulla ſupellex,
Quem miſerè certum eſt interiiſſe, petunt.
Abnuere eſt potius: nam quò victoria maior,
Debebit tantò vos puduiſſe magis.

Pindarus.

Tam placeo cunctis, vt noſtro nomine parcat,
Et Macedo Thebis & Lacedæmonius.

Anacreon.

Et Dii perpetua Bacchus Phœbusque inuenta,
Et Deus æternum eſt ipſe Cupido puer:
Molliter Auſoniis cecinitque Catullus Amorem,
Et Bacchum Graiis Teïa Muſa ſuum.

Sappho.

Hæc etiam addatur doctis Sappho vltima Muſis,
A qua mellitus nomina verſus habet.
Hanc agitauit amor. quaſi non correptus amore
Phœbus: at hic Muſis Mnemoſyneque præeſt.

Hippocrates

Tu ne crede virum hunc artem docuiſſe medendi.
Non etenim Hippocrates vir fuit, at genius.

Herodotus.

Hic pater hiſtoriæ mendacia plurima finxit;
Quippe ſuam Muſis dedicat hiſtoriam.

Thucydides.

Me peruolue, ſcies qui ſim: & ſi fortè moleſtum,

Vel Marcum de me conſule, vel Fabium.

Pythagoras.

Pythagoram Samium nuper celebrare volebam,
Sed me Pythagoras ipſe tacere iubet.

Socrates.

Hic docuit vanas leges ſine moribus eſſe:
Publica res atenim nil ſine lege poteſt.

Plato.

Iudicio magnus, naturâ magnus & arte,
Præceptis, vſu magnus, & ingenio.
Atque etiam magnus, fuerim quod Socratis olim
Diſcipulus; tum quod doctor Ariſtotelis.
Cætera qui magnus, magni dum verba Platonis
Damnat, maiorem fecit Ariſtoteles.

Ariſtoteles.

Abdita cunctarum diſcuſſi ænigmata rerum,
Ille ego Græcorum gloria prima Sophωn;
Et niſi diuini calcaſſem dogma Platonis;
Eſſem naturæ victor Ariſtoteles.

Xenophon.

Pacem alius colat atque alius colat arma cruentus:
Me belli & pacis tempus vtrumque iuuat.

Iſocrates.

Qui fuerim orator, quantuſque hinc collige; magno
Æmulus Iſocrati magnus Ariſtoteles.

Theophraſtus.

Arte, an ſorte datum Theophraſti ſit tibi nomen,
Neſcio: diuino nomen ab eloquio.

Heraclitus; Democritus.

Heraclite gemis, rides Democrite ſemper
Omnia conuexi vana ſub axe poli.
Vt riſum, vt gemitum diffunditis; en ego veſtrum
Lugeo ſic riſum, rideo ſic gemitum.
Scilicet in vanis cùm ſit ſpes nulla medendi,
Vanior eſt riſus, vanior eſt gemitus.

Chriſippus.

Eſſe bonum ſummum Virtutem quis neget? illam
Verborum miſerè perdis in aucupiis.

Diogenes Cynicus.

Rex ego, non Cynicus: Cynicus, non Rex ego: vtrumvis
Optes, optabit Diogenes Cynicus.
At Cynicum iuuat eſſe magis. non ambitus illic,
Non vaga ſpes. quid ſi rex ego qui Cynicus?

Pyrrho Septicus.

Eſſe aliquid certi vel te doctore docebo;
Omnia nam ſaltem certum eſt incerta vagari.

Epicurus.

Quod libeat, nobis affingat Tullius: at tu
Scire voles qui ſim, conſulito Senecam.

Criſpus Salluſtius.

Vellem te mores vt verba antiqua tenerent:
Quandoquidem verè ſic Antiquarius eſſes.

Caius Iulius Cæſar.

Dicam de Caio quid Cæſare ſentio. ciuis
Tam bonus ô vtinam, quàm bonus hiſtoricus.

Titus Liuius.

Liuius effusè, breuiterque enarrat, vt illi
Adiiciat Momus, tollere nulla queat.

Valerius Maximus.

Et breuitas, & me variè commendat acumen:
Hæc emblemata tu vermicalata putes.

Cornelius Tacitus.

Quod Tacito rerum domino gentisque togatæ,
Nominis alma mei ſollicitudo fuit:
Id quoniam gentile ſuis noſtriſque putaret,
Hinc quam grande mihi nomen in orbe vides.
Verum quem Tacito, Tacitum placuiſſe videbis,
Regibus ô vtinam ſim Tacitus tacitus.

Suetonius Tranquillus.

Cui nomen Tranquillus erat mihi fata dedere

Vt ſint in noſtris nulla quieta libris.

Aulus Gellius.

Aulus Gellius huic, legiturque Agellius illi,
Nominibus priſcis heu malè tuta fides!

Aulus Gellius, Macrobius.

Eſt in vtroque aliquid quo commendetur: ab iſto
Gellius increpitat plurima rapta ſibi.

Catullus.

Vt velis Cato vel Catullus eſſe,
Quoſdam repperias Catonianos,
Quoſdam repperias Catullianos:
At nullus Cato, nullus & Catullus;
Nullus qui potis horula vel vna
Durum moribus aſſequi Catonem,
Mollem verſibus aſſequi Catullum.

Virgilius.

Mantua, Roma ſuo gaudent Calaberque Marone,
Atque in eo malè, quò digladientur, habent.
Mantua protuleras, inuidit Romula tellus,
Eripuit vobis æmula Parthenope.
Miraris quorſum tanta hæc contentio? ferre
Tam celebrem nequiit vnica terra virum.

Tibullus.

Peruoluas reliquos vates, quos Roma tulit, nil
Terſius eſt numeris, culte Tibulle, tuis.

Lucretius.

Rerum qui docui naturas, hei mihi, tandem
Vnica quod philtrum fœmina me docuit!

Ouidius Naſo.

Verſus erat quicquid puer effutire volebas;
Scilicet à matris nate poëta ſinu.
Hinc amor, hinc ſparſo lugens Elegeia capillo,
Cunctaque procliui carmina ſponte natant.
Sed dum Naturæ laxis blandiris habenis,
Vna tibi laudem res parit, vna rapit.

Horatius Flaccus.

Tam lepidè Flaccus lepidos educit amores,
Huic vt credatur visa fuisse Venus.
Rursus tam variè virtutis schemata pingit,
Cuncta vt credatur supposuisse Cato:
Sic tamen vt dubites, oratio sit ne soluta;
Compositum ne eius carmen ab ore fluat.
At tu summorum peruolue poemata Vatum,
Qui Flacco γνώμαις par sit, an vllus erit?

Propertius.

Vmbria parua tibi tantum debere fatetur;
Quantum Callimacho Græcia magna suo.

Lucanus.

Carmina mellifiui nō ambio docta Maronis;
Sunt sua Lucano; sunt sua Virgilio.

Silius Italicus.

Ausonios inter mihi laurea magna poetas
Maxima; quod Vates Patritiusque fui.

Marcus Valerius Martialis.

In me multa leges & spurca & putida: quæ te
(Ingenuè fateor) præteriisse velim.
Hic quoq; seria sunt; quæ tu si legeris, idem
(Crede mihi Lector) legeris & Senecam.

Persius.

Ambis, ò Persi, te vt non intelligat vllus
Hoc ne iubes? iussis obsequar ipse lubens.

Iuuenalis.

Hunc ne te pigeat lector percurrere. multos
Vnicus iste sophos nam Iuuenalis habet.

Seneca.

Vnum Roma tibi Senecam, si dogmata quæris;
Si vitam, Senecas protulit innumeros.

Plinius Secundus.

Me lege; nec Plinium credas legisse Secundum;
Nulli ego dum vixi quippe secundus eram.

Rurſus & auctorem tu ne legiſſe putato:
En tibi ſum larga Bibliotheca penu.

Plutarchus.

Hiſtoriā hic, alii mores ſophiamq; colamus;
Nullus erit geminū qui tibi præſtet opus.
Hoc Cherronenſis ſtudiū coniunxit vtrunq;,
Hiſtoriæ mores, moribus hiſtoriam.

Galenus.

Hippocrates paucis, Galenus plurima multis
Arguit, ille iſto tempore vt arte prior.

Auſonius.

Tam variè expreſſi diuina poemata, tamque
Omnibus arridet nomen in orbe meum;
Si quid vt incerto genuinū auctore feratur;
Protinus exanimi detur id Auſonio.
Ne Genium tantum viuis adſcribite, vanis
Nominibus ſuus eſt forſitan & Genius.

Claudianus.

Barbara quis neſcit quam tempora noſtra fuere?
Verùm hæc diuino vicimus ingenio.

Cato pro pueris.

Quem tibi pro pueris dat Bibliopola Catonem;
Crede mihi liber eſt aptior iſte viris.

Symmachus, Caßidorus, Sidonius Apollinaris.

Lumen vt exiguum noctu, ſic nomina noſtra
Fulgent, quod mediis luximus in tenebris.

Nicetas.

Afflictis patriæ rebus legitote Nicetam:
Hiſtoria hic vobis non erit, at ſpeculum.

Ambo Seneca, Lucanus Quintilianus, Martialis

Barbara quinque viris gratatur Iberia, Marco,
Lucano, Fabioque & geminis Senecis,
Qui nugis, verſuque, togâ, ſophiâ, atque cothurno
Clarent: quid maius Roma ſuperba dedit?

Tertulianus, Cyprianus, Optatus, Auguſtinus.

Vna

Vna etiam Optatos, Cyprianos, Tertulianos,
Atque Auguſtinos Africa terra tulit.
Edidit hæc ſancto miracula quattuor orbi.
Nempè aliquid ſemper gens alit illa noui.

Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus.

Sanctos vna duces Chriſti treis protulit ætas,
Sortiturque ſuum quilibet imperium.
Hieronymoque Aſia, Ambroſioque Europa relicta eſt;
Auguſtinoque hinc Africa ceſſit humus;
Atque hæc barbaricis graſſantibus omnia bellis.
Afflictis rebus quam Deus emicuit!

Silueſter.

Pontificem à tenebris reuocat Silueſter ad aulam:
Obfuerit dubitant, profuerit ne magis.

Gregorius Magnus, Bernardus Clarouallenſis.

Præſidet auguſtæ Magnus Gregorius vrbi;
Alter in exiguâ cœnobiarcha domo eſt.
Clareat hic tantum valle, atque ille vrbe ſuperbâ;
Vix dicas quiſnam clarior alterutro.
Ille Dei cultum, clero populoque miniſtrat;
Pontificem ſummum hic quæ ſua cura docet.

Leo primus, Gregorius primus, Nicolaus primus

Pontifices quot Roma tulit celeberrima ſanctos;
Maiores nullos Nicolao, Gregorioque,
Siue Leone habuit: re ſunt vt nomine primi.

Ad Lectorem.

Tu modò Gregorius, mihi nunc Gregorius eſto;
Nil facit ad legem ſyllaba ſola meam.
Carminibus cultis illum iuuet eſſe Poetam:
Me iuuat in cultis verſibus Hiſtoria.

Baſilius Magnus, Benedictus.

Hi monachis normam, magno cum numine Diuûm;
Hic dedit Eois, hic dedit Heſperiis.

Hilarius Pictauienſis Antiſtes.

Et nos exhilaras, Hilari ſanctiſſime Præſul,

Et monitis victa eſt Arria ſecta tuis.

Martinus Turonenſis Antiſtes.

Hunc vt defunctum coluit ſic Gallia viuum;
Et ſanctum obſtupuit Roma beata virum.
Illa habuit Petrum; Turones hunc: viſit vtrunque
Olim, quem tenuit relligionis amor.
Perlege Sulpitium (lector) miraberis hercle,
Actaque Martini, ſcriptaque Sulpitii.

Dionyſius Pariſienſis Antiſtes.

Quod Græcus fuerit, multa id ratione probatur;
Tempore quo, noſtrum voluito Gregorium.

Petrus Lombardus.

Quid non Lombardo Pariſina Academia debet,
Qui ſanctæ reſerat limina prima ſcholæ?

Thomas Aquinas.

Cedite Pythagoræ qui dogmata vana putatis;
Redditus en terris alter Ariſtoteles.

I. Gerſo Theologus.

Quid potuit Sorbona, doces meritiſſime Gerſo;
O magni Gerſo luxque, decuſque chori!

Nicolaus Clamengius.

Tune etiam tacitus prætermittetis? at in te
Neſcio quid taciti murmuris aula ferit.

Laurentius Valla.

Priuatis odiis Reſpublica creſcit: & iiſdem
Grammaticorum auges cladibus imperium.

Pogius Florentinus.

Ludicra ſic recitas, cures vt ſeria; doctum
Qui Fabium Stygiis aſſeris à tenebris.

Angelus Politianus.

Hunc quem ſcire putas & multum, & plurima: eundem
Et multum & multis diſplicuiſſe puta.

Pontanus.

Quantumuis alii laudent ſua carmina Vates;
Nulli ego doctrinâ cedo vel ingenio.

Marullus.

Marullus.

Adſcribit Michael Marullus (ille
Sui delitiæ Marullus æui)
Multa, & ſingula ſingulis Poetis,
Martem Virgilio, Tibullo amorem,
Naturæ latebras tibi, Lucreti,
Syllabas numeris Catullianis,
Soccos ingenio Terentiano.
Quod ſi quis reliquos locarit inter,
Hunc Vates, oneret magis quàm honoret.
Verum dicere crederes Poetas?

Ianus Secundus.

Furta canant alii Veneris, Venerisque triumphos,
Baſiolis paſcor Iane ſecunde tuis.

Baptiſta Fauſtus Mantuanus.

Mantua fœlicem genuit fœcunda Maronē;
Hæc eadem fauſtis me tulit auſpiciis.

Philippus Cominæus.

Carlum ego deſpicio, Lodoicum prædico: cur id?
Me lege; & offendes nonnihil eſſe mei.

M. Sabellicus; Blondus.

Enneas hac illac variè paſſimque vagatur,
Nec circunſcripto limite Marcus agit.
Hiſtoriam Blondus Romanæ dedicat vrbi.
Hunc tenet vrbis, cum detinet orbis amor.

Volaterranus.

De Volaterrano paucis ſic Lector habeto,
Ille ſui Plinius temporis alter erat.

Hermolaus Barbarus.

Multa vni Plinio debent, quod priſca fuere
Secula; qui multum debuit Hermolao.

Ianus Picus Mirandula.

Te quoq;, Pice, canent ſeri poſt fata nepotes;
Quem iuuenem terris mors inopina rapit.

Paullus Iouius.

Vænalis

Vænalis cui penna fuit, cui gloria flocci;
Vix quid vt ille fide ſcripſerit hiſtoricâ.

Eraſmus, Budaus, Alciatus.

Qui leget hos, leget ille ſui tria lumina ſecli,
Lumina non vllo non celebranda die.
Hic Italus, Galluſque alius, Germanus & alter,
Quos triplex vno tempore fama tulit.

Deſiderius Eraſmus.

Quis Deſiderium Magnum inficietur? in illo
Sed ſunt quæ multi prætereunda putent.
Plurima ſi tenebris non inuidiſſet Eraſmus,
Plus famæ poterat conſuluiſſe ſuæ.

Guilielmus Budaus.

Et Latiæ nobis debent Graiæque Camœnæ:
Laudem vtram quęras, magnus vtraq; fui.

Andreas Alciatus.

Laudet quis cupidè priora ſecla,
Vel quos poſtuma vendicabit ætas,
Hoc vnum mihi vendicabo; primus
Quod leges veteres Triboniani
Priſco reddiderim ſuo nitori.

Philippus Melancthon.

Doctrinâ volito clarus ſuper ęthera, quamuis
Cognomen dederit terra nigella mihi.

Stephanus Doletus.

Cui placuit nullus; nulli hunc placuiſſe neceſſe eſt.

Ianus Fernellius.

Liuide quid noſtros inceſſis, Zoile, fœtus,
Quod titulo tumeat charta ſuperba nouo?
Expreſſi veterum Græcorum Arabumque medullam,
Dic mihi num verè hic eſt Medicina liber?

Guicciardinus.

A Tito nullus, ſi quis mihi credat, in orbe
Clarior hoc vno floruit Hiſtoriâ.

Adrianus Turnebus.

Quic-

Quicquid in arcano condebat auara vetuſtas;
Turnebus tacitis eruit è latebris.

Petrus Ramus.

Hic in Ariſtotelis dum famam & dogma vagatur,
O quantum debet Ramus Ariſtoteli!

Iulius Scaliger.

Hic Veronenſis Princeps, ſi fata tuliſſent,
Dotibus ingenii polluit innumeris.
Orator, Medicus, Vates clariſſimus, i nunc
Quære tuis alium Gallia Scaligerum.

Franciſcus Rabeleſius.

Ille ego Gallorum Gallus Democritus illo
Gratius aut ſi quid Gallia progenuit,
Sic homines, ſic & cœleſtia Numina luſi,
Vix homines, vix vt Numina læſa putes.

Beatus Rhenanus.

Qui docuit quicquid Rheni cōcluditur orbe,
An non Rhenanum dicere iure potes?

Georgius Buchananus.

Virgiliis, Flaccis, Nasonibus, atque Catullis,
Hiſne ego ſim tantis vatibus inferior?
In genere, vnicuique, ſuo concedo; ſed in me
Collige cuncta ſimul! plus ego promerui.

Iuſtinianus Imperator.

Multa in centonē dum colligit Induperator,
Pandectaſque libris conflat ab innumeris;
Scire voles quidnā potuit labor iſte mereri?
Poſteritas libros perdidit αὐτογράφυς.
O ingratam operam! quanto ſtudioſius egit,
Deterius tanto condidit auctor opus.

Veteres Iuris Ciuilis interpretes.

Tu Ius Accurſi, te Bartolus explicat, illum
Caſtrenſis, Iaſon, hos putida barbaries.
Sic ne catenatis miſcemus iura tenebris?
Sic cæcis leges mergimus inuolucris?

In Ius

In Ius vos Iuris doctores aduoco priſcos;
O miſera, ò ſanctæ plebs inimica Themi!

Franciſcus Duarenus.

Sancta ſacerdotum tam ſanctè iura recenſes,
Summus vt antiqui iuris dicare ſacerdos.

Baro, Duarenus, Balduinus, Contius.

Et clarum Biturix gemis Baronem,
Et raptus Duarenus ille clarus,
Et claro viduata Balduino es,
Extinctus tibi Contiuſque clarus;
Claris ò Biturix potens alumnis.

In quemdam.

Hoc noſtro cupit inſeri libello
Ruffus neſcio quis rogatque & inſtat,
Quod magnus ſibi cenſeatur auctor;
Auctorem ce[illegible]iniſſe neminem aio,
Iſto carmine vita cui ſuperſit.
Mox vir ingenioſus atque acutus
Obiicit mihi Martialis illud,
Non tanti eſſe mea, vt velit perire:
Nec tanti mihi tu vir optime, inquam, es;
Vt per te cupiam perire noſtra.

Ad Huraltum Franciæ Cancellarium.

Has tibi donaui tenui de fonte Camœnas.
Qui tuus eſt, cur nō det ſua, quæ tua ſunt?

Ad Lectorem.

Auctores viuos prudens omitto ſciensque,
Viuenti vitam nam dare rediculum eſt.

STEPHANI PASCHASII

EPIGRAMMATVM.

LIBER PRIMVS.

Ad Chriſtophorum Thuanum, Senatus Pariſienſis Primarium Præſidem.

MIretur quiſquis quod, magne Thuane, dicarim
Hæc tibi, de tenui carmina prompta penũ;
Idem miretur tot in vno pectore doteis,
Quas Superi largâ contribuere manu.
Qui ſic priuatis iunxiſti publica libris,
Gaudeat vt ſimili, binus honore, labor.
Cumque alii alterutrum vix præſtent; ſemper at vni
Exercere tibi ludus vtrumque fuit.
Dimidius mihi ſit qui tantum maxima, ſed qui
Cum paruis tractat maxima, totus homo eſt.

De Natali Domini.

Ecce ſalutiferi redeunt ſpectacula partus,
Eia age diuinos Angele pange modos.
Cuſtodes ouium, Regeſque, Magique, puello
Certatim plena munera ferte manu.
Hic ille eſt peperit quem virgo hominemque, Deumque,
Primæui ſordeis patris vt elueret.
At vos ò ſtulti (tuba vana) ſilete Poetæ,
Vos qui homines falsò fingitis eſſe Deos.
Nam meus, vt veterum faſtus calcaret inaneis,
Se Deus humanam tranſtulit in faciem.

Regum Placita.

Quæ tibi Lex, Rex eſt, ſed littera mollior exit;
Nam Regale magis Lege quid eſſe poteſt?
Qui tibi Rex, itidem mutetur littera, Lex eſt,
Nam Legale magis Rege quid eſſe decet?
Sic Rex in Lege eſt, ſic *Lex* in Rege repoſta:
Sed qui Rex, Lex eſt aſperiore nota.
Ec cur id? Regi nimirum quod placet, iſtud
Omnino Legis robur habere graue eſt.
Imperium quod ſi legum moderetur habenis,
Et Rex, & molli Lex erit ore ſuis.

Tumulus Gallici.

Pa3

Pax iacet hic: quis eam tumulauit? Gallia: cuius
Conſiliis? ægræ Relligionis ope.
Verum dum cupidè tumulant, tumulantur, eodem,
Gallia, Relligio, Paxque beata, loco.

Magiſtratus venales.

Nulla Magiſtratus vænales vidit auorum
Ætas, qui patreis iudicis obtineant.
Quosq; cooptabat Rex in conſortia Patrum;
Iurabant nullo, rem ſibi, mancipio.
Sed tamen hic noſtris vſus deſciuit ab annis;
Proſtat & argento plurimus emptus honos.
Nec reliqui eſt, quàm quod qui prenſat, iurat honores,
Addictâ nullum proſtituiſſe manu:
Conniuet tacitis oculis ampliſſimus ordo,
Quod ſibi reſtitui tempora priſca velit.
Adſpice quid ſperes à iudice, limine in ipſo,
Quem non vlla Dei vox metuenda ferit.

Iidem.

Omnia cùm turpi proſtent venalia merce,
Nullaque virtuti ſit reſerata via,
In precio preciū, quod dixit Naſo; meum ſit
Dicere; nunc etiam nullus honoris honos.

Lex Salica.

Lex Salica à Saliis aſſumpſit nomen & omen;
Nam Salios, prodidit hiſtoria.
Ergo qui Salicam vult à ſale nomen habere,
Huic, peream, ſi ſit mica vel vlla ſalis.

Apellis Venus.

Expreſſit Veneres tot & lepores,
In vnâ Venere exprimendâ Apelles,
Vt quamuis Venus inchoata ſolùm,
Huic tamen tabulæ manum ſupremam
Nullus addere vel potis, vel auſus.
Haud abſoluit opus ſed auctor, vt qui
Ardebat mediæ tabellæ amore,

Quam

Quam ſi abſoluerit, vſtuletur omnis.

Regis ad exemplar. &c.

Non lex, non placitum, non iudex præmia, pœnæ,
  Antiquo retinent vulgus in officio:
Cenſuram niſi rex propriis de moribus edat;
  Lex, Placitum, Iudex, Præmia Pœna nihil.

Certas eſſe Rerumpub. periodos.

Eſt cunctis animantibus ſua ætas:
Sua eſt Imperiis viciſſitudo:
Ortus, exitus eſt, & his, & illis,
Regnorum exitium quod extat ergo?
Cùm Rex omnia ſacra, ſancta iura,
Priuatâ vtilitate metietur.

Ad Clitouaum.

His ego Paſquierus ſi ſim Clitouæ, libellis,
  Si modo Paſchaſius ſi modò Paſquerius;
Ridiculus forſan, vtriuſque, leuiſq; videbor,
  Lethæiſque meum mergere nomen aquis.
Stulte, quid affectas laudem de nominis vmbrâ,
  In cœlum poſtquam verteris ipſe ſolum?
Cùm tibi ſupremos Lacheſis peruenerit annos,
  Sis Clitus, an Clitius, quid Clitouæ iuuat?
Et vanus viuentis honos, & ſtemmata vana:
  Verùm poſt cineres nomen inane magis.

Venuſtas muliebris.

Inuidit fœcunda viris Natura venuſtum;
  Indulſit vireis, robur, & ingenium:
Hinc & bella cient, hinc & ciuilia tractant.
  Abnuit hæc nobis munia, Diua parens.
Non vim, non robur: formam dedit illa venuſtam;
  Vno quæ geminum, munere, munus obit.
Nam licet imperio ſibi vir blanditur iniquo,
  Armaque, iuſque ſuo temperet arbitrio;
Quæ tamen in nobis retinet, genuina venuſtas,
  Ius habet in cunctos imperioſa viros.

Aurum.

Cautior an Chriſti ſectator, an ethnicus, iſte
Auro qui pecudem ſculpſit, at ille crucem.
Neuter, crede mihi, vana ratione mouetur;
Iudiciumq; ambo quo tueantur, habent:
Nam qui ſollicito ſe totum dedidit auro,
Inde animo pecudem geſtat, & inde crucẽ.

Ad Aulum.

Tu nec opes, nec fortunæ ludibria crede,
Vllam animo requiem poſſe parere tuo.
Sis licet, Aule, Midâ vel Crœſo ditior ipſo,
Regum etiam ſi Rex, at miſer eſſe potes.
Nulla quies nobis externâ quæritur arte:
Quicquid id eſt, noſtro manat ab ingenio.

Ad Ianum Auratum.

Auratus meus ille quem videtis,
Macro corpore, languido, puſillo,
Ieiunâ macie & cadaueroſâ,
Sed cœleſti animo integraque mente,
Tantò præ reliquis Poeta maior,
Quantò, corpore natus eſt minori.
Tam ſcit ſcribere Græcè, vt ipſæ Athenæ
Non poſſint magis Atticam referre:
Tam mirus Latii artifex leporis,
Vt ipſum ſibi vendicent Latini.
Quin & protulit eius officina,
Ronſardumque grauem, Belumque mollem,
Qualeis Gallia vidit ante nullos.
Quantus ergo ſit, hinc licet videre:
Scribunt carmina cæteri poetæ,
Summos at facit vnus hic poetas.

Ad Petrum Ronſardum.

Seu tibi numeri Maroniani,
Seu placent Veneres Catullianæ,
Siue tu lepidum, velis Petrarcham,

Siue Pindaricos modos referre:
Ronſardus numeros Maronianos,
Ronſardus Veneres Catullianas,
Nec non Italicum refert Petrarcham,
Nec non Pindaricum refert leporem.
Quin & tam benè Pindarum æmulatur,
Quin & tam variè exprimit Petrarcham,
Atque Virgilium & meum Catullum,
Hunc ipſum vt magis æmulentur illi:
Rurſus tam grauiter refert Maronem,
Vt nullus putet hunc Catullianum:
Rurſus tam lepidè refert Catullum,
Vt nullus putet hunc Maronianum:
Et cùm ſit Maro totus, & Catullus,
Totus Pindarus & Petrarcha totus;
Ronſardus tamen eſt ſibi perennis
Quod ſi nunc rediuiuus extet vnus
Catullus, Maro, Pindarus, Petrarcha,
Et quotquot veteres fuere vates,
Ronſardum nequeant ſimul referre,
Vnus qui quatuor refert poetas.

De ſeipſo.

Nulla dies nobis, non horula præterit vna,
  Non punctum, nullus temporis articulus,
Quo non væ miſeris ſeruis ſuccenſeat vxor;
  Succenſetque mihi, ni ſimul ipſe querar.
Illius ad nutum totus componor, & idem,
  Pacificus quum ſim, triſtia bella gero.
Sic mihi pax bello, ſic bellum pace paratur;
  Et placidè vt poſſim viuere, viuo miſer.
Sic vel cum ſeruis vel coniuge litigo: ſic eſt
  Hei mihi, coniugium, litigioſus amor.

In conductitios alienæ induſtriæ Encomiaſtas.

Nõ ego, nõ bullas, hederas nõ ambio veſtras;
  Ampullas fictæ non ego laudis emo.

Aut nihil, aut vobis tantum eſt Epigramma, librorum
Pagina quo veſtro nomine, prima tumet.
Hinc & quiſque ſibi vano de nomine quæri
(O ſpes putidulas) nomina magna putat.
Scilicet auctori, famæ ieiunus vt auctor
Det famam, præco qui nequit eſſe ſui?

Ad Gallam.

Arderem cùm te; ſi te non Galla videbam,
Vna dies menſis, menſis at annus erat.
Nunc te nō video, quia nunc euanuit ardor;
Si videoque, dies, menſis & annus erit.
Forma eadem tamen eſt quam cùm te Galla peribam:
Priſca tibi forma eſt non mihi priſcus amor.
Nec reſidet noſtris maleſuada libido medullis,
Hei mihi, quæ miſerum me mihi ſurpuerat.
Quiſquis amat, formam matrem ne credat amoris.
Nam formæ pater eſt, ſi mihi credis, amor.

De Laliâ.

Quo poſſem lepidam mihi conciliare puellã,
Tentaui nullâ non ratione viam.
Dilexi, ſcripſi, donaui; ſed nec amore,
Nec prece, nec pretio conciliatus amor.
Aſt vbi ſpes & amor fugerunt: protinus ecce
Lælia me blandis occupat inſidiis.
Et lachrimas oculis, lachrimis & munera iungit,
Carmina muneribus, muneribuſque preces.
I modò & antiquum iactes; *vt ameris amato*:
Oderis, ardet amor; diligis, alget amor.

Ad Valerianum.

Credulos memini fuiſſe Gallos,
Crudeleis memini fuiſſe nunquam:
Forteis, Iupiter, atque bellicoſos,
Diſertos quoque, ſtrenuos, alacreis,
Addictoſque Deis, ſacriſque votos,
Rebus atque adeo nouis ſtudentes,

Dum

Dum nolunt grauius iugum ſubire.
Sed poſtquam miſeri hauſimus lupinos
Mores, quos docuit Latinus hoſpes
(Dii te tam male, Publicane, perdant,
Quam nos, peſſime prædo, perdidiſti)
Militem induimus Traſonianum,
Loquenteis nimium, nec eloquenteis,
Exleges, tumidi, impii, nefandi,
Rebus quinetiam nouis ſtudemus,
Non vt aere libero fruamur,
Verùm mancipia apta ſeruituti,
Dura in nos onera inuenimus ipſi.
Noli denique, mi Valeriane.
Hoc ſeclo tibi perſuaſum habere,
Gallâ credulitate nos abuti,
Si pes metricus hoc licere vellet,
Dicas commodius crudelitate.

Ad Sabinam.

Nil reor eſſe tuis quod par ſit dotibus in me:
  Formæ tantus ineſt, ingenioque decor.
Hinc nos deſpicimur: nec quid ſperemus apud te,
  Nunc supereſt, nec quâ ſuſtineamur ope.
Cùm tibi amor meritis & non penſetur amore;
  At mihi præ meritis eſſe putetur amor,
Dii tibi non quod ames, ſed quod mereare rependant;
  Et non, quod merear, dent mihi, ſed quod amem.

In Frontonem Medicum.

Obuius eſt, nulli vult impertire ſalutem,
  Attracto ſemper Fronto ſupercilio.
Nec ſaluere iubet, ſed nec iubet ille valere;
  Tam medico à votis eſt aliena ſalus.
Quid ſi etiam tacitus neſcit fortaſſis apud ſe,
  Quid ſanare ſibi, quid ve valere velit?
Eia age, mi Fronto, medicūm ne ſcrinia ſcruter,
  Vrbano ſine me fungier officio.

Cùm dare non poſſis, noliſque optare ſalutem,
Æternum ſalue dico valeque tibi.

Ad Sextum.

Ad te Sexte dedi, ſcripſique Epigrammata plura,
Quæ ſublime tuum nomen ad aſtra ferant.
Hæc coràm recito: noſtris des auribus vt quid;
Verùm cum recito carmina noſtra, taces.
Si faſtidit in os, vultu fortaſſe ſereno,
Errori poteras parcere, Sexte, meo.
Tu tamen haud falsò vis indulgere ſodali,
Diſſimuleſque, tibi eſt hoc capitale nefas.
Hinc dum diſcrutior, ſi laudem, mentiar (inquis)
At neque fallere, nec diſſimulare meum eſt.
Si iuris tanta eſt imis infixa medullis,
Cura laborque, nihil des vt amicitiæ:
At ſaltem quicquid tibi commodo, vir bone redde:
Nam cùm te laudo, mentior ipſe magis.

Ad Maximum.

Tormine vel colo, vel ſi fortaſſe laboras
Lentâ febre, aut te tarda podagra ligat,
Non vlla eſt medicina tibi, quàm ſectio venæ;
Hic modus, hæc morbis vna medela tuis.
Si quid fortè etiam patitur Reſpublica damni,
Non aliter ſarcis, Maxime, quâm gladio.
Omnia conſilis agitas, voluiſque cruentis;
Et tibi ſi qua ſalus, ſanguinolenta ſalus.
Vis tibi, vis nobis ſummam inſtaurare ſalutem?
Vis itidem patriæ? fac tibi quod Seneca.

De Marco.

Cùm premeret Marcum clari tutela Berithi,
Tutoris doctus ſubdere colla iugo;
Compoſitâ vitâ fuit hic animoque quieto,
Aſſiduus ſummi cultor vbique Dei.
Aſt vbi deiecto tutelæ pondere, Marcus
Ætatis veniam qua frueretur, habet,

Nec

Nec probitas illi, reuerentia, nec pudor vllus,
Nec natat in labris qui fuit ante lepos.
Sed nec iam Superos, nec prouida Numina curat;
Nec quis tam Marco, quam ſibi Marcus obeſt.
Tam citò qui ſanctos potuit corrumpere mores,
Hinc ænigma tibi quod tueare dedit.
Nam ſimulatque ſui iuris ſit Marcus eodem
Euentu, iuris deſiit eſſe ſui.

Flabellum penneum.

Extinguunt refouentq; leueis incendia venti:
Miraris? pennas ventus amorque gerunt.

Ad vxorem.

Importuna, mihi quid canos obiicis annos?
Nemo ſenex, niſi qui ſe putat eſſe ſenem.
Hæc ego iactabam blandâ cum coniuge coniunx;
Illa meum querulâ diluit arte iocum.
Quamuis forte tibi iuuenis videare, ſenem te
Non puto; ſed video; ſentio, non video.
Nec tamen ipſe ſenex, puer es, dulciſſime, verè
Qui vetulus iuuenem ſe putat, ille puer.

Ad Germanum Valentem Pimpontium, Senatorem.

Valens nomine, re valens & vſu,
Valens conſilio, æquitate, iure,
Valens iudicio, eruditione,
Valens eloquio, valens poeſi,
Et qui præ reliquis mihi valens eſt:
Si quidquam liceat boni precari
Amico veteri ſuo bonoque,
Longæuos valeat Valens in annos:
Si quidquam liceat boni ominari
Amici veteris bonique ſcriptis,
Hoc mî credite, quicquid exarabit
Valens, perpetuo valebit æuo.

Ad Iulium.

Carmina quod variis diſtincta colorib. edas,

Verſibus inque meis vix color vllus ineſt.
Et carne, & nitidâ tua carmina pelle tegantur;
In noſtris animam nam ſupereſſe ſat eſt.

Vir & Vis.

Vis & Vir, veteres credo dixiſſe Latinos,
Vt dixiſſe ferunt, nunc Fuſios, Furios.
Huius Grāmaticus cauſſam ſi forte requirat,
Hoc ideo, vireis quod decet eſſe viris.

Vis & Ius.

Vis & Ius itidem ſunt bina vocabula, quæ ſi
Vertas, inuenies alterum in alterutro.
Quænā ſit ratio: quia ius ſi quæris in armis,
Et quia ius ſummū vis quoq; maxima ſit.

De Arno.

Arnus nuper adit nouus cliens me,
Vt patrocinium ſuum ſubirem:
Suſcepi fateor lubens volenſque,
At nil obtulit Arnus Aduocato.
Paucis poſt rediit. diebus Arnus,
Vt cauſſam peragam rogat moleſtus;
Sed Arno mihi non datur vacare.
Idem poſteà tertiò atque quartò,
Et quintò vacuus domum reuiſit,
Meque ſollicitè angit, vrget, inſtat,
Sed nil proficit ille plus apud me,
Hinc cœlum, variis ciens querelis,
Accuſat malè, meque ſeque damnat,
Quod talem ſibi nactus eſt patronum:
In ſummâ nihil Arnus ipſe credit
Suo viuere tardius patrono,
Et eſt tam tamen hic cliens ſupinus
Vt ſe non putet eſſe tardiorem.

In Neæram.

Amicus meus & vetus ſodalis,
Quem cernis modò Præſulem infulatum,

Inuiſit

Inuiſit veterem ſuum ſodalem,
Et narrat veteri ſuo ſodali
Hac ſe à Principe dignitate adauctum.
Laudo, gaudeo, gratulor, proboque:
Nam quid non veteri velim ſodali?
Ad hæc adiicit hinc ſibi paratam
Litium ſeriem eſſe ſempiternam,
Verùm ſe eſſe animo bono iuberi;
Quod is pro vetere hoc amore ſperet,
Poſſe gratuito frui patrono.
Rideo veteris mei ſodalis
Nugas ridiculas & inficetas:
Dic ſodes Veterator, an Vetus ſis?
Atqui ſic Veterator ò amice,
Atqui ſic vetus ò amice habeto,
Noui Paſchaſius, diu eſt, Neærum:
Non noui hercule Præſulem, Patronus.

In Magdaleum medicum.

Omnia Magdaleus damnat decreta Senatus;
  Iudicibuſque nihil vilius eſſe putat;
Cæcutire malis, & crimina inulta relinqui,
  Nec niſi flagitiis nunc ſupereſſe locum.
Credo: nā medicus tot iam qui ſuſtulit olim,
  Debuerat plecti morte, vel exilio.

De Amore.

Ergo Chaos denſum rupiſſe putemus Amorem,
  Qui nihil eſt, aut eſt nil niſi triſte Chaos?
Spes, timor, ira, preces, bellum, pax, gaudia, luctus,
  Et lachrimæ, & riſus ſunt in amore ſimul.
Afficit his animum ſpectris male ſanus amator,
  Nec quid amet nouit prodigioſus Amor.
Odit amans etenim quod amat; quod & odit, amabit:
  Iſtud nonne potes iure vocare Chaos;
Quid quod Roma, Maro, Ramo, Mora; quid quod & Ar-
  Diſſona quæque ſuo nomine geſtat amor? (mo,

Scilicet vt vani, Chaos eſt effectus Amoris,
Sic Chaos implicitum nomen Amoris habet.

De Baſſi ſorore.

De Baſſo variè, num mortuus an ne ſuperſtes,
Viuere pars illum, pars periiſſe refert.
Hoc rumore, ſoror mirè hinc torquetur & illinc,
Et variis Baſſum proſequitur lachrimis.
Quid faciat, quæ nunc vano ſermone mouetur,
Si fratrem, certa eſt, interiiſſe, fides?
Inſignis pietas omnes celebranda per annos!
Sed mihi ſuſpectum eſt hoc pietatis opus:
Non dolet hæc, vita quod frater ceſſerit, at quod
In dubio eſt, ne non mortuus is fuerit.

Ad Parellum.

Centum cùm mihi debeas Parelle.
Deberi totidem tibi recenſes;
Quæ vis cedere, pro ſolutione,
Aſt ego hercule non recuſo, nomen
Si præſtare bonum Parelle poſſis.

Ad Sabinam.

Nolo ego cauſſidicus cupido dare verba clienti,
Nec tumidus populo grande tonare Sophos:
Alter opum ſtudio miſerè intabeſcat auarus,
Inſanus, magnum voluerit alter, opus.
Geſta nec æternis volo Gallica tradere chartis,
Quæ belli rabie ſanguinolenta madent.
Vna es pro reliquis, nobis celebranda Sabina,
Tu ſola hiſtoria es, cauſſa Sophoſque mihi.

In Quintum.

Is quem forte vides, Mariæ in æde,
Quem vides mediâ Patrum coronâ,
Suo dicere næniam ſodali;
Huius ambierat, pecunioſi,
Fœlicem, reditus, Epiſcopatum
Sed à principe paſſus eſt repulſam.

[H]unc ne flere putas Epiſcopum illum?
[N]uſquam: quid dolet ergo? Epiſcopatum.

De Amœna vidua.

[C]ertior vt facta eſt vxor de morte mariti,
Mirum quàm variis ſit cruciata modis.
[N]ullus in vrbe locus, quo non gemebunda feratur,
Nec ſibi, nec lachrimis parcit vbique dolor.
Quinetiam Superos atque inuida Numina damnat;
Conqueriturque ſuo ſe ſuper eſſe viro.
Vt lachrimis quæſtus, ſic triſtia vota querelis
Addit, & expertem ſe fore connubii.
[H]is tamen in lachrimis nihil eſt ornatius illâ,
Perpetuuſque ſubeſt eius in ore nitor.
[S]iccine, defunctum quæ deperit orba maritum,
Semper aget viduo fœmina mœſta thoro?
Quæ flet culta, ſuum non luget, Amœna, maritum,
Quid facit ergo? alium quærit Amæna virum.

De viro & vxore.

[D]um metuit ne vir, vel amet, vel ametur, Amore
Cæco; nil mulier vanius eſſe putat.
Quem ſic eluſit iucundo ſcommate coniux:
En, mea lux, quæ te ſollicitudo tenet?
[S]i tibi vanus Amor; non vanum eſt vana timere?
Si non vanus Amor, vana querela tua eſt.
Ad quem ſic mulier: timeo cùm vanus amor ſit,
Ne tu in non vano tempus Amore teras.

Ad Corlerium.

Inſignem pietate virum te Gallia credit,
Qualem viderunt ſecula nulla prius.
Prædicat hæc eadem ciuem fortemque, probumque,
Qualis in Auſoniâ vix fuit vrbe Cato.
Nil dare priuatis, ſed publica commoda tantum
Cuncta ſalutiferis ducere conſiliis.
Tu tamen aulicus es, nec deſinis aulicus eſſe:
Quei potes eſſe ſenex aulicus, atque probus?

Fallor à

Fallor; nam iuſtum credi, & caneſcere in aulâ,
Maiorem hoc omni te facit eſſe fide.

Ad Labienum.

Tu ne crede nouis rebus, Labiene, ſtudere
Feſtum. dat Feſtus nunc operam viduæ.

De fiſci Diſpunctoribus, Regio edicto, Semeſtribus.

Quod Labeonem aiunt, vt ſex is menſibus eſſet
Vrbicola, & totidem menſibus agricola:
Sic quem præfecit rationibus excutiendis,
Semeſtri fungi, Rex iubet officio.
Huius conſuluit Princeps, hac lege, quieti,
Pangat vt alternis, munera muneribus.
Seu tantum hi viuunt qui publica munia tractant,
Vt referunt ſummos ſic voluiſſe viros:
Seu tantum viuunt qui ſola domeſtica curant,
Vt referunt ſummis ſic placuiſſe ſophis,
Næ Diſpunctores, quibus hæc alterna colenda eſt
Regula, agunt vitæ nil niſi dimidium.

Ad Mathonem.

Quærendis quod ſis auidus, plebecula tete
Accuſat, verùm laudo proboq;, Matho.
Nam ſi parua cauet damnis formica futuris,
Cur non prouideat bellua magna ſibi?

In Aululum.

Palladis effigiem tumidus geſtabat Aſellus;
Ad quem quiſque pio concipit ore preces.
Hunc ſibi cùm falsò blanditur Aſellus honorem,
Hæc tibi narratur fabula, non Aſino.
Nam ſi quem celeri fortuna beauit honore,
Aut ad non meritas accelerauit opes;
Ad tua quod genua ætas nunc aduoluitur omnis,
Summiſſoque genu munera pexa parat,
Non tibi fumoſo fumos damus, Aulule; quam fers
Fortunam colimus ſuſpicimuſque Deam.

Ad Christophorum Thuanum. PP.

Seu

Seu morum probitas, candorque pudorque, decorque,
Seu veræ ſanctum nomen amicitiæ,
Seu te delectet quicquid veneranda vetuſtas,
Legibus aſſuetis intemerata docet,
Siue antiqua fides ſeu publica munia obire,
Siue ſalutiferæ Relligionis amor;
Omnia (nec fallor) ſolus complecteris, vno
Vis dicam quis ſis nomine? Chriſtophorus.

In Sabinianum.

Leges edidicit Sabinianus,
Deinde Pariſios domum reuerſus,
Vt fori quoque ſcriberetur albo,
Curandum ſibi diligens putauit:
Sed emungere frigidum parentem
Ne nummo potuit quidem puſillo,
Quo ſe cauſſidico daret coquendum:
In natum eſt adeo pater ſeuerus:
At verò ne operam Sabinianus
In vanum teruiſſe diceretur,
Centum ſurripit optimo parenti
Natus optimus optimi parentis
Vt exercitio fori vacaret.
Quàm mirum ſpecimen tui edidiſti
Cordatiſſime mi Sabiniane,
Eia macte animi gradu citato
Quo cœpiſti agito, moraſque rumpe.
Nam tu maximus aduocatus olim,
Fœlicem ipſe tibi nec ante apertam
Ad patrocinium viam paraſti;
Qui dum Mercurii domum ſalutas,
Ipſo in limine fur patris fuiſti.

Ad Medicos.

Gratuitas operas mihi qui promittitis ægro:
Parcite, non tanti eſt æger vt eſſe velim.

Ad Marcum.

Mu-

Mutua cùm centum ſeſtertia Marce rogares,
Per ſanctum obteſtans nomen amicitiæ:
Non habeo (dixi) & ſi forſitan arca recondat,
Hæc tibi habe paucis: hoc tibi non habeam.
Protinus exclamas, cœlumque vlulatibus implens,
Officio quereris me cecidiſſe meo.
Siccine amicitiam noſtram (inquis) perdis, at inquam
Tanti inimicitias non emo Marce tuas.

Ad Flaccum.

Argumenta vxor, libri tu carmina condis,
Dic mihi num liber hic Hermaphroditus erit?

De Baptiſta Mænilio Regio, patrono mortuo, & Vido Fabro eius collega ſuperſtite.

Tunc cum Mænilius ſuperum pia cura Deorum,
Mellifluo, menteis duceret ore, patrum.
Turba Periclæâ ſic Fabrum voce tonantem
Audiit eloquii fulmina ferre ſui.
Magnus Mænilius, magnus Faber arte, lepore,
Naturâ, ingenio, religione, fide.
Aſt vbi Mænilium luci nox abſtulit atra,
Et ſocium ſocio mors inimica rapit,
Vidus eheu mœſtus, claro viduatus amico,
Deſiit eloquio tum ſupereſſe ſuo.
Dicere vt haud poſſit; an viuat mortuus alter,
Anne hunc qui ſupereſt interiiſſe putes.
Siccine res hominum cœleſtia Numina curant,
Vt ſinerent vna morte perire duos?

De Cintio.

Cùm morti inſtaret, magnâ ſpectante coronâ,
Cintius, hæc lachrimans in cruce verba dedit.
Non me Iulia lex damnat, ne forte reuinctum,
Crimine adulterii iudicet, vllus agi.
Huic me vel mala ſors, aut imprudentia morti
Obiicit: hæc laquei plurima cauſſa mei eſt.
Sic Lacedæmonius furtis indulget, at ipſum

De

Deprenſum in furto publica mulcta manet:
Sic licitum paſſim vobis in amore vagari,
Non liceatque, vagus vos tamen vrit amor.
Sic ego ſicut vos, ſed non tam cautus amator,
Solus adulterii damna rependo miſer.

In Othonem.

Mentitur quiſquis mentiri ſemper Othonem.
Dicit: mendacem ſe profitetur Otho.

Ad Sabinam.

Contendebat Amor, Phœbuſque, vter acrior arcu,
Vibraretque agili tela reducta manu.
Illa Pharetratos agitabat queſtio, at in quem
Stringant tela ſcopus nullus vtrique fuit.
Ergo meum cor Amor dominæ tunc fixit ocellis,
En ait, hoc vnum cor ſit vtrique ſcopus.
Dixit, & è pharetra deducta vtrinque ſagitta,
Hic quem, quemque ſcopum deſtinat, alter habet,
Hinc Amor, hinc noſtris infixus Apollo medullis
Hæret, & hinc duplex pectore vulnus alo.
Torquet Amor pectus, pectus ſolatur Apollo;
Et diſcrimen habent vulnera quæque ſuum.
Namque Cupido nouo vitam mihi vulnere tollit,
Vulnere quam Phœbus reddit Apollo ſuo.
Dicere vix tamen eſt, ſic eſt diſcordia concors,
Obſit an iſte magis, proſit an ille magis.
Nam tanta eſt vitæ & mortis vicinia noſtræ,
Mors cauſa vt vitæ, vitàque mortis eat.
Nec niſi ſim vates, Phœbæàque tela capeſſam,
Non ſit propoſiti meta Cupido mei;
Nec ſim aliquis ſeclis venturis, me niſi morte
Quâ liceat Phœbo viuere mulctet Amor.

In Plagiarium.

Plurima dant alii, tria, do tibi diſticha, ſi nil
A me ſumpſiſſes, plura daturus eram,
Nec tamen his cedo: quid ſi hos ego vinco Poetas,

Mul.

Multaque cùm donent carmina, plus ego dem?
Commendant etenim libros quos edis: at à me,
Quo commenderis forſitan iſtud habes.

Ad Carolum.

Viſebam te quottidie, ſocialis & ante,
Plena mihi tecum vita fauoris erat.
Mutua tercentum petiiſti millia nummûm,
Mutuor ad menſeis reſtituenda duos:
Iam decimus menſis, iam totus præterit annus;
Angor, nec te non reſtituiſſe pudet.
Præſenti narro miſeri tibi fata ſodalis:
Fata tamen ſurdis auribus illa queror.
Mox indignanti ſimilis non viſo: ſubinde
Vt prior hæc cæco luditur hiſtoria.
Nec te vel præſens, aut abſens vrgeo, & æquâ
Siue hinc ſiue illinc conditione fruor.
Non repetis, dicis: quem noctè dieque videbam,
Non video: non eſt hoc rogitare ſatis?

Ad Ianum Antonium Baiffum.

Conſtabat numeris pedibuſque Latina poeſis,
Delinita ſono Gallia noſtra fuit.
Tu cornicum oculos primus configis, & vnus
Dirigis Auſonio Gallica metra pede.
Hoc tremulus Getico tentauit frigore Naſo,
Dum Muſæ exilii tædia lenit amor.
Sic nectis (rithmis longè hinc ô Iane fugatis)
Carminibusque pedes, carminibuſque melos:
Antiquis purgas ſic noſtra poemata monſtris,
Num verè Galli eſt Herculis iſtud opus?
Nec tamen hoc paſſim populo doctiſque probatur,
Atque hinc maxima pars vnde queratur habet.
Inſanire aiunt, ſed cum ratione Baiffe,
Heic vbi non modus eſt ponere velle modum.

Ad Macrum.

Quæ tibi ſit ratio vitæ ſtatuenda requiris,

Sum-

Summis Principibus qui placuiſſe velis.
Exitium eſt, optes ſi totus Regibus vti:
Eſt tibi,ſecedas longius, exilium.
Quid faciam? dicis: via neutra omnino probatur;
Aulam habita,paucis Aula colenda tamen.

In Adonem

Qui voluit turpem cùm formoſſimus eſſes,
Formæque effigiem pingere diſſimilem:
Tam verè expreſſit, magis vt non poſſit Apelles,
Nam nil diſſimile eſt tam ſibi, quam tibi tu.

Ad Ianum Morellum.

Tu ne quæſieris, Morelle,noſtræ
Catenam,ſeriem, viceſque ſortis,
Fortunæque tuæ architectus an ſis,
An fati tacita neceſſitate
Conſtet ſors tua: prorſus hæc ſophiſtæ
Diſputatio vani & otioſi:
Sed ſi vis mihi Chriſtianus eſſe
De nota meliore, mi Morelle,
Toto corde Deum colas oportet,
Cineis deinde tuos ames velut te,
(Nam certe tabulis duabus iſtis
Verſatur fidei ſalus ſuprema)
Tum ſcrupos alios tenebricoſos
Miſſos hos face Stoicis ſcholiſve:
Fatum denique crede quando factum.

In Quintum.

Dum dubius fluit hac aut illac,dum timet anceps,
Ne malè quid faciat: nil benè Quintus agit.

De Catone.

Antiquis paſſim ſapiens Cato diciturеſſe,
Quem tamen inſipidum prædicat vnus Ado.
Qui rigidi maneis audet temerare Catonis,
Nonne potes melius dicere quis ſit Ado?

In Aprum

Omnia nouit Aper; verùm ſic omnia nouit,
  Vt nullus magis hunc omnia noſſe ſciat.
Cunctaque qui norit, dum ſcit ſe noſcere cuncta,
  Non alium quàm ſe nouit & ambit Aper.
Iam valeat veſtrum hoc ſapienteis, γνῶθι σεαυτὸν:
  Perdidit hunc noſtrum, γνῶθι σεαυτὸν Aprum.

Ad Iacobum Dillierum Baumontium.

Diuitiæ tibi ſunt amplæ, tibi larga ſupellex,
  Longaque per veteres ſtemmata ducis auos.
Addatur, quod vix quis dicere poſſit, an in te
  Alterutrum præſtet, forma, vel ingenium.
His tam præclaris cùm dotibus vnus abunde;
  Ducere quam poſſis fœmina nulla datur.
Cumque ſit in votis tibi non licet eſſe marito,
  Pronuba quem ſocium vellet habere Dea,
Nimirum te ſors omni vult parte beare;
  Et quamuis cupias, non potes eſſe miſer.

In Marcum.

Errat qui Marcum credit dare verba clienti;
  Marcus verba ſolet vendere, nulla dare.

Ad Vxorem.

Æquæuam mihi te narras, amboſque, ſub vno
  Vitam ſortitos temporis articulo.
Siccine fata volunt? at tu ſi vera recenſes,
  Hui quantò ſuperas, lux mea, me ſenio!

Ad Antonium.

Non ego ſum, fateor, tenerorum ſcriptor amorum,
  Hos agitet damno Naſo poeta ſuo.
Sed nec ego, Antoni, Satyrarum ſcriptor acutus.
  Perſius has parteis, has Iuuenalis agat.
At iuuat & Venerem nonnunquam ludere, geſtat
  Vt pharetram Phœbus, ſic pharetratus Amor.
Vix etiam à Satyra poſſunt epigrammata abeſſe;
  Sunt ſine, ni mordent, carmina noſtra ſale.

Atq; adeo Satyræ facili mihi lege colentur,
Dum tamen in Satyris ſit Venus vlla meis.

De Charino.

In nihilum præceps effuderat omnia mater,
Natus in integrum vt reſtituatur agit.
Proque tribunali tum deſipuiſſe parentem,
Et malè compoſita mente fuiſſe refert.
Emptor at incautè nil geſtum clamat: vtrimque
Quærendum iudex amplius eſſe putat.
Alternis ſcribunt, moxſe amplò teſte tuentur,
Hanc ſapuiſſe vnus, deſipuiſſe alius:
Vincere vult actor, contra reus inſtat & vrget,
Vincere dignus & hic, vincere dignus & is.
Hic tu quid facias? æquâ quum lance probarint,
Condemnat iudex attamen ipſe reum.
Conclamant omneis, abſoluendumque putabant,
In dubio quod ſit iuſque fauorque reis:
Ad quos ſic iudex: Plebs importuna ſilete,
Actor naturâ iudice vicit, ait.

In Arthonem.

Edere quod non vult Artho ſua carmina viuus,
Hæredíſque putat munus id eſſe ſui:
Conſilio nihil hoc prudentius; Artho veretur
Ne videat natos non ſupereſſe ſibì.

Ad Ianum Læſcotium Clanæum.

Dicite ô Charites, Apollo, Muſæ,
Et vos ô Veneres amœniores,
Mihi dicite (namque vos ſoletis
Iamdudum illius hoſpitari in hortis,
Iamdudum illius hoſpitari in ore)
En narrate mihi meus quid ornet,
Vel veſter potius boni Clanæus,
Ille Pieridum pater ſororum.
Atqui vos Charites, Apollo, Muſæ.

Et vos ô Veneres amœniores,
Quid mî Leſcotium meum inuidetis,
Quem ego plus oculis meis amabam,
Qui me plus oculis ſuis amabat?
Cur me vel mea ſors dicauit vrbi,
Cur hunc vel ſua ſors dicauit agro?
Quin me redditis huic meo Clanæo,
Quin mî redditis hunc meum Clanæum?
Cur tam diſſimileis amore in vno
Vah, amplectimur ille egoque vitas?
Cur tam nominibus fere ſub iiſdem
Longe diſſimileis fouemus arteis?
Et meus ſerit, aucupatur idem,
Et ſuus ſerit, aucupatur idem.
At ille aeriam aucupatur auram;
Nos verò miſeram aucupamur aulam:
Ille ſe arboribus dicat ſerendis:
At nos litibus hercle ſeminandis:
Hic Muſis operam locat quietis,
Nos cauſis operam laborioſis:
Tam lætuſque ſuo ſuperbit agro,
Quam mœſti inuidiam ſubimus vrbis:
Quid quod Principibus viris relictis,
Suo ſe abdiderit quietus horto?
Veſter denique vel meus Clanæus
Tam vobis Charites, Apollo, Muſæ,
Tam vobis Veneres amœniores,
Viuit tamque ſibi ſuiſque fœlix,
Vt ſi ſummus Athenienſis ille
Rurſus ad ſuperas remigret auras,
Auſit ingenue palam fateri.]
Ipſo principe Lydio annuente,
Solum Leſcotium meum beatum.

In Paullinum.

Paullino dederam duplex epigramma, ſed ipſe

Ne-

Negligit: ingrati nonne putes animi:
Non aliud precium quam laus manet alma poetas,
Quæ laudant, vrit carmina laudis amor.
Quem celebro gratis potuit mihi dicere ſaltem,
Pro verſu grateis has cape gratuitas.
Agnouit ſibi non, ſed me mihi ſcribere verſus:
Ignoſco, magnus vir mihi crede ſapit.

Ad Antonium Loſellum.

Cùm mihi ver teneris iampridem fluxerit annis,
Æſtatiſque meæ floridus abſit honos;
Regnet & Autumnus Libitinæ ignobilis arte,
Atque inſtet capiti iam glacialis hiems;
Miraris quod amem, quod amans Epigrammata ſcribam,
Verſibus inque meis me nouus vrat amor?
Inſanire (ais) hoc eſt & pereſcere. Quidni?
Nempe inſanus Amor, nempe Cupido puer.
Sed cum inſanus Amor, tamen hæc inſania lucro eſt,
Quæ mihi reddiderit cor iuuenile ſeni.

Ad Poſtumum.

Partum fœmina menſibus nouenis,
Aluo ſi retinet fouetque in imà,
Quod natura opus ordiatur altum:
Quare non etiam nouem per annos,
Fœtus ingenii tui prementur,
Quos vis viuere luce ſempiternâ?
Sic mi, Poſtume, fiet vt fruantur
Æquali vice, liberi, librique.

In Aſperum.

Nil non Aſper agit pro me, ſi forte rogetur
Quicquam agere: at nuſquam commodat Aſper equũ.
Quæro operam aut ſtudium; ſtudiũ mihi protinus Aſper
Non negat; at nuſquam commodat Aſper equum.
It, redit, & currit pro me, ſi forte rogetur
Currere: ſed nuſquam commodat Aſper equum.
Quàm ſapis ô Aſper, quàm te bene noſcis amice,

Pluris quam teipſum qui facis Aſper equum.

Ad Flaccum.

Cum ſeſtertia mutuò rogaris
Ducenta: atque ego, Flacce, denegarim;
Omnibus tibi me deeſſe narras.
Quid dicis? bona verba quæſo, Flacce.
Nam ſi amicitiæ ſcopus duorum, eſt
Idem velle ſimul, ſimulque nolle,
Certe deſumus ambo vtrique noſtrum;
Ego quod tibi denego roganti;
Tu quod me rogitas tibi negantem,
Attamen vitio peculiari,
Offendis veterem magis ſodalem,
Qui cùm ſollicitè prius rogaris,
Iſtud feceris vt tibi negaret.

Epitaphium Ioni Tillii epiſcopi Meldenſis.

Dicite Tillius hac iacetne, an Tullius vrna?
Namque hìc ſæpe notá labor in ancipiti.
Nec tamen id temere, quod enim fuit ille Latinis
Eloquio, noſtris hic fuit hiſtoriâ.

Ad Amorem.

Deferor in varias parteis: hinc torquet & illinc
Irrequietus Amor, purpureuſque pudor.
Vt malus angit Amor, ſic me pudor improbus angit,
Hinc ferus vrget Amor, ſeuocat inde pudor.
Quid mihi frena Pudor, quid Amor calcaria ſubdis.
Cur qui cuncta velim, nil mihi velle datur?

Ad Lectorem

Quærebam? quid agat quicunque inſeruit amori?
Aſcenſuque loci vox redit alta Mori.
Si tumulo noſtros ſubiungo, Lector, amores?
In promptu cauſſa eſt, cùm ſit Amare, Mori.

De ſeipſo.

Hiſtoricus; patronus ago, ſcriboque poeta,
Hiſtoriam, cauſſas, atque poema meis.

Oro præſentis reparans diſpendia vitæ,
Carmina venturis, Hiſtoriamque paro.
Illud non gratis; ſed gratis hæc duo præſto.
Qui non gratuitus, gratior eſt ne labor?

In Menedemum.

Arte laboratam Venerem Menedemus habebat,
Vrbini varium, vel Michaëlis opus.
Hanc à te vendi viginti millibus aureis,
Poſtulat Oenopius: tu Menedeme negas.
Tam bene concordes ſic diſſentitis vterque,
Dicere vt haud poſſim quis mage deſipiat.

Ad Paullum.

Scribimus, vt relegant omneis, mirenturamentque,
Suntque hæc auctori præmia magna legi.
At tu cùm ſcribas quæ non intelligat vllus,
Dic mihi quod precium, Paulle, laboris habes?
Si quo ſenſa alios lateant occulta recondis,
Nonne tibi ſatius, Paulle, tacere, fuit?

In Aſperum.

Seu tibi Grammaticûm claſſes terat Aſper ineptas,
Seu ſterileis ſophiæ prodeat ante ſcholas,
Seu cum regicolis tumidâ ſpatietur in aulâ,
Seu cum militibus nobilibusque viris;
Protinus effutit tria Græca vocabula vanus,
Et crepat, aut imo hæc pectore prompta vomit.
Nec locus hunc cohibet nec temporis ordo refrænat,
Quominus Iliaden Heſiodumque citet.
Huic & Ariſtoteles, huic & Plato ſemper in ore,
Totus & è Græcis fontibus haurit aquas.
O hominem ſcitum, Græcum quis non putet eſſe,
Non ſolum linguâ qui ſit at ingenio?

De Ruffo.

Nexuerat magicis Ruffo genitalia nodis,
Hæres, ne ſobolem poſſet habere ſibi.
Agnouit Ruffus technas, ideoque reliquit

Legatis, cunctas cùm moreretur opes.
Quid mirum, ſi quem viuum caſtrauerat hæres,
Hæredem caſtret mortis in articulo?
Quàm ſerò ſapuit, nam ſi cùm viueret, iſtud
Feciſſet, poterat conſuluiſſe ſibi.

Lyra.

Muta arbor fueram, Lyra nunc moduloṙque, canoque
Vita mihi ſic mors, mors mihi vita fuit.
Inuida viuenti, nam quam natura negarat,
Poſt obitum fœlix addidit ars animam.

In Iberum.

Inuida fors ſeruum nobis obtruſit Iberum,
Quo nihil eſt vecors, inſipidumque magis.
Iam tamen hoc (mirum) biſſenis vtimur annis,
Nec mihi ſorte frui commodiore placet.
Illum ego ſi ablegem paſſim male gratus habebor,
Qui reprimam mores, moribus hiſce, meos.
Scilicet acceptum huic refero, quod tempore callum
Obduxi, & bilem temperet inde mihi.

Ad Venerem.

Da mihi, da facili, Venus ô gaudere Sabinâ,
En voueo fœlix munera quæ dat Arabs.
Non ſterileis violas dabo; verùm Cypria, Myrrham:
Munere in hoc alter forſan Adonis erit.

In Athonem.

Ardebat Glycerem, ſed ſpes cum nulla potiri,
Ecce cucullatâ veſte receſſit Otho.
Deſperatio ſpem parit, & ſi credere fas eſt,
Huic dabit ad cœlos vimque viamque nefas.

Ad Galliam.

Sunt mala quæ ſcribo noſtris Epigrammata chartis,
Atque adeo ſi vis, peſſima confiteor.
Sed quia non multis onero te, Gallia, nugis.
Quæ mala ſunt; dices, hac breuitate, bona.

EPIGRAMMATVM LIBER SECVNDVS.

Ad Bernardum præpoſitum, in Senatu Pariſienſi Præſidem.

HÆc tibi Patronus, Præſes clariſſime, mittit,
Quem tu pro roſtris dicere ſæpe iubes.
Ridebis forſan, quis enim non rideat illum
Tam ſubitò vatem qui modo cauſſidicus?
Nec tamen hæc Præſes prorſus ridenda putato,
Si non à genio ſunt aliena meo.
Ars oratorem fecit, Natura poëtam.
An tibi Naturæ maius, an artis opus?

Ad eundem.

Tanta tibi eſt probitas, æquique ſcientia iuris,
Et reſidet labris gratia tanta tuis;
Vt ſi de cœlo deſcendat, credere nolit
Iupiter alterius iura miniſterio.
Te Princeps populuſque petit, te vindice ſancto
Gaudet & vnius Præſidis ambit opem.
Quo ſibi præpoſito ſalua eſt Reſpublica, nonne
Verè is Præpoſiti nomine dignus erat?

Ad Antonium Loſellum.

Hunc, Loſelle, tibi meum libellum
Commendo, numeris nec abſolutum,
Nec terſum, lepidum, grauem, venuſtum,
Sed commendo tamen meum libellum,
Qualiſcunque tibi futurus olim,
Hunc velim celebres palam probeſque:
Offendas etiam tacens amicum:
Nam natura ita comparat Poëtam,
Ni laudes, putat hinc Poëta lædi:
Miræ hoc ſtultitiæ genus tamen me,
Et ſtultum, & fatuum, & nouum Poëtam,

Qui ſocio poſſis vendere cauſſidico.

Ad Ioſephum Scal'gerum.

Cuius & ingenium, doctrinaque, nomen, acumen,
Præpetibus pennis celſa per aſtra volant.
Emoriar niſi te venientia ſecla, Ioſephe,
Aligerum dicent, quem modo Scaligerum.

Ad Domitium.

Pectore tam fido mihi te profiteris amicum;
Pirithoum vt poſſis vincere vel Piladem:
Eſt mihi lis, operam præſtes peto; non lubet, vt quî
Natus inaſſueto litibus ingenio.
Æger præſentis cupio ſolamen amici;
Ægroti ad ſpondam non potes ire thori:
Fœnore coniectus rogito, des mutua centum;
Hæc & heri poteras credere, non hodie.
Et tibi amicitiæ primas vir perfide ſumis:
Ni caueas, feriet te quoque marmorea.

Ad Theodorum Paſchaſium F.

Tu tibi diuitias vt non moriturus habeto;
Idem diuitias vt moriturus habe.

Ad Ponticum.

Tè ſi conuenio, varias excurris in arteis,
Moliriſque aliquod ſemper inanę Sophos:
Hinc tecum exultans me percontaris amicè,
Percipiamne animi ſenſa repoſta tui?
Percipio: ſed quid? te quæ dicaſue, puteſue,
Pontice crede mihi non benè percipere.

De diplomatibus Regiis, quæ Pragmatici de proprio motu vocant.

Si ratio cerebri ſummã ſibi vendicat arcem,
Atq; habitant vna Lex Ratioq; domo:
At contrà, motus ſi perturbatio mentis,
Pectoris & parteis occupat, haud cerebri:
Cũ proprio motu ſancit diplomata Princeps,
An ratio eſt, vel lex, hîc vbi motus erit?

De nuptiis Margaritæ.

Is quẽ, Flacce, vides incidere corpore obeſo,
Obſtipum, vecors, illepidumque caput:
Quem tu, Flacce, graui cernis torpere veterno
Viuentem, quaſi non viuat, at ille bibat,

Conſili

Consilii expertem, nullâ qui industrius arte,
Quæ prodesse aliis, quæ nocuisse docet;
Degener, & terræ vel iners, vel inutile pondus,
Vxorem duxit Cæpio Margaridem:
Margaridem patris oculis, floremque iuuentæ,
Margaridem casti delitias thalami;
Cuius ab ore fluunt Charitesque, salesque, iocique,
Blanditiæ, veneres, nectar & ambrosia:
Quæ si mellitos (sua spicula) vibret ocellos,
Viuere te, rursum cogat & ipsa mori.
Hancne fortè putes pingui nupsisse marito;
Hoc verè porcis est dare margaridas.

In Marcellianum.

Nil deformius est Marcelliano,
Cuius effigiem, breui tabellâ,
Germanam tibi reddidit Genettus.
Quâ nil tersius elegantiusque:
Et tantò magis elegans tabella,
Quantò sit facie Marcellianus
Deformi magis ac ineleganti.

Ad Scæuolam Samarthanum.

Dant alii gemmas, smaragdos, adamanta, pyropos,
Aurum, ebur, & locuples India quicquid alit.
Tu mihi qui versus; plus Sammarthane dedisti:
Nam gemmas, quæ tu carmina mittis, habent.

De Iouis Amoribus.

Iupiter vt variis potiatur amoribus, Aurum,
Amphitruo, Taurus, Cycnus, Satyrus fit; & istud
Pro Danae, Alcmena, Europa, Leda, Antiopaque.

Ad Menedemum.

Nil mihi te iactas, Menedeme, negare rogâti,
Agnosco: nam te nil Menedeme rogo.

Ad Renatum Viragum Cancellarium.

Binis quod Francas res libris nobilitaui,
Donauit Carlus nobilitate meos.

Perficis

Digitized by Google

Perficis hoc amplo diplomate, magne Virago,
Præmium & in longas non finis ire moras.
Non precibus multis, vllâ non arte petitus,
Nomine non facie cognitus antè tibi.
Tam citò qui dederis, bis, vir præclare, dediſti:
Debemus Regi plurima, plura tibi.

Ad Sabinam.

Viciſti, victaſque manus tibi trado Sabina,
O ingens animi facta ruina mei!
Quàm ſum, magnifici victus ſeges ampla triumphi:
Qui quia me vinc s, diua, triumpho miſer.

De ſeipſo.

Plurima nos ex his iuuenili ſcripſimus æuo,
Edidimuſq; ſenes: num iuuenile magis?

Ad Scæuolam Samarthanum.

Indueris varias quamuis in amore figuras
Iupiter; haud auri gratior vlla fuit.
Hanc tu ſi indueris, mî Sammarthane, figuram,
Iudice me, cunctis Iupiter alter eris.

De Magnis (quos Galli vocant) diebus Pictauii habitis 1567.

Cùm tibi September ſpatio breuiore dierum
Profluat, & longas deſinat in tenebras,
Iſtud neſcio quid, quod agit modò Curia, Pictis,
Cur magnos Galli dicimus eſſe dies?
Nempè quod à patriâ ſeiunctis longa dies ſit,
Abſentis patriæ, quos ferit altus amor.

Ad Claudium Reburſium Medicum.

Nocteis, Gellius, Atticas vocauit,
Quos linguâ Latiâ dedit Latinis
Tractatus Latios Latinus author:
Vt mirere libro indidiſſe nomen
Iſtud, tam procul eſt ab Atticiſmo
Ego carmina quæ Latina ſcribo
Gallis ciuibus, anne Gallicanas,
An vero Latias vocabo nocteis?

Nam

Nam totâ libet exarare nocte,
Quas Gallis dico somniationes.
At certè memini tuo, Rebursi,
Dudum consilio, his facetiis me
Adiecisse animum, ipse dum soleres
Meas esse aliquid putare nugas.
Ergo quas ego posteris repono
Nocteis, carminibus meis Latinis,
Nec illas volo dicier Latinas,
Nec illas quoque Gallicas haberi:
Sed facto quoniam tuo Rebursi,
His Musis operam loco frequentem,
Siue sint lepidæ & iocis facetæ,
Seu sint insipidæ vel inficetæ,
Has ipsas ego seculis futuris
(Legent si tamen hæc futura secla)
Nocteis esse volo Rebursianas.

Ad Lectorem.

Si quem adeo, seu sit malè sani de grege vulgi,
Siue etiam stolido sit magis ingenio;
Imprudens, animo vireis animumque ministrat,
Scribendique mihi carminis auctor is est.
Ingeniosa docet, quamuis non ingeniosus,
Suppeditatque alii, quam sibi nescit opem.
Elicio ex eius dictis nam plurima, quæ mi
Vsu sint, vt quæ non putet, ipse putem.
E silicis venis igneis excudimus; & qui
Non habet, ingenium suggerit ille mihi.

EPIGRAMMATVM LIBER TERTIVS.

Ad Achillem Harlaum Baumontium, Præsidem.

QVi fit dic mihi, qui fit, ò Achilles,
Vt quò plus studeam meos libellos,

Digitized by Google

Cunctis reddere lucubratiores,
Tanto plus videam hoc meo labore,
Auctori inuidiam suo creari?
Sed plebs inuideat licet, quid ad me,
Malo hercle inuideat meis libellis,
Quàm si hos irrideat meos libellos.
Nec illi cano, sed mihi tibique:
Non legat mea, dum legantur abs te:
Non probet, tibi dum probentur ista,
Vnus pro reliquis mihi tu Achilles.

Ad eundem.

Quod nullam Iudex sectaris Principis aulam,
Integer & vitæ propositique tenax,
Et rigidus iusti custos, pietatis, honesti,
Temporibusq; istis non potes esse malus:
Hæc superis primò, tum debes omnia patri,
Quem tu Iustitia, quem Pietate refers.

De Luttetia Parisiorum.

Quæ dicta est olim Luttetia Parisiorum,
Nominat hanc vulgò dictio Galla, Paris.
Si tamen hanc Latio vertas anagrammate vocem,
Quæ tibi Galla Paris dicitur, ecce, Rapis.
Ergo Parisiis ex rapto viuitur, atque est
Galliæ Metropoli præda pudenda suæ.
Immò quod à Paride transumpsit nomen & omen;
Hic quoque Priamides cogit amare Paris.
Sed rapere à Latio, non Gallo sumpsit, eo quod
Si rapitur, nobis hoc dedit Italia:
Scire voles igitur quid agat Luttetia? amare
Gallo more docet; sed rapit Italico.

De Arunte & Adone.

Lubrica cùm nollet timidus sectarier Aruns,
Ac in ea incautus progrederetur Ado;
Risit, & Aruntem tali tunc scommate lusit:
En animi palmam vir generose feres.

Non

Non tulit hoc Aruns, ſed ſcommate ſcommaretundit;
Eſt mihi res, verùm nulla verenda tibi.
Indulſit natura animam mihi namque tuendam;
Illa tibi nullam quam tueare dedit.

In Poſtumium.

Seu tibi blanda placent Regis conuiuia noſtri;
Seu quæſitarum largus aceruus opum;
Siue Magiſtratus amplo exercere Senatu:
Poſtumius iud:x omnia ſolus habet.
Hunc tamen aſpicias vultu procedere mæſto,
Pectus & aſſiduâ rodere triſtitiâ;
Eſſe nouercali tam credit Numina fato,
Nec quicquam votis cedere velle ſuis.
Errat Poſtumium felicem qui putat: ipſe
Poſtumius miſerum ſe putat, & miſer eſt.

Ad Patum.

Prima ſed & quarta eſt tibi littera reddita, Pæte,
A me; verùm tu deſidioſe ſiles.
Materies nulla eſt, nec quicquam ſuppetit (inquit)
Quod ſcribam: ſcribe hoc, nil tibi ſuppetere.
Quod ſi etiam nolis hoc ſcribere, ſcribito ſaltem;
Hoc ſolemne tibi, ſcribere nolle tuis.

Ad Sabinam.

Vt primum lepidos tuos, Sabina,
Vidi ſyderibus pareis ocellos,
Binam purpurei roſam labelli,
Mammas turgidulas, genas rubenteis,
Gratias, veneres, ſales, lepores,
Totus diſpeream niſi periui,
Et à me ratio impotens receſſit,
Tuo carcere mancipanda cæco:
Aſt vbi hos oculos tuos procaceis,
Torſiſti tumidè, Sabina cruda,
Deprendique dolos quibus malignè
Nos omneis miſeros viros inefcas,

Fictas lachrymulas, querelulasque,
Mentitumque diu impudica amorem;
Totus disperеam, nisi reuixi,
Et mei ratio, & sui miserta,
Iampridem fugitiua me reuisit,
Et sese ad veterem domum recepit.
Ac vt quondam animus ferociebat
Noster, ossibus excoquens medullam;
Sic nunc frigoribus quietus alget.
Ergo stulte vale, vale Cupido,
Quid commune mihi misello tecum?
Si crudelis Amor tuos lacessis,
Si pennatus Amor vagaris erro,
Si puer rationis omnis expers,
Cæco semita certa nulla cùm sit,
Tene ego sequar, ò miselle, qui sis
Sæuus, cæcus, & aliger, puerque?

Ad Ianum.

Carmina nulla tibi debebam scribere, Iane,
Et meritò nobis prætereundus eras.
Et si fecissem, forsan plebs diceret, ista
Me ratione tibi par retulisse pari.
Carmine nam multo cùm commendaris amicos;
Attamen in toto mentio nulla mei.
Verùm quæ nostris taciturna silentia chartis,
Imperat, hæc eadem caussa tacere vetat;
Vt referam grateis imo de pectore, quod me
Nolueris scriptis inseruisse tuis.

In Aulum Spurium.

Diuitiis Princeps tantis cumulauerat Aulum.
Vt iam opibus posset vel superare Midam.
Erubuit, nec eum potuit fors ferre pudorem,
Legitimique nihil censet habere nothum.
Diuitias ergo consumit Apicius alter;
Aulus & in cineres omnia vertit inops.

O mira

O mira ars hominum, ſeſe natalibus ipſe
Reſtituit nullo Principis officio.
Nam quamuis nec auos valeat, proauoſque ciere,
Hæc tamen arte poteſt Spurius eſſe nepos.

Ad Caſsiodorum.

Cum dico, Venerem Bacchumque augere podagram,
Tu ſolus nocuos, Caſſiodore, negas,
Vina nocere quidem dicis, ſed ſcire periclo,
Iſta tuo, quòd ſit nulla nociua Venus.
Quid ſi hoc vxoris noſcas magis ipſe periclo,
Atque hinc nulla tibi poſſit obeſſe Venus?

Ad Sabinam.

Parce, parce precor, Sabina, parce,
Meum delitium, ſuauiumque,
Parce ſi quid ego tumultuatus,
Si quid extulerim foras proterue:
Tene viuere ſim potis relicta?
O mens zelotypa, ò metus inaneis!
At iuro per ego meam Sabinam,
Per ſacros oculos meæ Sabinæ,
Per caſtas genulas, per os pudicum,
Per hunc qui natat in labris pudorem,
Et per omnia caſtiora caſtis:
Aut nulla eſt nimium puella caſta,
Aut ſi quæ ſatis eſt puella caſta;
Sola præ reliquis Sabina caſta es.
Aut iuro per ego meam Sabinam,
Per dulceis oculos meæ Sabinæ,
Immò ſpicula non tuos ocellos,
Per nigrum cilium, immò Amoris arcum,
Et per retia tortilis capilli,
Per genas minio colore tinctas,
Per dentes niueos eburneoſque,
Per frontem patulam, corallinumque
Os, & per roſeas duas papillas,

Digitized by Google

Per mel, per violas suaueolenteis,
A me quæ cupido leguntur ore;
Per hunc qui residet labris leporem,
Et per omnia chariora charis;
Aut nulla est nimium cupita virgo,
Aut si quæ satis est cupita virgo,
Sola præ reliquis mihi cupita es.

In Ponticum.

Cùm vitiis flagres, dicas tamen omnia bellè,
Vis vt te Marcum, tu mihi Crispus eris.

De Hamo.

Qui recta mente est, qui mente est omnibus æquâ,
Qui pulchro natus corpore, quique iocis;
Cùm placeat cunctis, vxori non placet Hamus,
O fortunato, vir miser, ingenio;
Quod mentem minuit non rectum, nec satis æquum,
Et quod fortè etiam nomine diminuit.
Hoc ignotum aliis, cùm solum nouerit vxor,
Inde sui labes, hinc & origo mali.
Nam quæ mente suum summâ velit esse maritum,
Hunc tamen illa cupit mentis habere minus.

Ad Vindicem.

Carmine laudabam nuper duo Gallica belli
Fulmina, Gusiadas, Andegauosque duces.
Protinus ecce suæ vix est vt temperet iræ,
Meque meo Vindex inuidet ingenio.
Siccine mancipiũ gratis vis (inquit) haberi?
Qui poteras calamo liberiore frui,
Vt celebres nullus tibi quos adiunxerit vsus,
Dic age quem fructum proferet iste labor?
Blandiris dominis, dominus qui natus apud te,
Nec tuus hic, seruus debuit esse liber.
Ad quem sic paucis, illis non blandior inquam,
Cur igitur? Genio blandior ipse meo.

De Cotta amoribus.

Iusserat

Digitized by Google

Iusserat indomitis vri sua carmina flammis,
Dictarat iuueni quæ iuuenilis amor.
Illa tamen superant, annos habitura secundos;
Inuitoque sibi Cotta superstes erit.
Cùm vigor igneus huic scriptis mandauit & igneis,
Æthereúsne potest ignis ab igne premi?

In Matthæi Vallæ Hymnos diuinos.

Quod patrum sese populo secreuerit ætas,
In memora, & dumis hospita lustra domos;
Scilicet & valleis & syluas numine dignas,
Solaque credebant addita sacra Deo,
Nec nisi delitiis fluitare perennibus vrbeis,
Nec nisi flagitiis vrbibus esse locum.
Verum si nostris redeant Antonius annis,
Et Macarus, Malcus, Paullus & Hilarion,
Rusticus atque Amathas, omnisque corona piorum;
Hisque, diserte, tuum, Valla, teratur opus,
Emoriar, si non antris syluisque relictis,
Tunc postliminio ciuica iura petent.
Nec mirum: nam qui iunxisti vallibus vrbeis;
Hoc facis, vt Superos vallis in vrbe canat.

In Ægesium.

Vendidit Ægesius nuper tibi iugera centum,
Ostrinis niteat clarus vt induuiis:
Dicere nec facile est ostrone ornatus an agro;
Nam quæ vestis ei nunc, ager ante fuit.
Viuere non hoc est hæredi, sed sibi: quid si
Non viuit, tanta qui tumulatus humo est?

Taciturnitas.

Ardua res amplo est causas agitare theatro,
Dicis, & in medio verba tonare foro.
Ast ego verbosæ vouisse silentia linguæ,
Securumque domi dilituisse puto.
Quid quod permulti docuerunt dicere libri:
Qui reticere docet, nullus in orbe liber.

Digitized by Google

In Aulum.

Olim viuere cum tibi daretur
Inter Patritios & optimates,
Quàm Deus bone, ſolus inter omneis,
Aſſertor rigidus boni fuiſti!
Quam tu mancipia oderas togata,
Quam te mancipia oderant togata,
Quamque vni tibi diſplicebat iſta
Nundinatio fœda dignitatum,
Quæ nos funditus vſquequaque perdit!
Sed cum munere te tuo abdicare
Cupiſti, hei, mihi totus alter abs te,
Illud proſtituis vel his, vel illis,
Auara nimis auctione coram,
Et vænalitiam hancce dignitatem,
Hanc inquam facis, ante comparandam
Virtutis precio, & probis dicatam,
Dignitas igitur virum indicauit,
Vulgari vt referunt parœmia, imo
Abdicatio dignitatis abs te.

Ad Aulam.

Nubere vis cœco virgo formoſa marito:
An non es cæco cæcior, Aula, viro?

In Perillum.

Quicquid conſilio, quicquid præſtatur & arte,
Doctrinâ, monitis, ſumptibus, ingenio,
Præſtitit hanc operam nato pia cura parentis,
Nam quæ non pupugit ſollicitudo virum:
Et certe fuerat patris ſpes vna Perillus,
Arderet ſtudiis cúm iuuenilis honos.
Sed pater vt moritur, corpus cum creuit & ætas,
Libertaſque animo ſerpſit amœna ſuo;
Diſſipat, effundit, conſumit & omnia perdit;
Nec quicquam videas hoc miſerabilius.
Omnibus exhauſtis, nunc has petit ille tabernas,

Nunc

Nunc illas, victum quo ſibi quærat inops.
Sic cui ſperabat genitor Ciceronis honores,
Pauperior Cynico fit modò Diogene.
O ſpes ridiculas, ô gaudia vana parentum!
I nunc, ſolliciti munera patris obi.

In Gorrulum.

Crediderat rerum ſummam tibi Galba ſuarum,
Nulla cui rerum ſollicitudo fuit.
Suſcipis has vltrò; quid namque negaris amico,
Tu qui præ reliquis officioſus homo es?
Protinus ad cenſum late bacchanis in omnem,
Dum tibi pro libito cuncta licere putas.
Agnouit Galba hoc, ſed ſero agnouit; eoque
Nomine, tunc curam cœpit habere domus.
Quid tibi pro meritis penſabit, Gorrule, tantis,
Qui male torpentem feceris OEconomum?

Ad Scæuolam Sammarthanum.

Adſpice ſeu Medici, ſeu vanas Rhetoris arteis,
Scæuola; multa quibus conſimilentur, habent.
Rhetoricen Hermes; docuit Medicamina Phœbus,
Et Deus, & ſummo natus vterque Deo.
Auſonia vt quondam medicos ampliſſimus ordo;
Sic & pragmaticos expulit orbe viros.
Multos quottidie Medicorum turba trucidat;
Perdidit & multos altera turba reos.
Dat Galenus opes; dat Iuſtinianus eaſdem;
Ille hominum morbis creſcit, & iſte dolis.
Diſſimileis ſed in hoc; Autumni quippe quotannis
Tempore cauſſidicus ceſſat, at ille metit.

De Caluo.

Quem, Franciſce, patrem, iuuenis Rex magne vocabas.
Tanta ſeni grauitas: & pudor in iuuene;
Iudicio patrum, ampli decretoque Senatus,
Pendulus obtorto gutture paſcit aueis:
Ac vt morte, bonis mulctatur: filius hæres

Haud aliter princeps debuit esse patris.

De Antiocho.

Ætatis multos quamuis transegerit annos,
Nil tamen Antiochus non iuuenile sapit.
Nunc conuiuatur, nunc ridet, ludere palmâ
Doctus, & imbelli ludere nunc cithara.
Versibus vxoris lepidos educit amores,
Adiicit & lepidis oscula carminibus.
Nec quid in Antiocho sentit mala damna senectæ,
Si non barba, caput, tempora cana forent.
Nescio quid tamen est [illegible]rem quod male torquet,
Et cùm aliis placeat, displicet vnus ei.
Quodque putant illum, non vult hæc sola putare;
Istud nescio quid, dic mihi quæso quid est?

De eodem.

Et placet, & cunctis arridet; sed tamen ipsi,
Mirum est, vxori non placet Antiochus.
Illam nescio quid male pungit: scilicet vnus
Is bene si pungat, nil male pungat eam.

Ad Pannicum.

Hospita lena tua est, dicis mihi Pannice semper,
Verùm, hinc est tua ter visa redire soror.

De suis Amoribus.

Vere meo mihi me rapuit formosa puella,
Qua nil splendidius, nil & amabilius.
Sed postquam visa est nulla exorabilis arte,
Omnis ab æstiuo tempore fugit amor,
At nunc Autumnum recidiue, Cupido lacessis,
Et rem blanditiis insidiosus agis.
Atqui si fructus Autumno teste leguntur.
Vere autem sterili flore superbit humus;
Fac quoque si precibus locus est tibi fac Amor vt sit
Amplior Autumno, quàm mihi Vere, fauor.

Ad Sabellum.

Occurro quocunque loco tibi, magne Sabelle,

Mox

Mox aureis querulæ verbere vocis agis.
Tota magiſtratus cecidit reuerentia, dicis,
  Nullus honos, heu heu tempora, nullus honos.
Nec niſi nullus honos, nec quid fortaſſis haberes
  Dicere, ni ſcires dicere, nullus honos.
Priuato expertum te dicis & iſta periclo,
  Perfricto laceret quem malus ore cliens.
Credo: magiſtratu nam qui non digna faceſſit,
  An non audire hunc ſe quoque digna decet?

Ad Beatum.

Quod præter reliquos, tuos Beate,
Nobis verſiculos ſoles probare,
Nec poſſunt alii tibi probari,
Admiror: quis enim, poeta magne,
Non laudet lepidam tuam poeſim?
Et laudo quia vis mihi probari.
Magnum eſt ingenium tuum, Beate,
Magnum iudicium: attamen videto
Ne dum vis nimium tibi placere,
Non poſſis aliis ſatis placere.

De Marquettia.

Nubere Paulino mauult Marquettia nudo,
  Quam reliquis, cum opibus diuitiiſque ſuis.
Hunc cupit, hunc quærit, quamuis Marquettia nudum:
  Iam ſcio cur, nudos plus amat illa viros.

Ad Patum.

Inuidia eſt, noſtros quod tu tam ſæpe libellos
  Arguis, inuidia eſt, dicere Pæte ſoles.
Erras Pæte, hoc non eſt inuidiſſe libellis,
  Inuidia eſt ſi tu dignus es inuidia.
Vis non mentiri, vis verum dicere? diſcas
  Aut nihil, aut melius ſcribere, vt inuideam.

In Callidum.

Magna ambis, magnos ſequeris tu Callide ſemper,
  Nec tibi quid paruum, vel mediocre placet.

Quæ-

Digitized by Google

Quicquid moliris, vel tentas, omnia magna;
Ludis, amas, rides, omnia magna facis.
Magnus es, at vir qui magnus facis omnia magna,
Vis facere ô maius Callide? fac sapias.

De Manlio.

Vnus magnificas attollit Manlius ædeis,
Quas plebs respiciat, suspiciatque frequens.
Atria vel statuis, vel sunt variata columnis,
Nullus & in tota clarior vrbe labor.
Verum si penitus lustraueris abdita, grande
Inuenies nihil, at claustra perexigua.
Magnificam exercet magnus quoque Manlius artem,
Quâ nil nobilius splendidiusque nihil.
Hunc audit populus magna cum voce tonantem,
Attonitusque suo pendet ab eloquio.
At si doctrinæ penetraris in ima, recessu,
Doctrinæ inuenies claustra perexigua.
Vis dicam ingenue quod sentio? Manlius ædeis
Hac ratione struit, qua ratione parat.

Ad Ponticum.

Nullum tempus abit quo tu non carmina scribas;
Quoquo animum vertas hinc epigramma tibi.
Et scribes, etiamsi rem non legeris vllam,
Sed quia quaque die scribere religio est.
Attamen è multis vix possunt pauca placere,
Ista nec è doctis qui legat vllus erit.
Desine mirari: debent Epigrammata nobis
Sponte sua nasci, Pontice, non fieri.

In Parthenopæum.

Aurea mercator centum mihi vendit, in anni
Lucrum ex bissenis nummus vt vnus eat.
Inuiso quid agat, numeret peto; rem sibi deesse
Clamitat, vt paucos auferat inde dies.
Vsuras rogito, narratur fabula surdo,
Seque suo iactat cedere velle foro.

Rum-

Digitized by Google

Rumpor & impatiens mihi mens exæſtuat; inſto,
Vexo, premo; ſed nil Parthenopæus habet.
At ſatis vt faciat: tandem mihi ſerica vendit:
Annuo, ſed duplo mancipat hæc precio.
Quàm benè ſoluiſti, qui compenſaris abunde
Vſuram vſurâ, Parthenopæe, nouâ.

Ad Soſibianum.

Si mihi quid ſalibus datur indulgere, iociſque;
Si qua vel in tenero luſerit ore Venus,
Protinus applaudis; diciſque Epigrammatis eſſe
Materiam lepidam, Soſibiane, tibi.
At tu quod profers, ego credo Epigrammatis eſſe
Materiam lepidam, Soſibiane, mihi.

Baculus.

Cui natura oculos, aureis, animamque negauit;
Hic tamen eſt cæco duxque reduxque viæ.

Ad Theobaldum.

Vxorem Marci ſubigis, Theobalde, timeſque
Ne te Iulia lex damnet adulterii.
Ne metue: in tenebris peccas; ius crimina plecti,
Luce niſi fuerint lucidiora, vetat.

Ad Quintum.

Ne Veneris premar illecebris hortaris amicè,
Nec pateris dominæ me iuga ferre meæ:
Tu tamen interea tacito torreris amore,
Non ego conſulo te; conſule Quinte tibi,

Ad Valerianum de Thoma Sibileto artis poeticæ Gallicæ auctore.

Cui tam Gallica debuit camœna,
Cui tantum Veneres, Apollo, Muſæ,
Vt niſi Sibiletus extitiſſet,
Nullæ Pierides, Apollo nullus,
Extaret patriæ ſuæ ſuperſtes,
Et qui Paſchaſium obligauit vnum
Tamque tamque ſibi, vt poeta ſi ſit

(Si

(Si tamen meruit poeta dici)
Acceptum referat ſuo magiſtro.
Scire forte cupis, Valeriane,
Suo Paſchaſius ſuus quid optet;
Tuo Paſchaſius tuus quid optet?
Thomas ille meus, tuuſque Thomas;
Viuat Neſtoreum perennis æuum,
Thomas ille tuus, meuſque viuat,
Viuat ille meus, tuuſque Thomas,
Et mihi, atque tibi, ſibique lætus.

Ad Auguſtinum Prauotium Breuanium.

Ergo tu mea poſtules, Breuani,
Pro candore tuo ac benignitate,
Ipſe non tua poſtulem viciſſim,
Breuani lepide, erudite, terſe?
At contendere pactione tali,
Si dabis dabo, iam mihi ſtatutum eſt,
Sit præſcripta velim iſta forma nobis:
Aurum ſed dabis, æs tibi daturo.

Ad Paullum.

Quod ſequeris Reges, magnus tibi Paulle videris;
Qui magnos ſequitur, Paulle, puſillus homo eſt.

Ad Cinnamum de Charo.

Qui nullo merito ſuo, aut ſuorum,
Factus eſt locuples repente, Charus,
Fortunæ rapidæ impotens alumnus,
Nullam, nec medico, nec Aduocato,
Mercedem luit, immemor laboris;
Quaſi gratuitas ei dicare
Debeant operas: quid? iſ-ne quæſo
Ingratus tibi, Cinname, videtur?
Ignoſcas homini velim nouo. Qui
Neſcit, Cinname, qua beatus arte eſt,
Neſcit quomodo cæteri beentur.

Ad Carolum Marrilia cum.

Carole nostrorum dulcissima cura laborum,
Dimidiumque animæ, Marriliace, meæ,
Quæ modo deuotus depromit amicus amico,
Accipe amicitiæ pignora chara suæ.
Ingenium natura tibi dedit ampla benignum,
Ingenio formam iunxit & ingenuam.
Nec fortuna deest tibi, fortunæque voluntas;
Quin & opum varios addidit hæc cumulos.
Nec refero proauos, atauos, clarosque parenteis,
Omnibus & gratum nomen in orbe tuum.
Attamen hoc nihil est, nihil est mî Carole, crede,
Ni præcepta tuo volueris hæc animo.
Imprimis venerare Deum; Deus ille tuarum
Est largitor opum, fautor & ingenii.
Ingenio ne fide tuo; fiducia multos
Perdidit ingenii sæpe proterua sui.
Quanto maior eris, tanto iuuat esse modestum,
Nec sapias altum, Carole, sed timeas,
Nec blandire tuæ fortunæ, ast ipse videto
Nec iuueni mater, sitque nouerca seni.
Hæc tu si tecum multumque diuque reuolues,
Tu tibi spes, tibi sors, tu tibi portus eris.

Ad Lectorem.

Primi atque alterius laudas Epigrammata libri,
Sed tu non tanti posteriora facis.
Exhausti sunt hæc fateor fessique laboris:
Assiduo languet terra subacta iugo.
Hunc tamen effœtum potes instaurare laborem,
Si non effœtu legeris hæc animo.

Ad Zolinum medicum.

Si quis è populo obuius feratur
(Et si vel minimus gregrariorum)
Tantas myriadas precationum
Effundis quibus hunc & hunc, & illum,
Optes perpetua frui salute,

Digitized by Google

Vt nullus cupiat magis fruisci,
Quod si has ex animo, Zoline; cunctis
Qui vis tam bene, pessime tibi vis.

In Iberum.

Nescio quid, fœtere tibi succenseo; tu me,
Nasum; vellem te non habuisse pedes.

De Artilocho.

Cauerat à socero solui sibi mille superstes
Vxori blandæ si foret Artilochus:
Perdidit vxorem: sed an hoc tibi perdere, ab vno
Qui duplicem fructum rettulit interitu?

Ad Lodoicum Regium.

Spernere diuitias, ex se pendere, nec aulas
Fumosas procerum, mi Lodoice, sequi,
Posthabitis reliquis virtuti incumbere totum,
Ludicra nec vulgi ferre theatra leuis:
Hæc tu si præstes, sed cur non, Regie, præstes?
Tutius & regno, Regie, maius habes.

Ad Mamercum.

Pinguescunt oculis heri caballi.
Sic, quo sit tibi pinguior culina,
Nec carnem insipidam minusve salsam,
Aut subrancidulam vores Mamerce,
Exerces propria manu coquinam:
O caput sapidum: virumque salsum!

In Constalium.

Bilbilis edidicit vatis Constalius illud,
Abderitanæ pectora plebis habes:
Et tam grata fuit lepidi vox ista poetæ,
Vt sit nullus ei versus in ore magis.
Si quid ego tacitus meditor, mihi protinus ille,
Abderitanæ pectora plebis habes:
Prandeo, cœno, lego, scribo, sedeo, ambulo, rursum
Abderitanæ pectora plebis habes.
Quin tu qui toties isto me carmine versas,

Abde-

Digitized by Google

Abderitano prorſus es ingenio.

Ad Calliodorum.

In generum aſciſci tibi Calliodore volebam,
Id tu ſcrupoſa ſed ratione vetas.
Nec quia non dignus, ſed quod ſat tempore ab omni,
Vinctus amicitiâ ſis aliunde mihi.
Qui ſibi vult alium me iudice quærat amicum:
Nam plus ignotis, Calliodore, faues.

De Arthone.

Scribentis animum dum libris adiicit, & non
Extremam ſcriptis adderet Artho manum.
Nec ſe reſpiceret, nullique remitteret horæ,
Non animi hæc potuit tædia ferre Deus.
Huic in conflictu dextram ferus abſcidit hoſtis,
Fecit vt Artho manum tolleret à tabula.

Ad Thomam Sibilatum.

Gratias minimus tibi poeta,
Maximas ago maximo poetæ;
Illas atque vtinam referre poſſem,
Qui me tam vario colas honore.
Quid ſi forte oneres, magis quam honores?
Nam quod me celebras, modo & poetam,
Conſultumque modo, atq; nunc patronum,
Et nunc hiſtoricum ſatis venuſtum;
Facis pro nimiâ benignitate,
Me quod eſſe velis, vt eſſe dicas.
Verum commemorationis huius
Detrecto nec onus, nec ipſum honorem.
Nam ſi iudicio tuo probamur,
O nos terque quaterque iam beatos!
Quod ſi amicitiâ, beatiores:
Sed ſi iudicio ſimulque amore,
O nos Cœlitibus pareis beatos;
Gratum ſi celebreris à ſodali,
Multo gratius à viro probato,

Quàm gratum magis à probo & sodali!

Ad Petrum Ronsardum.

Dum te delectat strepitus clangorque tubarum,
Armaque Franciadum, sæuaque bella canis;
Ille ego Paschasius tenerorum lusor amorum,
Tela Cupidineis arcubus apta paro.
Tu satrapas tumidos celebras, Regesque superbos,
Queis Deus in nos ius, imperiumque dedit.
Nos tenui mollem plectro modulamur Amorem,
Qui tamen in Reges imperiosus agit.

Ad Paullum.

Emendanda tibi mitto mea carmina, Paule,
Addere quo possis ingenio genium.

In Feruidum.

Feruide, quicquid agis nil te petulantius vno,
Feruide, quicquid agis, cuncta proteruus agis:
Nec cohibet mores ampli censura Senatus,
Nec dictis adhibet fræna modumque pudor;
Dum ruis huc illuc frænis deiectus apertis.
Nec tibi vis latebras esse patrocinio.
Quod si te placide verbis exhortor amicis,
Verbaque, cognato teste, valere velim;
In nos insurgis furiosaque iurgia nectis,
Iacturamque putas nominis inde pati.
Insanis-ne, doles qui clam tibi, Feruide, dici,
Quod plebs, quodque patres te faciente vident?
Obsequar ipse tamen, pacemq; colemus vtrinque,
Dum quod me non vis dicere, non facias.

In Democriti auctorem.

Omnia qui ridet, ridetur ab omnibus ipse.

De Ferrerii & Ferreolæ amoribus.

Ferreolam misere noster Ferrerius ardet:
Nomine quos casus iunxit vtrosque pari,
Hos iungat Venus, hos amor; & si cætera desint,
Mulciberi nectant ferrea vincla duos.

Ad

Ad Crassum.

Pauperior quamuis ſit egeno, Pantalus, Iro,
Sponſorem tamen hunc nullus in orbe fugit.
Vt ſit Bardus agris & nummi fœnore diues,
Sponſorem hunc omnis creditor eſſe vetat.
Nec quid tam populus quam Bardi nomen abhorret:
O quam, Craſſe, bonum eſt eſſe aliquando malum!

De Iano Brinone.

Ex nihilo factum eſſe aliquid, Deus optimus olim:
Brino nihil fieri nunc docet ex aliquo.

Ad Renatum Chopinum.

Sancta Ruſticitas fuit poetis,
Sanctos viuere principes Monarchas,
Dixerunt etiam ſacri poetæ:
Reges carminibus Maro celebrat,
Aruorum ſtudium celebrat idem:
Et ſi principibus viris Homerus,
Laudandis quoq; ſe dicauit aruis
Aſcræus meritis Homerum adæquans.
Quid quod & vetus ille Cincinatus
A raſtris, & agro, & rudi ligone,
Ad munus populi vocatus olim,
Rurſus depoſitâ ſeueritate,
Ad raſtros redit, agrum & ad ligonem?
Sero veſpere Diocletianus
Faſceis imperii remouit à ſe,
Vt curis vacuus vacaret agris:
Arbores quoque poſteris colendas
Rex Cyrus coluiſſe gloriatur,
Hæc & plura animo tuo, Renate
Perpendens, ſtudium omne collocaſti,
Primo principibus, deinde totum
Abiecisti in agros, libris duobus
Doctis Iuppiter & laborioſis,
Vt nullo tibi ſupprimantur æuo.

Digitized by Google

Atque vt dicere filium Philippi
Aiunt, Diogenes quod esse vellet,
Si non filius esset is Philippi:
Sic tantum superat tibi laboris
Dum tu Regia iura scriptitasti,
Vt si ponere Rex in his legendis,
Vel non exiguam grauetur horam,
Regno nil mage censeat beatum:
Mox tantum superat tibi laboris:
Dum tu rustica iura scribis, vt si
Rex non sit, velit agricultor esse.

Ad eundem.

Accipe amicitiæ mea pignora chara, Renate,
Pignora non vllo deperitura die.
Munera parua quidem, sed multo parta labore,
Magnaque si dentur qua tibi mente, putes.
Hæc ego scribebam putri male febre laborans,
Stultus ego hinc fuerit nî medicina mihi.
Nec tamen vt scribam, morbo fit dulce leuamen:
Sed quia Choppino scribo, leuamen erit.

Ad Carolum Castroclarum, Regi à supplicibus libellis.

Quod patronus ego mediis dem carmina nostris,
Quod vir, quodque pater semisenilis amem,
Te pudet, & miseret miserandæ sortis amici,
Prudens atque sciens qui periisse velim.
Hæc est fatorum series, sic voluitur ætas,
Et me iam, nolim fata, velim ve, trahunt:
Insanire licet, semel insaniuimus omneis:
Quid si perpetuo vita furore furit?
Insanit tibi qui medicas profitebitur arteis,
Quemque colit trepidâ pendulus aure cliens,
Et qui longinquas vehitur mercator ad vrbeis,
Et quos spe dubiâ Principis aula fouet:
Atque adeo videas, quod toto cingitur orbe,

Stul-

Stultitiæ profert ſtigmata quiſque ſuæ.
Hos vel honoris amor, vel amor malè torqueat auri,
Dum me poſſideat ſemper amoris amor.
Non labor, aut ætas ſtudio me abiunxerit iſto,
Hæc voti, hæc vitæ clauſula ſumma meæ.

Ad Franciſcum Caſtanium.

Hîc eſt Caſtanius caſtorum luſor amorum,
Quem fouit caſto docta Minerua ſinu,
Quem Veneres, Charites, Phœbus, Suadæque medullæ;
Caſtanium vt poſſis dicere Caſtalium.

De ſuis libris.

Ne ſcateant næuis noſtri fortaſſe libelli,
Pro vetere hortatur Paulus amicitia,
Seligam vt à prauis meliora Epigrammata, tutus
Qualibet inde liber poſſit vt ire viâ:
Paulli præſcripto non pareo: nempe neceſſe eſt;
Omnia quo placeant, diſpliceant aliqua.

Ad Simeonem Petræum medicum.

Haud dudum lepidus meus Petræus,
(Paſchaſi medicus Petræus ille,
Huius Paſchaſius Patronus idem)
Occurrit mediam mihi per vrbem,
Suum porro vbi vidit Aduocatum,
Ecquid (inquit) agis, tibi ne rectè?
Et rectè hercule mi Petræe (dico)
Gratiaque Dei, tuaque id arte.
Tum vir officioſus atque amicus
Nunquidnam rogitat, velim, quod ipſe
Iudicem fore partium ſuarum:
At inquam, ſuperos precor, Deos vt
Ipſe non egeam tui, mei tu.

De Gallo.

Laudaui Gallum, tanto ſed fœnore laudes
Rettulit, vt totus laudibus obruerer,
Aſſumam & faſtus: ſic fumos qui dedit, æquum eſt

Digitized by Google

Hunc etiam fumis, lege iubente, mori.

Ad Lælium.

Vt te commendem, recitas tua carmina, Læli:
Vis tua commendem carmina? ne recites.

Ad Claudium Reburſium medicum.

Quis mihi ſit Sextus, Marcus, Theobaldus, & Aulus,
Maximus & Paullus, Galla, Marinus, Ado,
Quidve Sabina mihi, quis Curio, Feruidus, Aruns,
Ne quæras: verum nomina ficta putes.
Parcere nominibus fuit hoc ſolemne poetis,
Dum ſibi quod libuit carpere poſſe putant.
Quid ſi criminibus dum non indulgeo pecco,
Inque meo forſan carmine crimen ineſt?
Qui vitiis male vult, homines odiſſe neceſſe eſt;
Et vitium eſt, vitio parcere nolle tuo.
Nominibus tamen eſt aliorum parcere certum;
Et parcam, populus parcat vt inde mihi.
Atque hæc ex noſtro referetur gratia verſu;
Parcat vt & cunctis, omnia carpat item.

In Cæliam.

Tam bene nulla poteſt coniux adamare maritum,
Quam bene vult noſtris Cælia presbyteris.
Hos perit, hos ardet: nec quicquam Cælia narrat,
Ni narret noſtros Cælia presbyteros:
Et male apud cunctos hoc audit nomine. verum
Ne ſtuprum, ſtulti, credite: relligio eſt.
Cùm ſciat vxorem nullam niſi fœdere cleri,
Cum clero fœdus relligioſa ferit,

Ad Soſibianum.

Patronus ſcripſi. nil ſoluis vt amanuenſi
Soluas à me ſunt credita dena tibi.
Soluere cras iſthæc dicebas cuncta, domique
Te cænaturum Soſibiane meæ.
Cæna parata tibi eſt, cænas & ſoluere ceſſas,
Sicne miſer tanti vendò patrocinium?

Ne

Ne vos Cincia lex patronos torqueat hortor,
Cincia lex nostri mulcta clientis erit.

Ad Maniliam.

Mire Maniliam colit Sabellus,
Hanc amplectitur, hanc cupit, peritque,
Huius nunc oculos deosculatur,
Nunc os, nunc niueas manus, genasque,
Et ne quid reliqui imputetur ipsi,
Illas quas dedit osculationes
Solet ludere versibus tenellis:
Quos legit sibi, quos legit sodali,
Quos legitque domi, legitque in vrbe,
Intersa modo voce, nunc remissa,
Narcissumque putes videre: quod si
Tantundem dominam suauiatur,
Quantum versiculos suos Sabellus;
Non tam Lesbia vel vetus Corinna,
Non tam Cinthia vel recens Neæra,
Nulla denique tam puella culta est,
Quam te Maniliam colit Sabellus.

Ad Marcum

Incedens nullos resalutas, dispicis omneis;
Pondere subq; tuo tristis anhelat humus:
Te viso grandæuus ego: tu lumine toruo,
Grandæuum longe respuis alloquio.
Ecquid pro fastus hac rusticitate reponam,
Cui pro millenis nulla relata salus?
Mi satis est vnam non impartire salutem:
O quanto tete vulnere conficiam!

Ad Petrum Versorium in Senatu Parisiensi Patronum.

Cui pectus Natura dedit, cui corpus obesum,
Mireris quanto polleat eloquio.
Corpus vt ingenio, sic mens est corpore digna:
Nec mens mole capi tanta minore potest.

Ad Quintum.

Vti te ſocio cùm non mihi Quinte daretur,
  Nulla fuit noſtra vita quieta magis.
Sed ſimul ac tali me ſors adiunxit amico,
  Tempora, diſperеam, nulla quietus ago.
Commodo, vel numero, vel ſpo ndeo, dono, dieſque
  Nullus ab officii munere liber abit.
Tandem aliquando ceſſa, aut nî ceſſaueris, ipſe
  Ceſſabo: pudeat non puduiſſe velim.

In Aulum Aduocatum.

Sæpe tibi dixi? famæ non conſulis, Aule,
  Conſiliiſque tuis nil niſi fucus ineſt.
Hoc de te Patres (ſanctiſſimus ordo) queruntur,
  Hoc gemebundâ, plebs infima, voce refert.
At fidei teſtis (reſpondes) turba clientum,
  Quos ſoleo medio iura docere foro.
Vincere namque dolis malunt, quam perdere cauſſam,
  Hac ratione frequens eſſe cliente potes.

In Nebulonem.

Accuſabat apud ſacrum tribunal.
Vxor Borcia frigidum maritum,
Quod effringere clauſtra, non valeret
Suæ virginitatis euiratus:
At contra Nebulo reclamat, & ſe
Virum prædicat, abſolutum & omni
Parte, quam cupida exigat marita;
Et ne fortè, ait, eſſe me putetis
Qualem me mulier calumniatur,
Non corrupam ego virginem tenellam,
Qui corrumpere maſculam puellam,
Poſſim Iuſtitiam? quod hercle fecit.
Nec vllis homo ſumptibus pepercit.
Sic eſt iudicio abſolutus ipſe,
Sic eſt coniugio inde reſtitutus:
Et rectè: quis enim negarit illum,

Hæc

Digitized by Google

Hæc qui præstiterit, virum potentem?

Ad Rabirium.

Allia, cæpe, fabas, boletos, pisa, pepones,
Lac pira poma, nuces, Calliodora vorat.
Et nisi vel porri vel salsamenta fuissent,
Vlla haud vxorem pasceret esca tuam.
Attamen ætatem longos iam traxit in annos,
Nec licet huic, quamuis optet obire, mori.
His miser afficeris, nec tam te discola torquent,
Discola quàm quod edat nec moriatur edens.
Consulis hinc medicos, naturæque abdita quæris,
Qui fit vt his valeat Calliodora cibis.
Quid caussam à medico vltro percontaris inepte?
An nescis quod sit fœmina, non satis est?

Ad Antonium Lacteum in Parisiensi Senatu Patronum.

Crinibus, ore, oculis, & barba, denique toto
Corpore vir niger es; lacteus attamen es.
Qui nullis vnquam meritos inuidit honores;
Corpore si niger est, candidus est animo.

In Ponticum.

Si quando mihi te das consultore fruisci;
Non leges, non ius municipale citas,
Non Paulum, Caium, non cætera lumina iuris:
Tu tibi ius, tibi lex, tu tibi magnus homo es.
Hoc ita me patres (dicis) sanxere patrono,
Hoc ita decretum, me quoque caussidico.
Qui tantas numeres caussas, cui tantaq; supplex,
Ne viuam nisi sis maximus arte togæ.
Imo quas olim dixisti, Pontice, caussas,
Quam leuis est omneis enumerare labor.

Ad Portum.

Sæpe rogas nostris adscribi, Porte, libellis,
Pareo iam; Portus dic mihi, Porte, quid est?
Ad tua quid faciunt alienæ nomina chartæ,

Ipſe niſi laudem, quo mercare geras?

Ad Charinum.

Vt cunctis videaris eſſe caſtus,
Amplecti ſimili parique amore,
Te dicis puerosque, virgineſque:
Dicas neſcio ſerio, ioco-ve:
Sed quod aſſeris, iſtud hercle verum eſt.

Ad Marcum Pomponium Bellieraum Præſidem.

Quod modo ſit Præſes, quod tantum nactus honorem,
Hoc ſibi cum multis Bellieræus habet.
Quod nullo precio noſtro ſit tempore nactus:
Hoc ſibi cum paucis Bellieræus habet.

In Aulum.

Quantumcunque operam locas clienti,
Ab illo exprimis, exigeſque quicquid
Vel Pactolus habet, Tagus vel auri:
Hoc patrans facinus Patrone, lege
Non damnaberis, Aule, munerali.

Ad Balbum.

Mille negotia me circumſtant vndique, Balbe,
Et qua te videam nulla vel hora datur.
Quid me igitur fruſtra probris (vir inepte) laceſſis,
Atque meo labi dicis ab officio?
Ipſe tamen veniam, quamuis aliunde requirar.
Iam venio: ſalue Balbe, valeque ſimul.

De Sampaulo.

Auriculis vxor Sampauli geſtat inaureis;
Credo quod intactas non habet auriculas.

Ad Petrum Sulphureum Vallam Præſidem.

Quam catulam veneris Lauri in radice locaui,
Eius vt hæc animam ſumat ab exuuiis,
Carminibus reddis vitæ, mi Valla, priori,
Nec lux, luce prius ni caruiſſet, erat.
Profuit huic certe tam fauſtæ occumbere morti,

Cui

Cui vitam tanto fœnore restituis.
Occubuisse putem mihi quæ sic occidit, vno
Vt Catula, vt Laurus viuat ab interitu?
Sed merito viuit nunc Laurus Marriolenæ;
Sed merito viuit Marriolena tuo.
Quantum igitur Laurus debebit Marriolenæ,
Debebit tantum Marriolena tibi.

De Cintio.

Ad furcas nuper damnatus Cintius, ille
Mundus, fœminei delitiæque chori.
Spectabat iudex, ingens populique caterua:
Insto, rogo quæ sit mortis origo nouæ?
Tum iudex, merito pœnas dare, turpiter illum
Fœdera coniugii dissoluisse noui.
At tu sancte sile iudex respondeo: nemo
Nostrum illo melior, sed miser ille magis.

De Mollæo moriente.

Dum miser instaret mortis Mollæus ad aram,
Has tremulo voces pectore fudit amans.
Delitiæ procerum, mea pignora chara, valete,
Morti dulce decus, vos meminisse mei.
Illumne amentem, an potius reputemus amantem,
Mortis in articulo quem rapiebat amor?
Huic sors mollis erat viuo, mors mollis eidem:
Hinc quoque mollis amor, mollis amaror ei.

Ad Sabinum.

Quod sacris tabulis docemur illum
Primum patrem Adamum antequam attigisset
Fructus arboreæ sagacitatis,
Suscepisse faces thori iugalis;
Istud consilio Dei satoris
Factum crediderim benigniore:
Nam si dicere Gallice licebit,
Ni sis simplici & innocente vita
Hoc est & fatua & parum sagaci,

Haud

Haudquaquam tibi duceretur vxor.
At obteſtor ego Deum potentem,
Aut nulla eſt tibi comparanda coniux,
Aut ſi quæ tibi comparetur, eſſe.
Te vero decet innocente vitâ,
Non qualem tibi Gallicus dat vſus,
Hoc eſt & fatuâ & parum ſagaci,
Sed qualem Latius, probâ, pudicâ,
Plana morigera, quieta. & hæc eſt
Primi ſimplicitas vetus parentis.
Quam niſi inſtituas, Sabine, vitam,
Haudquaquam tibi comparetur vxor.

Ad Poſtumum.

Liuor edit viuos; hinc nil vis edere viuus:
Vita abeas, dicis, tunc quoque liuor abit.
Viuus ego mea do. valeant poſt fata nepotes;
Dum fruar ipſe aliqua poſteritate mei.

Ad Floridum.

Dum patrocinium nulli præſtare puderet,
Deſeris eximiæ munia clara togæ.
Hoc ſcite eſt rebuſq; tuis, genioq; fauere;
Ne quid non facias, Floride, nil facere.

Ad Flaccum.

Natos morigeros meos fateris,
Acceptumque mihi putas ferendum,
Hos quod erudiam pie, quod his &
Exemplum exhibeam pudoris: atqui hoc
Illis debeo, Flacce, non mihi illi:
Iſtud forte nouum, ſed hercle nil eſt,
Quod tam contineat pium parentem,
Senſu ſi modo preditus ſit vllo,
Quàm præſentia chara liberorum,

De ſuis amoribus.

Nomine mentito eſt tibi Lesbia dicta, Catulle,
Dictaque Romano Cinthia Callimacho.

Vnul-

Vnusquisque suam tacito dum nomine laudat;
At sua cuique tamen quam celebraret, erat,
Hoc ego vel vincor, vel tantos vinco poëtas:
Nam quam depereo, nulla Sabina mihi est.
Nulla igitur cùm sint Veneris consortia nostræ,
Nulla etiam forsan carmina nostra putes.
Et satius nullos versus in amore vagari,
Quàm Paphiæ falsò scribere damna Deæ.
O mihi quàm dulce est mendacem ludere amorem,
Cùm miserè cunctos cunctaque ludat amor.
Atque vt non potiar vesano vanus amore,
Liber at ingenio sic fruor ipse meo.

De Opimo.

Si totum nuper Musis addixit Opimus,
Atque ex securo tempore viuit inops.
Omnia vel pereant, nihil hunc peritura remordent,
Dum sit Apollineâ quod canat arte melos.
Illud si verum est, omnem insanire poëtam;
Iudice me, vates magnus Opimus erit.

Ad Postumianum.

Emittam ne dicta foras stipularis amicè,
Si quicquam narras, Postumiane, mihi.
Insanis, qui vis aliis præscribere legem,
Quam sancire tibi Postumiane nequis.
Vis mihi, vis aliis legem præscribere? legis
Debueras primus dicta subire tuæ.

De Chamelæa.

Hæc quæ fortunæ variè ludibria perfert,
Fortunam variè luserat illa priùs.

In Aulum.

Te sum caussidico, fateor, fœliciter vsus,
Si quando mihi res litigiosa fuit.
Nam nihil vberius, nil te facundius vno,
Nil quod tam celebris caussidicina colat.
Sed cùm me multum fatear debere Patrono;

Nunc

Digitized Googl

Nunc tamen illius mitto patrocinium.
Hinc mihi tu mores ingratos obiîcis. atqui
Moribus adſcribes verius Aule tuis.

In Adonem.

Quondam te colui, cur iſtud? neſcio certè:
Nunc odi, rurſus neſcio cur id Ado.

In Linam.

Quæ rapit & populum miſerè deſæuit in omnem,
Inque inopum cenſus non ſatiata ruit;
Cœleſti vt Diuûm numeretur in ordine, ſacris
Hanc & poſteritas officioſa colat.
Impia polluctas Superis Lina dedicat arceis,
O vtinam Diuis iam ſociata foret!

Ad Patum.

Truncatus naſo eſt per te deprenſus adulter.
Falleris, hac non te parte fefellit Ado.

Ad Germanicum.

Noſtra quod in triuiis damnes Epigrammata paſſim,
Subiiciasque tuo carmina noſtra foro.
Si mihi non parces, aliis at parcito ſaltem;
Si non vis aliis parcere, parce tibi.
Hæc nos è populi, vel ſi, Germanice, neſcis,
Forſitan è ſenſu prompſimus iſta tuo.

Ad Paullum.

Exigis vt mittam noſtros tibi, Paulle, libellos,
Non faciam: hoc vnum malo Epigramma dare.
Hoc Epigramma tibi ſi dono, Paulle, meum do;
At vendit libros bibliopola mihi.

Ad Lectorem.

Si quem carmine laudo vel benigno,
Si quem carmine lædo vel maligno,
Si quem carmine ludo vel venuſto,
Et ſi in carmine melque felque cernes;
Nil mens mellis habet, nihilque fellis;
Nec laudans volo gratiam aucupari;

Nec

Nec lædens quoque claſſicum ſonare:
Æquâ lance volo bene huic, bene illi,
Æquâ lance volo malè huic, malè illi;
Laudo denique quem velim periſſe;
Laudo denique quem periſſe nolim:
Sed quocunque animi impetus rapit me,
Hoc amplector, amo, ſuauiorque,
Quid ſi vix etiam mihi ipſe parco?
Ergo iam videor tibi moleſtus
Μισάνθρωπος ego, φίλαυτος immò.

EPIGRAMMATVM
LIBER QVARTVS.

Ad Vidum Fabrum in Pariſienſi Senatu Præſidem.

QVartus & è noſtris venit ordine, Vide, libellus;
Auctor quicquid id eſt, hoc tibi donat opus.
Nec donat, quia ſis Regi gratiſſimus, aut quod
Purpureæ niteas clarus honore togæ.
Debuit hoc homini vates meritoque, proboque;
Debuit hoc veteri munus amicitiæ.
Nam quamuis Reges venerer, Regumque miniſtros;
Neſcio quid certè eſt quod magis ipſe colo.
Hanc Natura mihi legem præſcripſit; amicum,
Si modò vir pius eſt, Numinis eſſe loco.

Ad eundem.

Seu te Fabritium vocem, Fabrumve,
Nil eſt quod pigeat tuos amicos:
Nam ſi Fabritium; ſonat probatos
Mores, vox ea, ſobrios, vetuſtos:
Sin te dico Fabrum, indicabit hæc vox
Te nunquam officio tuo deeſſe,
Fortunæque tuæ Fabrum fuiſſe.

Ad

Digitized by Google

Ad Ianum Antonium Baiffum & Claudium Iunium.

Edit molliculos Baiffus igneis,
Addit Iunius his melos canorum:
Clarus Muſicus hic,& is Poëta;
Molleis verſiculi,melos ſuaue,
Alit mellifluam melos Poëſim,
Viret melliflua melos Poëſi,
Hem,quis veſtrûm erit alterutri Achilles,
Hem , quis veſtrûm erit alterutri Homerus?

Lex.

Nil magis antiquum quondam dixêre Latini,
Dicere cùm vellent nil venerabilius.
Hoc ideo incautum,niſi me ſententia verſet,
Quod ratio mores inueterata probet.
Antiquare tamen dixit veneranda vetuſtas.
Tollere cui leges aut abolere fuit.
Scilicet vt populus ſciret,non omnia paſſim
Eſſe ſequenda ſibi,quæ vetus ordo tulit.
Atque adeo noua ſint nobis vt priſca colenda,
Si modò quæ noua,ſint de meliore notâ.
Sic rebus ſeruare modum eſt,ſi nec noua priſcis,
Nec tu priſca nouis deteriora putes.
Sic nobis melior Lex eſt quæ antiquior ; atque
Sic antiquior eſt,quæ meliora iubet.

De Carolo IX.Rege,& Elizabethâ vxore.

Omnia vincit Amor,nam quis non cedat amori?
Dicebas tumidis,ſæue Cupido,modis.
Tum Diana: At tu mentiris,perfide,dixit;
Me mea per ſyluas libera regna beant.
Hæc vbi dicta foras Dea protulit,ecce viciſſim,
Quas humeris geſtant,abiiciunt pharetras,
Arripiuntque manus manibus,certantque lacertis,
Vincat vt ille Deam,vincat vt illa Deum.
Illis fortè aderat Diua Eliſabethia rixis,

Et dum

Et dum securè iurgia tanta videt,
Colligit en binas pharetra ex vtraque sagittas,
In Carlumque duo spicula vibrat amans.
Hinc venus infixa est, hinc & venatio cordi,
Vulnere & è duplici casta suborta Venus.

Cor.

Cùm Corpus capite,& caput cerebro,
Inter cætera membra nostra constet,
Et sedes cerebrum putetur esse
Mentis,iudicii,æstimationis,
Qui fit vt veteres putent in ipso
Corde sistere cogitationes?
Quod & pagina sacra iudicauit,
Et cùm se meminisse ait Latinus,
Verbo,à corde dato,*Recordor*,inquit,
Et dum se memorem esse velle iactat,
Per Cor discere,Gallicanus vsus
Dicit significantiore voce.
Cordatum quoque *Corculumq;* nobis,
Olim pro sapiente prædicarunt,
Et *vecordem* itidem virum Latini,
Pro bardo & stolido; an quod hi putarent
Cor nostrum sophiæ domum esse solam?
At immo hoc ita credo dictitatum,
Inductos & in hanc opinionem,
Nostros,& Latios viros fuisse;
Quod si à corpore dempseris *Cor* ipsum,
Nil nisi saniem,excreationem,
In summa nisi *Pus* tibi relinques.

Ius.

Si quod decreuit Prætor; ciuilia iura,
(Quamuis iniustum) ius tamen esse volunt.
Nec ius iustitia metimur; quam male leges
Heu dubiæ,rebus consuluère malis!
Nam duce natura certum sibi bellua fixit:

OOoo Solve

Solus in incerto iure vagatur homo.

Ad Sabinam.

Ecce maritus adeſt malus explorator amoris;

Virgula fœlicem me facit aut miſerum.

Ad Album.

A te poſcebam centum ſeſtertia nuper

Mutua, per ſanctum nomen amicitiæ.

At mihi ſuccenſens tu protinus illa negaſti,

Si credaſque, refers tot peritura tibi.

Quid me vah miſerum maledictis obruis, Albe?

An non officio ſat tibi deeſſe fuit?

Non doleo mihi quod nummos, vir amice, negaris:

Hoc doleo quòd non leniter Albe negas.

Ad Auguſtum Thuanum, Ianum Guelaum, & Faium Spiſſæum, tres in Pariſienſi Senatu Regios Patronos.

O vobis bene ſit tribus patronis,

Auguſtine tibi, tibi Guelæe,

Et Speſſæe tibi, piis probiſque,

Quos Rex munere liberaliore

Vinxit officii neceſſitate,

Vos vt Regia ſarcta tecta iura

Seruetis, populique, pauperumque

Res æquo tueamini labore.

Et vobis bene cùm precor patronis,

Tum Numen Superûm rogo Deorum,

Veſtro vt conſilio bono, bonus Rex

Nil putet fore partium ſuarum

Quod non ſit populo ſuo ſalubre,

Fauſtiſque auſpiciis geri putet, quæ ad

Totius populi attinent ſalutem.

Ad eundem Thuanum.

Traiano melior, ſed & ipſo fauſtior, olim,

Auguſto, celebri diximus elogio.

At moriar, noſtro fuerit ſi tempore quiſquam,

Aut

Aut Augustino faustior, aut melior.

Ad eundem Guelæum.

Dilexi iuuenem, meum Guelæum,
Quantum est diligere optimum sodalem:
Dilexit iuuenis, meus Guelæus,
Et me tum iuuenem, bonum vt sodalem:
Vir virum colui: sed ô Dii quem!
Omnibus numeris virum absolutum:
Regium veneror modò hunc Patronum,
De Re, quod bene publicâ meretur.
Quid senex faciam seni requiris?
Alterum iuuat esse me Timanthem.

Ad eundem Faium.

Mitto meos ad te, Fai doctissime, libros,
Fai vir priscis æquiparande viris.
Et commendo tibi, qui commendatus vbiq;
Sis Regi, sis & Patribus, & Populo.

In malum Ieiuniorum scriptorem.

Tam pia ieiunè tractas ieiunia, vt illa
Dum lego ieiunus, sim satiatus ego.

Ad Torquatulum.

Quod nimius recitem nostras, Torquatule, nugas,
Ambitiosus ego sum tibi ridiculè.
Tantillum cur non vis indulgere lucelli?
Non ego rura & opes, diuitiasque peto.
Somnia non Pluti, non diuitis ambio Crœsi;
Illud te tantum dicere posco: Bene est.
Hoc si des nolim digitis attingere cœlum,
Ipso mi videar maior & esse Ioue:
Scilicet ista beat miserum ostentatio vatem,
Ludit vt ille sonos, luditur ille sonis.

Ad Sabinam.

Sis niue frigidior, sis marmore durior ipso;
Spem tamen à nobis non fugat acer amor.
Æstus intus alit nix, vrit quippe, nec ignem

Et ſilicis venis elicuiſſe nouum eſt.

Ad Diodorum.

Multa ego donaram, donati pœnituit me:
Nec mihi ſubueniam qua ratione ſcio.
Vndiq; conſultos mox aduoco iuris, ab illis
Explorem vt noſtri quæ medicina mali.
Ecce tacent, vt cui omnis deſit formula iuris,
Non dolus hic, non vis, denique maior eram.
Excuſſis tandem variis rationibus, vnus
Pro reliquis, paucis hæc Diodorus ait.
Vxor ducenda eſt, ſoboles tibi ſuſcipienda,
Hæc reſcindendi ſola relicta via eſt.
Ergo ne peream, vis me, Diodore, perire?
Tanti non redimo pœnituiſſe meum.

Ad Parrolum.

Sperabam monitis animi expurgare lituras,
Tempore ſperabam victor & eſſe tui.
Obducto tandem viciſti, Parrole, callo,
Fuſaque ſunt vanis irrita verba notis.
Viciſti, quoniam nequiit te vincere amicus,
Viciſti, quia te vincere non potis es.
Haſtas abiicimus, victori cedimus; illi
Nec nos deeſſe pudet, qui ſibi deeſſe velit.
Hæc plus quam Cadmæa poteſt victoria dici,
Qua tu cùm credis vincere, victus abis.

Ad Claudium Querquiſinenm.

Si quid fortè mihi datur iocari
Iocoſis Epigrammatum libellis;
Nugas ecce meas ineptiasque
In aurem tibi clanculum ſuſurro,
Quò tecum liceat mihi ſubire
Examen trutinæ ſeuerioris.
Mireris tamen his meis libellis,
Me nullum tibi dedicaſſe carmen,
Cuius iudicium, notæ, lituræ,

Poſſun

Possunt plus reliquis viris apud me:
Et dono tamen his meis libellis
Mille carmina nunc vel his vel illis,
Quorum iudicium notas, lituras,
Nolim, crede mihi, subire Claudi.
Verùm desine conqueri ô amice,
Dono singula singulis amicis,
Et forsan leuibus nouisque amicis,
Ast vni veteri meo sodali,
Æquæuo, facili, fideliori,
Aristarcho etiam graui & seuero,
Vni, inquam, tibi cuncta dedicaui,
Longis seu breuibus fruantur annis.

De Marlio.

Struxerat insidias medico furibundus inepto,
Marlius, & miserum foderat ense caput.
Defertur reus, & me defensore patrono
Vsus pro rostris hæc ego verba dedi:
Quod faustum fœlixque, Patres, commendo clientem,
Quem non mors, verùm præmia digna manent.
Procurauit enim populo patriæque salutem,
Vnius medici Marlius interitu.

Ad Lectorem.

Nox dum alios somno inuoluit condensa tenebris,
His vigil obscuro carmina pango thoro.
Hæc tibi displiceant lector, placeant-ve, quid ad me?
Qui nihil impendi temporis aut olei.

In Adonem.

Formosum informi qui pinxit imagine corpus,
Corporis haud formam sensit, at ingenii.

Ad Ponticum.

Antiquis malè dictitabat error,
Auarum genus esse fœminarum:
Hancne, Pontice, iudices auaram,
Quæ pro munere fortè vel pusillo,

Corpus deuoueat tibi lubenter?
Tantò munere liberaliore,
Quantò sunt bona viliora nobis.

In Iullum.

Quottidie nouies vel plus cœnabat Iullus,
Nec saturum ventrem cœna nouena dabat.
Iusserunt medici, si quæ sibi cura salutis,
Curaret bis non accubuisse die.
Paruit his monitis; nam matutina beatus
Protrahit in totam prandia lauta diem.

In Iberum.

Se patrociniis fumosis iactat Iberus:
Hunc ego famosis credo latrociniis.

In Amorem.

Quem non vlla quies, quem pax non afficit vlla,
Quique nouo antiquum vulnere vulnus alit.
Qui pharetrâ gaudet, pando qui gaudet & arcu,
Pacifici ne meret nomen amoris Amor?

Ad Scæuolam Sammarthanum.

Quod sis esse velis, nulla tabescere cura,
Et metui, & vanæ ponere fræna spei.
Et tenui & modico vitam traducere cultu,
Hæc illa est quæ nos, Scæuola, vita beat.
Nullo contentum, spe multa assumere, nixu
Regibus & totum se dare præcipitem;
Sollicitumque animos inducere fortiter altos,
Hæc via quâ te non nullus in orbe colat.
Gratior vtra mihi sit semita, Scæuola, quæris?
Forsitan illa mihi, forsan & ista mihi.
Illa facit cunctis vt solus abundet egenus,
Hæc miserum ad summas conciliabit opes.
Non satis est, inquis; quod sentis dic mihi: dico:
Illam laudamus, sed magis hanc sequimur.

De Venere.

Si Venus orta salo est, & si glomerante procella,

Naufra-

Naufragus in ſcopulos eiiciatur amans.
Sic & amor ſi mors, & ſi funeſta Cupreſſus
Morti ſacra, maris lenta reuoluit aquas;
Lilia non Veneri, violæ, myrtuſue, roſæue,
Vna ſed è cunctis ſacra Cupreſſus erit.

In Stoicum.

Defunctus pater eſt, ſuccedit Stoicus hæres,
Nec gemitu aut ſacris funera proſequitur.
Non eſt flere meum, ſum Stoicus, inquit: honorem
Funeris, & cœnam Stoica ſecta vetat.
Sicne tibi pietas vllâ eſt violabilis arte?
Sicne tuæ nihil eſt cum pietate ſcholæ?
Neſcio Stoicus hoc facias, an Stoicus hæres;
Quod natura dedit, protegis arte nefas.

De ſeipſo.

Si quando mihi gratulatur vxor,
Æquæuos ſimul eſſe gloriatur,
Naturamque, animiſque, moribuſque,
Nactos conſimilem; proinde ſi quid
Ipſa cogitet, hoc mihi putari,
Si quid cogito, cogitare & ipſam:
Vt quos corporibus Deus reuinxit,
Hos & vnanimeis ligarit, atqui
Miſſas has facito, moleſta, nugas:
Nam ſi vah miſerum refers maritum,
Heu quantos thalamo dolos parabis.

De Amantibus.

Et dominam nobis placet appellare puellam;
Et dominæ ſeruum ſe meminiſſe ſuæ;
Et colit aſſiduus glebam, qui ſeruit amori:
Addictus glebæ ſit mihi quiſquis amat.

In Iochimum.

Qui varios variis tumulis ornauerat, idem
Adſcripſit tumulis ſe quoque, & occubuit,
Debuerat potius liber vt completior eſſet,

Adſcripſiſſe ſuum forſitan ille librum.

In Polydorum.

Cuncta elargitus nunc his Polydorus & illis,
Maiorum immenſas dilapidauit opes.
Nec tamen ille ſuo quicquã de iure remittit;
Si quod iudiciis experiatur habet.
Quin potius vili quadrante emungit auarus;
Tam ſitit externas ingenioſus opes.
Illius hoc animo monſtrũ Deus abdidit imo;
Vt quia prodigus eſt, flagret auaritiâ.
Si faciunt cautos aliena incommoda, Reges
Exemplo ſapiant, ò Polydore, tuo.
Namq; vt opes fiſci largitio principis haurit
Indiga ſors populum ſic reparare iubet.

Ad Simonem Marium, & amicos.

Voſne Mari, Perro, Garſi, Portane, Baiffe,
Voſne, inquam, noſtris ædibus excipio?
At Dii quantus flos lepido manauit ab ore!
His ego conflabo mel mihi de violis.

Ad Ianum Morellum.

Quæ tibi ſors acies oculorum debilitauit,
O aciem quantam reddidit ingenii!

De Torquatulo.

Inter Arithmeticos, vnus Torquatulus artẽ
Mirificè didicit quæ numerare ſolet?
Sed ſi fortè tuas operas huic, Olle, locaris,
Crediderisue aliquid; nil numerare poteſt.
Quantumuis numeros norit Torquatulus omneis,
Haud dubiè praxin neſcit Arithmeticam.

Ad Petrum Morinum.

Et natos amo, coniugemque dulcem;
Nam quid coniuge charius pudicâ?
Nam quid pignoribus thori iugalis,
Aut amabilius ſuauiusue?
Sed ſi vera mihi licet fateri,

Quos

Quos susceperis, impotentiore
Amplecti studio ac fouere curâ,
Στοργὴ nescio quæ iubet parentem.
Mireris tamen istud, ò Morine,
His, quos diligere arctiore vinclo
Me quædam insita vis docet monetque,
Priuari cupiam magis magisque,
Quàm charam mihi coniugem perire;
Huic vni timeo diem supremum.
Si forsan rogitas, Morine, cur id?
Natos coniuge plus amo: sed illos
Sic amplector, amem prius me vt ipsum.

Ad Lodoicum.

Ludentē, palmâ quod te tam torqueat vxor;
Non hoc, verùm aliud, mî Lodoice, dolet.
Id quid sit rogitas, iā dicimus; illa dolet quod
Cùm facias illud, non facias aliud.

Ad Porcium.

Attritus longos numeras iam Nestoris annos,
Et si quid longo longius hoc senio.
Si qua tamen vestis minimo detrita sit vsu,
Protinus ecce noua est rursus habenda tibi.
Quid facis infœlix? namque hoc si auerterit vxor,
Protinus ecce nouos induet illa viros.

Amnis.

Cætera cōtinuis præteruolo cursibus amnis;
Vno perpetuus sum tamen ipse loco.

Ad Pannicum.

Vxorem verbis derides, Pannice, coram,
Idque maritali iure licere putas.
Quid si non verbis te clam derideat vxor;
Vxorisque sibi iure licere putes?

De Harpalo.

Omnia pauperibus moriens dedit Harpalus, hæres
Vt se non fictas exprimat in lachrymas.

Digitized by Google

In Sextum.

Nil conſtare ſibi quæ ſcribit carmina Sextus
Omnibus, inflato perſonat ore frequens.
Nam quod furatur plagiarius vndiq; Sextus,
Nil mirandum ſi nil ſibi conſtat opus.

Ad Scæuolam Sammarthanum.

Seu Latios ſcribat, ſeu Gallos Scæuola verſus;
Nil Latia, aut maius Gallica terra tulit.
Roma ſuum iactet, miretur Gallia noſtrum:
Cur ita? pro patriâ vouit vterque manum.

In Corbulonem.

Eſſe virum totâ coniunx te pernegat vrbe,
Naturaque alio teſte carere dolet.
Officiatne thoro ſociali res ea, certè
Neſcio: at hoc ſcio quòd te negat eſſe virũ.
Contra probaturum iucundo tramite dicis
Gaudia coniugii mille peracta tibi.
Quid garris? binos cùm ſaltem iura requirãt,
Vno tene virum teſte probare potes?

Ad Mammertum.

Flet, ridet, loquitur, tacet, annuit, abnuit vxor;
Nil agit, aut nectit iurgia ſi quid agit.
Quin & eam tacitæ docuerunt ſtertere nocteis,
Ne non à ſtrepitu tempora vana fluant.
Quæ tantilla poteſt miſero ſpes eſſe ſalutis,
Nulla tibi cùm ſit nocte dieque quies?
Iam moriar, dicis: tandem moriare neceſſe eſt;
Vt properes: herbis non ſinet illa mori.
Diligit ergo virum quem non patiatur obire?
Diligit, vt cum quo litiget hæc habeat.

De curiâ aulicâ.

Non vlli conſcripta loco quæ incerta vagatur,
Inſtabiliſque viris, inſtabiliſque locis;
Et Regis cui ſunt oneroſa negotia curæ;
Quæque ſuum, curans publica, curat opus:

Quæue

Quæue intestinis agitatur saucia curis,
Seu prodesse sibi, siue nocere datur.
Cui proprium cura est curare, & currere, nonne
Aulica legitimum Curia nomen habet?

In Hadriani Turnebi aduersaria.

Scripserit his auctor licet Aduersaria libris?
Attamen aduerso non facit hæc Genio.

Ad Galliam.

O sorteis hominum vagas, & atrox
Fortunæ stratagema blandientis!
Dii te Gallia sospitem perennent,
Hoc si consilium pios beauit,
Hoc si consilium malos fugauit,
Æternamque bonis parat quietem:
Dii te, Dii tua, Dii tuos secundent,
Si non perpetuâ noui pudoris
Aspergit maculâ tuos probosque:
Hoc hoc quicquid erit boni maliue,
Seclo Gallia plus manebit vno:
Et hoc quicquid erit cruoris atri,
Proh quanto Superi, madebit æuo!

In Arnum.

Arne malè audis, nec mores, vir pessime, mutas:
Non audire male est illud, at, Arne, nihil.

De Sorbona Parisiensi.

Mille, Dei captus Lodoicus nonus amore,
Cœlicolis Princeps Regia templa dedit.
Tempore Sorbonã condit Robertus eodem,
Quæ nos à sectis asserat hæreticis.
Clareat is multis; hic vno clarior: ille
Templorum structor; tutor at iste fuit.

Ad Bernardum Girardum.

Gallia Bernardis gaudet fœcunda duobus:
Is re diuinâ clarus, hic historiâ.

Ad Auitum.

Si tibi

Si tibi quæ fuerit Theobaldi mentio noſtri;
Laudibus immenſis hunc ſuper aſtra vehis.
Vnicus hic dominus, tibi Rex, tibi ſolus amicus,
Hunc & dimidium dicis habere tui.
Vxorem nam cùm ſubigat Theobaldus, Auiti,
Iure hunc dimidium dicis habere tui.

In Perillum.

Tot ſeſe iactat cauſſas orare Perillus,
Siue tacente foro, ſiue tonante foro.
Scilicet ad plenum rarò venit ille tribunal,
Cur non ad vacuum rarior eſſe poteſt?

De Sulpitio & Ollo.

Verbis cōtendunt, quiſnam prouectior annis
Quando ſenectutis nomen vterque fugit.
Sulpitius morbis, annis confectus at Ollus;
Corpore Sulpitius debilis, hic ſenio.
Acribus hinc miſcent languentia verbera verbis:
Ad quos tum præſens talia verba dedi.
Quin vos ò pueri ſterileis compeſcite nugas,
Vna quibus mors eſt impoſitura modum.
Quem veſtrûm ſibi mors rapiet ſuprema priorem,
Hic prior, hic natu, credite, maior erit.

Ad Claudium Reburſium medicum.

Dant alii verſus, alii medicamina tantùm:
Rarus erit geminum qui tueatur opus.
Tu ſolus medicam iunxiſti verſibus artem;
Inde animi morbos, corporis inde fugas.
Pars vna eſt medicis, & Apollinis vna poetis:
Sors tibi quicquid habet totus Apollo dedit.

Ad Mutium.

Quæ geſtus greſſuſque tuos perpendit ad vnguem,
Ne quo præter ſpem corripiare malo,
Officioſa tibi coniunx fortaſsè videtur?
Falleris; illa tibi conſulit: immò ſibi.

Ad Iuliam.

Illecebris

Illecebris qui te petit & demulcet amœnis,
Aut querulis tentat vincere delitiis.
Hicne tuo mea lux est irretitus amore,
Diuitiasne magis deperit ille tuas?
Virgo tibi formosa cauè, latet ãguis in herba
Anguis ni lateat, non ego, dixit, amem.

In Carbonem.

Me totis olim visebat Carbo diebus,
Nullus & ingenio comior antè fuit.
Blandus vt ille mihi, sic efficiosus in vllum;
Blandior, & mores hospitis hospes amo.
Progrediente suos mutat cum tempore mores;
Tempore sic muto progrediente meos,
Ac grauis vt nullo me tempore Carbo salutat,
Sic & ab antiquo distrahor officio.
Mutuò contenti iamiam discessimus ambo.
Imposuit nobis; sed magis ille sibi.

Ad Sabinam.

Effutire suam Sabina in aurem,
Multa me putat otiosa verba:
O quantum cupiam otiosa ne sint!

De Artemidoro.

Pluribus agnatis meus Artemidorus abundat,
Innumerosque potest enumerare gradus.
Sed veluti pudet hunc inopem agnouisse propinquum,
Sic qui ditior est abnuit esse suum.
Dum fugit ergo alios, alii fugiuntque; propinquos
Qui multos, nullos Artemidorus habet.

Ad Martinum Menartum, Patronum.

Qui fit vt arbitrio cleri dirimatur, oborta
Si quem lis thalami seditiosa vocet?
Attamen hunc genii tædas optare nefandũ,
Vita cui cœlebs sit peragenda Deo.
Si qua Sacerdotem tituli possessio contra
Exagitet, iudex ciuicus hanc dirimet.

At fieri

Digitized by Google

At fieri hæc verſo debebant ordine iura:
  Cùm magis iſta Dei, Cæſaris illa forent.
Immò his limitibus modò ſe deſcribat, vtriq;
  Nil ſtatui poterat tutius aut melius.
Ille etenim, quæ non ambit cõnubia, tractat;
  Cauſſas iſte, ſibi queis ir hiare nefas.

De Coniugio.

Si rabioſa ſuo eum coniuge litigat vxor;
  Litigiumque ſimul coniugiumque ligat,
Aptius hic poterat Coniurgia dicere nobis,
  Qui voluit quondam dicere coniugia.

In Pyrrhum.

Sæpius ad cœnam vocitaſti, Pyrrhe, negantẽ,
  Me ſiliquâ & ſolitum viuere pane domi.
Victus ego precibus tandẽ tibi pareo, cœnæ
  Pompa, nec inficior, lauta parata fuit.
Feſtiuè hîc omneis vario ſermone iocamur;
  Plurimus hîc multo profluit ore lepos.
Longo circuitu, ſinuoſa ambage vagatus,
  Commemoras clari regna ſuperba patris,
Te fundis amplis, te fortuniſque beatum,
  Quarum pars empta eſt, parſq; relicta tibi.
Verùm Pampineo plus delectarier agro,
  Hunc colere, antiquæ nobile ſtemma domus:
Huic mihi prædiolum tum ſubiicis eſſe propinquum,
  Quod dare percupias me tibi mancipio.
Siccine conuiuas, captator auare, prehenſas,
  An tanti cœnam vendere, Pyrrhe, fuit?
Iam valeas, modico ſatius mihi viuere: ſimplex,
  Non hamata, ſcias, ſit mihi cœna volo.

De Philippo Portano.

Spondebat Satyras bis quinas ſcribere noſtes
  Portanus; tantùm ſcripta ſed vna fuit.
Impoſuit ne igitur nobis? quaſi credere fas ſit.
  Qui fit? ais: Satyras continet vna decem.

Ad Sabi-

Ad Sabinam.

Vir ne te videam malus interdixit, & annis
A te iam miſerè quattuor exul ago.
Ergo abiit quę nos pupugit malè ſana cupido
Oſſibus heu noſtris ſæuius ardet Amor.
Sic à ruricolis omnis reſecatur, vt ipſa
Olim radices altius arbor agat.
Sic meus ipſe ſua non aduerſante ruinâ,
Excidioque ſuo creuit, vt arbor, amor.

De Patrimonio & Matrimonio.

Qui fit vt patrimonium Latinus,
Omne quod pater in bonis habebat,
Matrimonia nuptias vocarit?
Muneris patrii domeſticas res,
Matrimonia ſic reor vocata,
Matris munia quod putaret eſſe.

Ad Carlum.

Diruis, ædificas, mutas quadrata rotundis;
Præcipitique ruunt omnia conſilio.
Tum quod conſuluit leuitas, ratione tueris:
Ni caueas, fies cum ratione miſer.

In Aulum.

Cùm placeas dominæ, ſeruos baccharis in omneis;
Et nihili obſcuræ nomina ſortis habes.
Nec debacchari ſatis eſt aut ſpernere; verùm
Cuncta Leonino ſi potes vngue rapis.
Hæc agis & dominâ præſente, ſciente, tacente.
Iam video quid tu fur furioſe facis.

Ad Ludouicum Tilletium Barruſium Senatorem.

Addictus nulli, ſuus eſt Barruſius; & cùm
Sit ſuus, at curat publica legitimè.

De Martiralibus.

Inter Pontifices ſacros vetuſtas,
Si nullum ſtudii ſeuerioris
Martino putet, vnde quæſo factum eſt

Martinalia vbique vt omnis ætas
Illius memori die celebret?
Vt ferunt Latiis peracta Baccho
Bacchanalia: quin domique nobis
Solemne eſt noua vina perforare,
Pitiſſare etiam. hoc ego putarim
Vt qui ex nomine numen auſpicantur,
Quod ſodalitiis velint præeſſe,
Martinus quoque voce ſat iocoſa,
(Gallos noſcere Græca quis negarit?)
Μάρτυς dicitur eſſe forſan οἴνου.

De Barbo.

Duceret vxorem vt locupletem Barbus anumque,
Fertur in innumeras proſiluiſſe preces.
Sed iuuenis tædas Polydora recuſat egeni.
Quis ſapit, an Barbus, vel Polydora magis?

Ad Carolum Mariliaccum.

Æquæuis longo cùm diſtes interuallo,
Atque adeo antiquis æquiparandus eas,
Nec quicquam facias non dignũ teq;, tuiſq;,
Cur ego diſſimulem quæ facis, ipſe petis?
Non commendo; meo quia pectore conditus imo,
Partem animi quandam te reor eſſe mei.
Et vetus eſt proprio laude ſordeſcere in ore:
Deinde ſatis laudat, Carole quiſquis amat.

Ad Portum.

Tu ſi Porte ores, ſubſellia muta videmus,
Nam deſerta ſilent vndique roſtra tibi.

Ad Petrum Pithoueum, Patronum.

Errauit qui te Pithouæum nomine dixit;
Dicere debuerat verius & breuius.
Tam ſacroſancti calles oracula Iuris,
Pythius vt verè ſis, Pithouæe, mihi.

Ad Arnum.

Cùm tibi lis eſſet, quem deſinis Arne videre;

Viſebas

Viſebas vno terque quaterque die.
Viciſti, officioque meo lis tota peracta eſt:
Dii faciant nuſquam cauſſa ſit vlla tibi.

In Zoilum.

Adlatras, rapidoque miſer nos dente laceſſis,
Quiq; aliquid ſcribūt hos nihil eſſe putas.
Dentibus auctores & cùm corroſeris omneis,
Ipſe nihil ſcribis, num potes eſſe aliquid?
Inuidiam hanc veteres quondam dixere caninam,
Cùm noceas aliis, nec tibi proficias.
Nil ego ſum fateor: tu qui mordeſque, latraſque,
Eſſe aliquid iam te dico: quid ergo? canem.

Ad Angelum Cognetium.

Cum tibi ſis Genius, monitis quid quæſo neceſſe eſt?
Currenti hoc ipſum eſt addere calcar equo.

In Næuolum.

Quod in neminibus frequens iocus ſit
His noſtris Epigrammatum libellis,
Nauſeam parere omnibus, recenſes.
An magnum Auſonium atque Martialem
Id feciſſe neges? amare, arare,
Et quo tempore prædium dediſti,
Mallem tu mihi prandium dediſſes,
Culto carmine Martialis inquit:
Sic in Earinon iocatus idem eſt.
Et Magnus quoque, vita talis illi,
Vota qualia ſunt tibi, venuſtè
Dixit: & patiendo Claudius fit
Nocens, non faciendo: Cypridemque
Et cœlo, atque ſolo, ſaloque natam:
Legas ſiue tegas: & illa quæ vno
Claudi carmine non queant Phaleuco
Patiar. Potiar, Poeta luſit:
At vſu tamen infrequentiore:
Et certè fateor, ſed hoc quid ad me?

Meis nulla iocis litura; radas
Næuós Næuole ni tuos viciſſim.

Tumultus Gallici.

Exturbet patrios armata licentia ciueis,
Fanorumque manus dira profanet opes.
Depopuleris agrum quem Gallia ſulcat opimum,
Et temeres caſtæ clauſtra pudicitiæ
Cuncta dolo techniſque geras & fraude cruentâ;
Denique quicquid agas hoc licuiſſe putes:
Iure facis, tu ſi pro Relligione capeſſis
Bella, tibique ſacer ſuggerit arma furor.
Iure facis, ſiue has parteis tueare vel illas;
Tanta tibi æternæ cura ſalutis ineſt.
Voluimus hæc animis miſeri, miſerique perimus,
Cùm memores animæ nos periiſſe pudet.
O diros mores, ò effera tempora! ſicne
Relligio eſt nullâ Relligione capi?

Ad Erricum III. Galliarum Regem.

Quid miſerum ferro populum, quid Marte furentem,
Perſequeris (Princeps non violande) tuum?
Peccauit fateor, quis enim peccaſſe negabit,
Quem vanæ occœcat Relligionis amor?
Atque adeo ſua cui Deus eſt tam dira cupido,
Dignus, ſupplicium qui pateretur, erat.
Supplicio dignus, ſinerent ſi fata; ſed error
Hic tibi quò melius concilietur habet.
Vince animum quondam, Rex inuictiſſime, diſce,
Cætera qui vincis, victor & eſſe tui.
Immò tuos ſi non aliter quàm ſanguine vincis,
Sanguinis vnius victor es ipſe tui.

Ad Sextum.

Credo ego ſicut tu omneis inſanire Poetas,
Atque etiam cæco, Sexte, furore rapi.
Sed cùm nec ſtudium, nec te natura Poetam
Fecerit; haud ſolus, Sexte, Poeta furit.

Ad Pannicum.

Tanta tuis animi insedit opinio magni,
Conferre vt nullum se tibi posse putes.
Quique tuos omneis socios spe vincis inani;
Dum ludis, victus semper abire soles.
Vinci tam solitus, nolim vt iam quærere, quicum
Luserit, at cum quo Pannice perdideris.

De vxore auiti.

Torpentem iuuenis cùm cerneret vxor Auitum,
Stertére in ignauo noctè dieque thoro;
Nec priuata illi nec publica commoda curæ,
Hoc sibi supplendum munus vtrumque putat.
An non exercet priuata & publica verè,
Quæ rem cum seruis, cum populoque facit?

De Poetu iocus.

Vis idem bonus & poeta dici:
Erras nemo bonus fuit Poeta:
Mentitur, bonus haud erit, tametsi
Alter Mœonides, Maro, Catullus:
Non mentitur, erit malus Poeta;
Quid si Faustule ne quidem poeta est?
Mentiri proprium est enim poetæ.

Ἀντιςροφον.

Vis idem bonus & Poeta dici:
Rectè, nemo malus fuit Poeta:
Non mentitur erit bonus, tametsi
Mæuio, Bauioque ineptior sit.
Mentitur: malus haud erit Poeta;
Mentiri proprium est enim Poetæ.

De coniugio.

Coniugio binos vetere sque, sophiq;, beatos
Adscripsere dies; & thalami, & tumuli.
Coniugio nihil est homini fœlicius ergo,
Cuius prima hominē, summa diesq; beat.

Ad Antonium Scauam Præsidem Mellodunensem.

Digitized by Google

Vidi ego Pratæum Phœbo, Musisq; dicatum,
Plurima pars animæ, Scæua diserte, meæ.
Hic vbi gemmato terras flos ornat amictu,
Hic vbi cæruleas arbor obumbrat aquas;
Diuitiæ virides, fœcundi gloria campi:
Nam mihi diuitiæ, quæ tibi delitiæ.
Hic Cereris Flauæ floret numerosa supellex,
Hic & Pampineis frondibus vua nitet.
Pascit oueis pratum, pratum fons pascit & hortos,
Fontem perspicuus perpetuusque liquor.
Hic Zephyrus blandos spirat leneisque susurros,
Cantibus hic auras garrula mulcet auis:
Vtile nil non hic, nil delectabile non est:
Binus ab alterno fonte resurgit honos:
Naturamque simul fundi miratus & artem,
Vix dicas, anne hæc præstet an illa magis.
Tam benè multiplici sunt ordine consita quæque,
Præpinguis domino tam benè reddit ager.
Quod si vera iubes socium, mi Scæua, referre,
Sic de rure tuo me statuisse puta.
Multa tibi dat ager, multorum debitor huic es:
Ingenio debet plura sed ille tuo.

De I. Brinone.

Fortunis lapsus quòd sim miserabilis Irus,
Non hoc si quæris, Scæuola, me cruciat:
Sed quod sit miseris nunc consolatio Brino,
Illud me miserè Scæuola, discruciat.

Ad vxorem.

Iam morere, ò coniux animo noua sponsa paratur,
Illa eadem votis sæpe petita meis.
Nubere nollet (ais) mores si norit & annos;
Necnon quina tuæ pignora flere domi.
Tu ne dissimules thalami consortia nostri;
Prælia si icierit tam generosa, volet.

Ad Christophorum Thuanum P.P.

Nil Mu-

Digitized by Google

Nil Musis commune ferunt cum litibus esse,
Tanta quies illis, tanta procella foro.
Sed te cùm video lauroq; foroq; decorum,
Et Musas æquâ sorte forumque sequi:
Ipse tuo totus pendens stupefactus ab ore,
Phœbæa, in mediis litibus, arma paro,
Lis mihi (vir summe) est, at tu qui Phœbus, & idem
Summorum interpres crederis esse Deûm,
Vt facis è misero me, Phœbe, cliente Poetam,
Et reparas vireis alter Apollo meas,
Sis vt litigii rabioso liberer Orco,
Sis rogo, sis Hermes, magne Thuane, mihi.

De Iulio.

Muta erat, at locuples quam duxit Iulius Ollam:
Auro, pro dominâ, sermo venustus erat.

Ad Sabellum.

Te si quando cliens adit patronum,
Præfatâ veniâ precaris, vt si
Quid pro more tuo, Sabelle, dicas,
Quod subtile nimis parumque tritum,
Hoc æquique bonique consulatur:
Tibi istud vitium peculiare.
Iamiam pelle metus, Sabelle, vanos,
Non est hic tibi deprecandus error,
Hoc te crimine libero, Sabelle,
Hoc se crimine liberat Sabellus.

Ad Sabinam.

Arbos est, veteres quondam dixere Sabinã;
Et medici certant Arbor an Herba magis.
Arbore in hac nostros incidit cuspis amores,
Esset vt in nobis Arbor & Ardor idem.
Arbor succrescit, pariter succrescit & ardor;
Et meus in molli cortice gliscit amor.
Frigore canescens brumali elanguit arbos:
Penè etiam in truncũ torpuit omnis amor.

Arbos in veterem reuirescit læta iuuentam;
 Rursus ab hac veterem colligit ardor opem.
Namque in me, vegetæ volo qui inseruire Sabinæ,
 Igneus haud, verum ligneus errat amor.
Lignea quin potius quæ sis, ò cruda Sabina,
 Igneus olim te noster aduret amor.

Ad Sammarthanum Architecturam Cercelli donantem.

Quas moles mittis, tibi, Sammarthane, remitto;
 Sint licet ingenio munera digna tuo.
Nam quamuis rerum cupiam faber esse tuarum;
 Ius ego amicitiæ diruo, si capio.

Ad Titum.

Plurima qui profers variis Epitaphia libris;
 Hoc facis, vt tumulo sint tua digna magis.

De seipso.

Hæc meditor noctu, meditataque manè Camœnis
 Consecro; tum caussis cætera mando meis.

Ad Ianum.

Legi, Iane, tuum non admirande libellum:
 Te tantum miror tam placuisse tibi.

De Athenagora.

Annosam, & lippam, quartâ quam duxerat horâ
 Vxorem, decimâ liquit Athenagoras.
Hunc animo insipido censes ægroque, repentè
 Qui genii lusit seditione thoros?
Id si fortè tibi, mî Cæciliane, videtur,
 Te puto, qui censes, desipuisse magis.

In Antigonum.

Afflictis aliquando rogat si mutua rebus
 Rex, à Caussidico nil rogat Antigono.
Dum magnas amplo caussas agit iste Senatu.
 Lege etenim hoc priuâ nobilitatis habet.
Quid si tam prauas caussas orauerit, vt qui
 Pauper erat quondam, sit modò pauperior,
Et cùm nil habeat, nec habendi calleat arteis;

Cur

Digitized by Google

Cur ab eo Princeps mutua, quæso, petat?

De Sabinâ.

Carpebam dominâ fragrantia basia ab ægrâ,
His cùm nos breuiter pressit amica modis.
Ah vereor ne te febris contagia lædant,
Languidulis nectis qui tua labra meis.
Huic ego: suauiolis morbi contagio serpat,
Dum tu etiam morbo corripiare meo.

Ad Ludouicum Duretum.

Prisca quod Hippocrati venerando debuit ætas,
Dureto cur non debeat Hippocrates?
Ille suâ morbos immaneis arte fugauit,
Hic à morte suum vendicat Hippocratem.

Ad Gallos.

Qui toties pacem votis precibusque rogatis:
Cum summo prius est pax ineunda Deo.

In Athenagoram.

Si perconteris, respondet, ad omnia præceps,
More Leontini, noster, Athenagoras.
Ergo magnus homo est? nil stultius: omnia qui scit,
Vix verè quicquam nouit Athenagoras.

Ad Lectorem.

Nascenteis violas verno qui tempore carpis,
Has Autumnaleis carpere disce rosas.
Hæc ego maturis scripsi iam longior annis,
O longis possint viuere temporibus!
Non poterunt, dicis: nec lilia verna; sed illa
Virgineâ videas sæpe resecta manu.

EPIGRAMMATVM
LIBER QVINTVS.

Ad Barnabam Brissonium in Parisiensi Senatu Præsidem.

HAs quoque Brissoni. capies doctissime nugas,
Brissoni, nostræ gloria magna togæ.
Ne legito: nam cur in publica commoda peccem?
Mì scripsisse satis, sat sit habere tibi.

Ad Librum.

Quid mihi Quinte liber tecum vel Sexte negotî?
Non satis est vni desipuisse quater?
At probat hæc vulgus, dicis: fortasse probabit,
Vtque probet, tantò deteriora puto.
Haud istas capitum multorum bellua nugas;
Inclita sed summi Principis aula leget.
Principis aula leget? quid si magis inuida turba,
Turba proterua magis, turba superba leget?
Non legat aula, colet saltem voluetque Poeta:
Voluat vt assiduus, non tamen ipse colet.
Quid si doctus in os recitanti plaudat? at ipse
Subticeat, videat tum periisse mihi.
Ergo posteritas quondam me sera nepotum
Sentiet: ò vani pabula vana libri!
Viuere vis, malè culte liber, verùm improbe nescis
Quam magno mihi stet viuere velle tuum.

In formularum libros Brissonii P.

Formula quæ Stygiis submersa iacebat in vndis,
Proh dolor, & tumulo condita perpetuo;
Hanc Acherontæo reuocas, vir fortis, ab Orco,
O magno magnum munus ab artifice!
Exprimis hîc almam naturam: filia namque
Naturæ forma est, formula tota tua.

In Attilium.

Iudicium ficti differt sub imagine morbi,
Attilius, caussam dum videt ancipitem.
Caussa in iudicio à nomenclatore vocatur;
Cōclamant omneis, hunc mala febris agit.
Caussidicum, Præses, falso ne crede dolere:
Caussa dolet tantùm; non dolet Attilius.

Tueritia

Iuventa & Senectus.

A puero primum, à sene deme elementa priora
Tu duo, repperies quid Puer atque Senex.
Nam sic æterno sancitum est ordine, vt esset
Proximus is veri, proximus iste neci.

In Pontilianum.

Ostia caussidici si pulses Pontiliani,
Esse domi nullum Pontilianus ait.
Pontilianus eâ declinet an arte clienteis
Nescio; sed verum Pontilianus ait.

Vulgus.

Bellua multorum capitum quia creditur esse,
Nullum ego crediderim vulgus habere caput.

Ad Franciscum Insulanum.

Insula seu rapidis includitur æquoris vndis,
Seu domus est, nam vox vnica vtrumque sonat,
Debueras aliud sortiri nomen, & ipsis
Rebus commodius conueniensque magis.
Pectore namque colis placido, Francisce, quietem,
Nec famæ sedes vna, sed orbis erit.
Lilius es nobis, Gallum ne despice nomen;
Huic etiam voci forsitan omen inest.
Lilius vt Gallo es, sic nos sermone Latino,
Ex libris metimur lilia verna tuis.

Buccula Myronis.

Buccula sum magni dextrâ cælata Myronis,
Illa ego quæ reliquum fallo iuuenca pecus.
Ipsi etiam pecoris custodi imponere sueta:
Miraris? per me lusus & ipse Miron.

Eadem.

Fallo gregem, fallo pastorem, fallo Myronem:
Induet & pro me Iupiter ipse bouem.

De Accio.

Respondet, medio oscitans Senatu,
De iure Accius, Aduocatus ille

Summus, quem veterum frequens clientũ
Turba prosequitur, fouet, tuetur,
Atque dum citat Angelum atque ineptas
Baldi, Barbatiæ, Immolæque nugas;
Mirum quos cumulos coegit auri.
Sed hoc accidit Accio patrono,
Vt quicquid vigili labore texat,
Id noctu quoque somnians retexat,
Doctorumque putet gregariorum
Glossas ducere paginasque longas,
Quæ ciuilia iura dissiparunt:
Vixque est credere, somniet, vigilne,
Legum an spinea dormiens reuellat:
Nam quas mancipat hic suo clienti
Nundinalitias opiniones,
Has quis, si velit, aptiore verbo,
Possit dicere somniationes.

De Paulla.

Amissi effigiem lugens quæ monstrat amantis,
Paulla procul dubio rursus amare cupit.

Ad Nicolaum Perrotum Senatorem.

Perrote ò hominum eruditiorum
Exemplar varium, pium, atque iustum,
Qui semper similis tui fuisti,
Faxit consimilem tui, Deus, me.

De Auli testamento

Postremis tabulis vitâ cum cederet Aulus,
Hæredi Caio substituit Titium:
Caio cui mulier meretrix, Titiũq; bicornẽ,
Vxoris sordeis qui videt & patitur.
O testatoris mens prouida consiliumque!
Non potuit Caio substitui melius.

In Faustum.

Caussas Faustus agit; sed & hoc agit, vt videatur
Vir iustus, quamuis exul egenus agat.

A caussis

Digitized by Google

A caussis ad rus redeas; agit ille capellas;
Atque illic duro vomere corpus agit.
Huic bilem moueas; diris aget ac maledictis,
Vt te præcipitem vel furiosus agat.
Huius vt in summâ sit nulla notatio vocis,
In quâ non possis dicere, Faustus agit:
Ne non omnia agat, quid tot voueamus agenti?
Dii faciant animam quàm citò Faustus agat.

Ad Amanum.

Pro famulis ad te rogitas medicamina mittat,
Dum modò sint precii, Pharmacopola, leuis.
Seruorum rebus censes hac arte cauere,
Quorum fortunæ, vir bone, te miseret.
Rides? ipse tuæ misereri sortis, Amæne,
Teque cauere tibi Pharmacopola putat.

Ad Franciscum Insulanum.

Conquereris, Francisce, meas quod lumine nugas
Non donem. at cæco carcere contineam.
Carmina quæ facimus longas meruêre tenebras,
Vt qui nocturnis ludimus hæc tenebris.

Francisci primi Regis morientis ad Erricum filium verba.

Nato hæc Franciscus dixisse nouissima verba
Fertur. & in gemitus prosiluisse pios.
Imprimis venerare Deum, charissime fili,
Mox tibi sit populi cura suprema tui.
Dixit, & occubuit Duo ne præcepta putato:
In duo peccat, qui peccat in alterutrum.
Nam cui nulla Dei cura est, nec cura suorum est;
Et cui non populi cura, nec vlla Dei est;

Ad Sabinam.

Multa, Sabina, tibi frustra me dicere narras,
Quæ scribas rapidis irrita verba notis.
Confiteor certè, sed si modè vera fatemur;
Si pecco, sola est culpa, Sabina, tua.

Nam

Digitized by Google

Nam qui plura tibi frustra me dicere narras,
His ego ne peccem, tu potes efficere.

In Ollam.

Iusserat ægrota vt medicamen sumeret Olla,
Contius; eius fit potio consilio.
Pharmacopola moras verùm dum nectit inaneis,
Conualuit solo Numinis auxilio.
Empta autem sibi ne frustra medicina periret,
Sorbuit hanc sano corpore, & interiit.
Ollæ nil melius successit morte; nisi quod
Hac pereunte, periit & medicina simul.

Ad Pepinum Ruellum.

Dum modò diuitias pangis, modo lūdis amores:
Nunc Plutus mihi, nunc esse videris Amor.
Diuitias si quis iunctas miretur amori;
Hoc ipsum caussa non leuiore facis.
Cæcus Amor, cæcus Plutus; puer ille senilis,
Iste senex, auro conciliatur amor.

In Dindimum.

Fisci præficeris rationibus, atque videri
Vis probus. ò quantam Dindime rem facies!

Ad vxorem.

Inter nos socio lex hæc statuatur amore,
Quam non ex animo deleat vlla dies.
Exulet à me & te, haud impune domesticus omnis,
Si quid in alterutrum deferat alterutri.
Ecce omneis parent placito. tu semper at in nos
Nescio quid, iactas suspiciosa mali.
Quis tibi tot de me mala nuntia detulit, vxor?
Nullus, ais: per me rescio quicquid agis.
Lex rescindenda est, vel tu mea blanda voluptas,
Nostra exturbanda es (lege manente) domo.

In Quintianum.

Multus vt populo placere possit,
Scribit carmina multa Quintianus,

Et con-

Et concinna parum, & parum venusta,
Quæ per compita cuncta spargit vrbis;
Scribit & variis libros refertos
Nugis, queis varios ciet cachinnos.
Hunc rident pueri, senes, iuuenci,
Hunc & Grammatici, aulici, Poetæ,
Matres hunc vetulæ, & puellæ, vt omni
Sit iam fabula Quintianus ore.
Viro consilium dabo fidele,
Quod laudent pueri, senes, iuuenci,
Quod & Grammatici, aulici, poetæ,
Quod matres vetulæ, & simul puellæ.
Multus qui populo cupit placere,
A *multo* (queat vt placere multis)
Lambda substrahat, ipse tum placebit.

In Pontilianum.

Omnibus hoc vnum iactas tam sæpe, nequire
Opprobrio sordeis coniugis esse viro;
Vxor vt ipsa suo credat sibi iure licere
Iuratam thalami prostituisse fidem.
In te, crede mihi, si quid peccauerit vxor,
Acceptum referes, Pontiliane tibi.

Ad eundem.

Vxoris sordeis nullius obesse maritis,
Vxori dicis, Pontiliane, tuæ.
Stuprum committat, lex adstipulabitur illi:
Cum tibi non obsit, prosit & inde sibi.

In primum amorum Pepini librum cui Siluia; & secundum, cui Victoria nomen.

Et siluas, & agros, primus Maro scripserat annis,
Martius ex aruis clangor ad arma vocat.
Siluia cui primo canitur, Victoria deinde,
Exæquas magni grande Maronis opus.

Ad eundem.

Viceris, an de te Victoria læta triumphet,

Nescio;

[illegible]

... inest Victoria bello,
... Nina superba pede.
... erauit amica,
... puella feret.

... blica Spartana.

... inuit moribus vrbem,
... sibile Sparta suos.
... tu moriturus abito.
... uere, velle mori.

... Ponticum.

... sed aperte; rem facit vxor,
... mirum: Pontice, coniugium!

... Paullo.

... lo succedere cuncta
... t astrologus.
... Paullus, subigatque
... dixerit astrologus.

... m Ramatum.

... diuinus in auras,
... n prisca nouam.
... vestigia flammæ,
... ddis & hexametris.
... misse; & amata puella,
... hic meus, inquit, erit.

... Postumum.

... panum Villanouano,
... lus habebat agro:
... ino Villanouanum,
... sus habebat Ado:
... sam dare, Postume pacto;
... cepit vterque nihil.

... edemum.

... Menedeme negaris;
... nil Menedeme petam.

... Pamphilum.

Quem

Digitized by Google

Nescio; at hoc vnum, culte Ruelle, scio:
Seu quærenda tibi est, seu iam victoria parta,
Parturit iste tibi longa trophæa liber.

In Frontonis Epigrammata.

Ne leuiora typis cudantur carmina, suasi
Frontoni à prauis vt meliora legat.
Non facit; vt qui aliquid quondam superesse laborum,
Quam totum malit Fronto perire librum.

Ad Aulum.

Orasti: statuit medicum schola publicè, vt abs te
Ægroto nullam sumeret, Aule, stipem.
Id quoniam Patrum celebri plaudente coronâ,
Rettulit eloquio, mira trophæa, tuo.
Hoc placito si scire cupis quid proficis Aulæ:
Ægrotes, nullum repperias medicum.

De Offilio.

Offilio mores cur exprobratis auaros,
Tanquam natura sordidiore viro?
Non domus aut fundus, non æris aceruus & auri;
Verum aliud nostrum possidet Offilium.
Ipse probus, Gallis, Gallus vult ciuis haberi,
Et cum Christiadis, nominis essepii.
Pars habet vna crucem pars altera, lilia, nummi;
Vir iustus, Regis signa Deique colit.

Ad Lipinum Ruellum.

Siluia muscosis iuueni cum luditur antris,
Et lepidum sertis cingit amæna caput:
Mox ab agris vrbem repetens, Victoria per te
Cantatur numeris docte Ruelle, nouis;
Euersæ subeunt animos incendia Troiæ,
Oenone, atque Helene, Dardaniusque Paris;
Excidiique huius terrerer imagine. verum
Vox præsaga boni, spem iubet esse bonam.
Nam quæ bella tibi canitur Victoria, amoris
O quam conueniens nomen ad arma refert!

Mili-

Digitized by Google

Militat omnis amans, & inest Victoria bello,
Quæ fluit instabili, Diua superba, pede.
Desperas? hodie si te superauit amica,
Cras te victorem victa puella feret.

Respublica Spartana.

Non muris, sed quæ muniuit moribus vrbem,
Hoc etiam docuit nobile Sparta suos.
Victor ab hoste redi, vel tu moriturus abito.
Pro patria vere est viuere, velle mori.

Ad Ponticum.

Rem facit Archidamus, sed aperte; rem facit vxor,
Sed clam: quam pulchrum: Pontice, coniugium!

De Paullo.

Dixerat astrologus, Paullo succedere cuncta
Ex voto: & vere dixerat astrologus.
Deperit astrologi vxorem Paullus, subigatque
Nescio; sed scio quid dixerit astrologus.

Ad Ianum Ramatum.

Aerias rediit Flaccus rediuiuus in auras,
Induit & vitam Lydia prisca nouam.
Mox vbi legerunt veteris vestigia flammæ,
Quæ tu pentametris reddis & hexametris,
Suppuduit Flaccum scripsisse; & amata puella,
Flacce vale, meus hic, hic meus, inquit, erit.

Ad Postumum.

Permutauit agrum Campanum Villanouano,
Qui nihil in toto Festus habebat agro:
Permutauit agro Campano Villanouanum,
In quo nil etiam prorsus habebat Ado:
Huic ne crede dolum caussam dare, Postume, pacto;
Nil vtrinque datum, cepit vterque nihil.

Ad Menedemum.

Debeo multa tibi cui nil Menedeme negaris;
Tu plus, cum pauper nil Menedeme petam.

Ad Pamphilum.

Quem

Nescio; at hoc vnum, culte Ruelle, scio:
Seu quærenda tibi est, seu iam victoria parta,
Parturit iste tibi longa trophæa liber.

In Frontonis Epigrammata.

Ne leuiora typis cudantur carmina, suasi
Frontoni à prauis vt meliora legat.
Non facit; vt qui aliquid quondam superesse laborum,
Quam totum malit Fronto perire librum.

Ad Aulum.

Orasti: statuit medicum schola publicè, vt abs te
Ægroto nullam sumeret, Aule, stipem.
Id quoniam Patrum celebri plaudente coronâ,
Rettulit eloquio, mira trophæa tuo.
Hoc placito si scire cupis quid proficis Aulæ:
Ægrotes, nullum repperias medicum.

De Offilio.

Offilio mores cur exprobratis auaros,
Tanquam natura sordidiore viro?
Non domus aut fundus, non æris aceruus & auri;
Verum aliud nostrum possidet Offilium.
Ipse probus, Gallis, Gallus vult ciuis haberi,
Et cum Christiadis, nominis esse pii.
Pars habet vna crucem, pars altera, lilia, nummi;
Vir iustus, Regis signa Deique colit.

Ad Lipinum Ruellum.

Siluia muscosis iuueni cum luditur antris,
Et lepidum sertis cingit amæna caput:
Mox ab agris vrbem repetens, Victoria per te
Cantatur numeris docte Ruelle, nouis;
Euersæ subeunt animos incendia Troiæ,
Oenone, atque Helene, Dardaniusque Paris;
Excidiique huius terrerer imagine. verum
Vox præsaga boni, spem iubet esse bonam.
Nam quæ bella tibi canitur Victoria, amoris
O quam conueniens nomen ad arma refert!

Mili-

Militat omnis amans, & inest Victoria bello,
Quæ fluit instabili, Diua superba pede.
Desperas? hodie si te superauit amica,
Cras te victorem victa puella feret.

Respublica Spartana.

Non muris, sed quæ muniuit moribus vrbem,
Hoc etiam docuit nobile Sparta suos.
Victor ab hoste redi, vel tu moriturus abito.
Pro patria vere est viuere, velle mori.

Ad Ponticum.

Rem facit Archidamus, sed aperte; rem facit vxor,
Sed clam: quam pulchrum: Pontice, coniugium!

De Paullo.

Dixerat astrologus, Paullo succedere cuncta
Ex voto: & vere dixerat astrologus.
Deperit astrologi vxorem Paullus, subigatque
Nescio; sed scio quid dixerit astrologus.

Ad Ianum Ramatum.

Aerias rediit Flaccus rediuiuus in auras,
Induit & vitam Lydia prisca nouam.
Mox vbi legerunt veteris vestigia flammæ,
Quæ tu pentametris reddis & hexametris,
Suppuduit Flaccum scripsisse; & amata puella,
Flacce vale, meus hic, hic meus, inquit, erit.

Ad Postumum.

Permutauit agrum Campanum Villanouano,
Qui nihil in toto Festus habebat agro:
Permutauit agro Campano Villanouanum,
In quo nil etiam prorsus habebat Ado:
Huic ne crede dolum caussam dare, Postume, pacto;
Nil vtrinque datum, cepit vterque nihil.

Ad Menedemum.

Debeo multa tibi cui nil Menedeme negaris;
Tu plus, cum pauper nil Menedeme petam.

Ad Pamphilum.

Quem

Nescio; at hoc vnum, culte Ruelle, scio:
Seu quærenda tibi est, seu iam victoria parta,
Parturit iste tibi longa trophæa liber.

In Frontonis Epigrammata.

Ne leuiora typis cudantur carmina, suasi
Frontoni à prauis vt meliora legat.
Non facit; vt qui aliquid quondam superesse laborum,
Quam totum malit Fronto perire librum.

Ad Aulum.

Orasti: statuit medicum schola publicè, vt abs te
Ægroto nullam sumeret, Aule, stipem.
Id quoniam Patrum celebri plaudente coronâ,
Rettulit eloquio, mira trophæa, tuo.
Hoc placito si scire cupis quid proficis Aulæ:
Ægrotes, nullum repperias medicum.

De Offilio.

Offilio mores cur exprobratis auaros,
Tanquam natura sordidiore viro?
Non domus aut fundus, non æris aceruus & auri;
Verum aliud nostrum possidet Offilium.
Ipse probus, Gallis, Gallus vult ciuis haberi,
Et cum Christiadis, nominis esse pii.
Pars habet vna crucem pars altera, lilia, nummi;
Vir iustus, Regis signa Deique colit.

Ad Lipinum Ruellum.

Siluia muscosis iuueni cum luditur antris,
Et lepidum sertis cingit amæna caput:
Mox ab agris vrbem repetens, Victoria per te
Cantatur numeris docte Ruelle, nouis;
Euersæ subeunt animos incendia Troiæ,
Oenone, atque Helene, Dardaniusque Paris;
Excidiique huius terrerer imagine. verum
Vox præsaga boni, spem iubet esse bonam.
Nam quæ bella tibi canitur Victoria, amoris
O quam conueniens nomen ad arma refert!

Mili-

Digitized by Google

Militat omnis amans, & ineſt Victoria bello,
Quæ fluit inſtabili, Diua ſuperba, pede.
Deſperas? hodie ſi te ſuperauit amica,
Cras te victorem victa puella feret.

Reſpublica Spartana.

Non muris, ſed quæ muniuit moribus vrbem,
Hoc etiam docuit nobile Sparta ſuos.
Victor ab hoſte redi, vel tu moriturus abito.
Pro patria vere eſt viuere, velle mori.

Ad Ponticum.

Rem facit Archidamus, ſed aperte; rem facit vxor,
Sed clam: quam pulchrum: Pontice, coniugium!

De Paullo.

Dixerat aſtrologus, Paullo ſuccedere cuncta
Ex voto: & vere dixerat aſtrologus.
Deperit aſtrologi vxorem Paullus, ſubigatque
Neſcio; ſed ſcio quid dixerit aſtrologus.

Ad Ianum Ramatum.

Aerias rediit Flaccus rediuiuus in auras,
Induit & vitam Lydia priſca nouam.
Mox vbi legerunt veteris veſtigia flammæ,
Quæ tu pentametris reddis & hexametris.
Suppuduit Flaccum ſcripſiſſe; & amata puella,
Flacce vale, meus hic, hic meus, inquit, erit.

Ad Poſtumum.

Permutauit agrum Campanum Villanouano,
Qui nihil in toto Feſtus habebat agro:
Permutauit agro Campano Villanouanum,
In quo nil etiam prorſus habebat Ado:
Huic ne crede dolum cauſſam dare, Poſtume, pacto;
Nil vtrinque datum, cepit vterque nihil.

Ad Menedemum.

Debeo multa tibi cui nil Menedeme negaris;
Tu plus, cum pauper nil Menedeme petam.

Ad Pamphilum.

Quem

Nam qui plura tibi frustra me dicere narras,
His ego ne peccem, tu potes efficere.

In Ollam.

Iusserat ægrota vt medicamen sumeret Olla,
Contius; eius fit potio consilio.
Pharmacopola moras verùm dum nectit inaneis,
Conualuit solo Numinis auxilio.
Empta autem sibi ne frustra medicina periret,
Sorbuit hanc sano corpore, & interiit.
Ollæ nil melius successit morte; nisi quod
Hac pereunte, periit & medicina simul.

Ad Pepinum Ruellum.

Dum modò diuitias pangis, modo lædis amores:
Nunc Plutus mihi, nunc esse videris Amor.
Diuitias si quis iunctas miretur amori;
Hoc ipsum caussa non leuiore facis.
Cæcus Amor, cæcus Plutus; puer ille senilis,
Iste senex, auro conciliatur amor.

In Dindimum.

Fisci præficeris rationibus, atque videri
Vis probus. ò quantam Dindime rem facies!

Ad vxorem.

Inter nos socio lex hæc statuatur amore.
Quam non ex animo deleat vlla dies.
Exulet à me & te, haud impune domesticus omnis,
Siquid in alterutrum deferat alterutri.
Ecce omneis parent placito. tu semper at in nos
Nescio quid, iactas suspiciosa mali.
Quis tibi tot de me mala nuntia detulit, vxor?
Nullus, ais: per me rescio quicquid agis.
Lex rescindenda est, vel tu mea blanda voluptas,
Nostra exturbanda es (lege manente) domo.

In Quintianum.

Multus vt populo placere possit,
Scribit carmina multa Quintianus,

Et con-

Et concinna parum, & parum venusta,
Quæ per compita cuncta spargit vrbis;
Scribit & variis libros refertos
Nugis, queis varios ciet cachinnos.
Hunc rident pueri, senes, iuuenci,
Hunc & Grammatici, aulici, Poetæ,
Matres hunc vetulæ, & puellæ, vt omni
Sit iam fabula Quintianus ore.
Viro consilium dabo fidele,
Quod laudent pueri, senes, iuuenci,
Quod & Grammatici, aulici, poetæ,
Quod matres vetulæ, & simul puellæ.
Multus qui populo cupit placere,
A *multo* (queat vt placere multis)
Lambda substrahat, ipse tum placebit.

In Pontilianum.

Omnibus hoc vnum iactas tam sæpe, nequire
Opprobrio sordeis coniugis esse viro;
Vxor vt ipsa suo credat sibi iure licere
Iuratam thalami prostituisse fidem.
In te, crede mihi, si quid peccauerit vxor,
Acceptum referes, Pontiliane tibi.

Ad eundem.

Vxoris sordeis nullius obesse maritis,
Vxori dicis, Pontiliane, tuæ.
Stuprum committat, lex adstipulabitur illi:
Cum tibi non obsit, prosit & inde sibi.

In primum amorum Pepini librum cui Siluia; & secundum, cui Victoria nomen.

Et siluas, & agros, primus Maro scripserat annis,
Martius ex atuis clangor ad arma vocat.
Siluia cui primo canitur, Victoria deinde,
Exæquas magni grande Maronis opus.

Ad eundem.

Viceris, an de te Victoria læta triumphet,

Nescio;

Digitized by Google

Nescio; at hoc vnum, culte Ruelle, scio:
Seu quærenda tibi est, seu iam victoria parta,
Parturit iste tibi longa trophæa liber.

In Frontonis Epigrammata.

Ne leuiora typis cudantur carmina, suasi
Frontoni à prauis vt meliora legat.
Non facit; vt qui aliquid quondam superesse laborum,
Quam totum malit Fronto perire librum.

Ad Aulum.

Orasti: statuit medicum schola publicè, vt abs te
Ægroto nullam sumeret, Aule, stipem.
Id quoniam Patrum celebri plaudente coronâ,
Rettulit eloquio, mira trophæa tuo.
Hoc placito si scire cupis quid proficis Aulæ:
Ægrotes, nullum repperias medicum.

De Offilio.

Offilio mores cur exprobratis auaros,
Tanquam natura sordidiore viro?
Non domus aut fundus, non æris aceruus & auri;
Verum aliud nostrum possidet Offilium.
Ipse probus, Gallis, Gallus vult ciuis haberi,
Et cum Christiadis, nominis esse pii.
Pars habet vna crucem pars altera, lilia, nummi;
Vir iustus, Regis signa Deique colit.

Ad Lipinum Ruellum.

Siluia muscosis iuueni cum luditur antris,
Et lepidum sertis cingit amæna caput:
Mox ab agris vrbem repetens, Victoria per te
Cantatur numeris docte Ruelle, nouis;
Euersæ subeunt animos incendia Troiæ,
Oenone, atque Helene, Dardaniusque Paris;
Excidiique huius terrerer imagine. verum
Vox præsaga boni, spem iubet esse bonam.
Nam quæ bella tibi canitur Victoria, amoris
O quam conueniens nomen ad arma refert!

Mili-

Militat omnis amans, & ineſt Victoria bello,
Quæ fluit inſtabili, Diua ſuperba, pede.
Deſperas? hodie ſi te ſuperauit amica,
Cras te victorem victa puella feret.

Reſpublica Spartana.

Non muris, ſed quæ muniuit moribus vrbem,
Hoc etiam docuit nobile Sparta ſuos.
Victor ab hoſte redi, vel tu moriturus abito.
Pro patria vere eſt viuere, velle mori.

Ad Ponticum.

Rem facit Archidamus, ſed aperte; rem facit vxor,
Sed clam: quam pulchrum: Pontice, coniugium!

De Paullo.

Dixerat aſtrologus, Paullo ſuccedere cuncta
Ex voto: & vere dixerat aſtrologus.
Deperit aſtrologi vxorem Paullus, ſubigatque
Neſcio; ſed ſcio quid dixerit aſtrologus.

Ad Ianum Ramatum.

Aerias rediit Flaccus rediuiuus in auras,
Induit & vitam Lydia priſca nouam.
Mox vbi legerunt veteris veſtigia flammæ,
Quæ tu pentametris reddis & hexametris.
Suppuduit Flaccum ſcripſiſſe; & amata puella,
Flacce vale, meus hic, hic meus, inquit, erit.

Ad Poſtumum.

Permutauit agrum Campanum Villanouano,
Qui nihil in toto Feſtus habebat agro:
Permutauit agro Campano Villanouanum,
In quo nil etiam prorſus habebat Ado:
Huic ne crede dolum cauſſam dare, Poſtume pacto;
Nil vtrinque datum, cepit vterque nihil.

Ad Menedemum.

Debeo multa tibi cui nil Menedeme negaris;
Tu plus, cum pauper nil Menedeme petam.

Ad Pamphilum.

Quem

Digitized by Google

Quem tu inopem reprobas Charidemum, Pamphile, testē,
Hunc ego vel gemino teste probabo sophum.
Est mendicus; erat Cynicus mendicus: & ille
Quicquid habet, secum fert, tulit ante Bias.

De Adone.

Accusatur apud Prætorem, pessimus acreis
Vsuræ pœnas lege daturus Ado.
Sollicite in caussam iudex inquirit, & vllum
Non prætermittit temporis officium.
Verum sedulitas male profuit vna duobus,
Vt quæ Prætorem perdidit, atque reum.
Nam grauiter mulctatur Ado; sed Prætor iniqua
Factus quærendi sedulitate perit.
Mille reum nummis Prætor sic damnat in ære,
Prætorem ad mortem sic reus accelerat.
Hoc si iudicium perpendis; Prætor vterque,
Atque reus, Prætor sed magis ipse reus.

De Hallâ.

Dum varie tentat Martem, dum sæuit in hostes,
Italiamque annis proterit Halla tribus;
Ipse domum, exuuiis belli spoliisque superbus,
Regrediens, puerum repperit anniculum.
Vestra, Duces, longi sunt hæc insignia Martis;
Parta trophæa foris, & stropha nata domi.

Ad Atticum.

Partem ego militiæ duce te securus obibo:
A magno tua nos asserit vmbra metu.
Hic vbi sis, hostem nunquam timeamus oportet;
Hostis quem nunquam, dux generose, videt.

In Dinum.

Conditos nullo qui scribit Apolline versus,
Vatem se toto personat orbe Dinus.
Qui sibi tam vanos falso blanditur honores;
Est aliquid cur hunc dicere vera putem.

Chiromantia.

Fati-

Fatidicus noſtram nuper ſucceſſit in vrbem,
Doctus ab aſpectu pandere fata manus
Illum adeo viſoque, patentem huic explico dextram,
Diceret vt ſortis conſcia fata meæ.
Ille magiſtratus & publica munia, quondam
En tibi ſpondet (ait) linea fauſta Iouis;
Lætitia redeo perfuſus, & omnis in iſto,
Abſumo nimia garrulitate diem.
Hinc fit vt hæc animo dum dormio nocte reuoluens,
Inſtar me ſummi Præſidis eſſe putem.
Attamen (ô hominum ludibria putida!) talem
Meme experrectum ſentio qualis eram:
Atque vt verba alius dederit, mihi ſomnia fingam,
Exitus vt ſimilis ſortis &, artis eat.

Ad Gallam.

Mellitos oculos quereris tibi, Galla, dolere,
Conqueror ipſe oculis Galla, dolere tuis.
Tu ſi vis oculos tandem tibi, Galla, valere,
Fac oculis valeam tu quoque, Galla tuis,

Ad Theodorum Paſchaſium filium.

Theſauros pacis, verſo mihi nomine, *Sudo*,
Dicis dum libris, mî Theodore vacas,
Ni patri imponas, iam te Theodore patremque,
Vno ita *Theſauros paſcis* amice *duos*.

Nouis rebus non ſtudendum.

Rebus ſtudere proprie dicas nouis,
Antiquitatis regulam qui deſerit:
Nouis ſtudere rebus, inquit Iulius,
Dum res nouas molimur in Rempublicam.
Velis vtrumuis, peſſime voles tuis.

Ad Philippum Huraldum Cancellarium.

Sumpſerat à magno Michaele Chiuernius olim
Faſceis Patritii ordinis.
Munus & ille ſuum poſtquam conceſſit Huralto;
Rebus Margaridis præeſt:

Munus & iste suum postquam concessit Huraltus,
Errici domui præest.
Præfectus Michael supremo exinde sigillo,
Cancellarius extitit.
Post varie impensos exantlatosque labores,
Rex istum hoc ad onus vocat,
Et quem iustitia simul hunc vult æquet honore,
Princeps maximus optimus,
Ergo age. macte animi, quid enim verearis Huralte,
Tam sancto Genio duce?

Ad Atticum.

Nos tua Crudeli præsentia liberat hoste.
Namque vbi sis, hosteis, Attice, nemo videt.

Ad Postumum.

Cuncta tibi debere putas pater optime natum,
Cui dederis vitæ munia prima suæ.
Contra, si pater est nati pater: omnia nato
Debentur; sine quo non potes esse pater.

Ad Gallam.

Fœminea vxorem quoties te voce salutat,
Fronto, suam pœnam, Galla vocare solet.
Illum ita masculea poteris tu voce maritum
Grammatice Penem dicere, Galla, tuum.

Ad Scæuolam Sammarthanum.

Carmina quæ Gallæ dederam scripsisse pudebat,
Certum erat & tenebris abdere perpetuis.
Sammarthane vetas, nec te vetuisse pigebit:
Nam quo vita datur, quis periisse velit?

De viro & vxore.

Atra bile vxor, vir flaua bile laborat:
Felix diuersis moribus androgynon!

De Leouila.

Fœmineos quæ non patitur Leouilla fluores,
Dic mihi semper ab hac quod fluit, ergo quid est?

Ad Philopatrum.

Ora-

Digitized by Google

Orauit binis pro te, Philopatre, diebus
Flaccus, & ex voto est caussa peracta tibi.
Ad patrocinium nulla mercede rependis:
Imo mercedis plus satis ille tulit.
Patrono quamuis numeres nihil, attamen amplam
Mercedis segetem, qui bene dixit, habet.

Ad Achillem Harlæum Præsidem.

Parua domi mensa est, nec non angusta suppellex:
Villa focus, reditus, omnia cursa mihi:
Sed te villa, focus, reditus, domus atque suppellex
Excipit. e paruis omnia magna facis.

Ad Germanum Audebertum.

Quid sit quod veneremur atque amemus,
Et quid quod cupide colamus omneis;
Certant Grammatici tumultuantes:
Sed has censeo disputationes
Mere ridiculas & otiosas:
Qui te sic adamo vt colam, deinde
Sic colo, vt venerer magis magisque.
Ergo Grammatici valete, nec vos
Vestras vendite somniationes:
Vnus nam docet Audebertus esse
Quod simul venerer, colamque, amemque.

Ad Manlium.

Hesterna Manli, tibi luce Epigramma spopondi
Me dare; promissi ne mora longa foret,
Illud mitto hodie: nec enim vetus hoc probo, Manli.
Sat cito, si bene, sed sat bene, si cito fit.

Ad Ianum Passeratium.

Quid nihil ex nihilo stulti contenditis? ecce
Ipse vnus fieri quid ratione probo.
Tam lepide nihilum, Passerti, carmine ludis,
Grande vt de nihilo fecerit inde aliquid.

In Flosculum.

Phormio sum vobis: quoniam mihi contigit vni,

In nostro medicas res agitare foro:
Tu qui vaniloquâ tractare forensia voce
Tentasti medicus; dic mihi quæso quis es?

Ad Aprum.

Mane ego promisi, sero luo: tam cito? dicis.
Qui serio soluit, nil cito soluit, Aper.

In Hermogenem.

Hermogenes binis Epigrammata plurima libris
Lusit, & insanis illa referta iocis.
Nunc hos, nunc alios rabioso scommate pungit,
Nec nisi quid mordax, nec nisi turpe dicax.
Supprimet ergo? non dedit excudenda typis hæc:
Perdere, quam sua, se vult magis Hermogenes.

Ad Philomelam.

Ver rediit; glomerantur aueis, concentibus auras
Mulcent, & miris tu Philomela modis.
Tu tu tot toto modularis gutture voces;
Vt Philomela aliis, sis Philomusa mihi.

Ad Sabinum.

Quottidie venas rogo cœnaturus apud me,
Et quamuis rogitem, non tamen ipse venis.
Vel ruri es, vel forte domi, vel scribis amicis
Caussas, grandæuum vel meditaris opus.
Verùm hodie Genio vis indulgere, Sabine;
Ignoscas, mihi nam non vacat esse domi.

Ad Labienum.

Diuitias tibi do: nobis Epigrammata mittis:
Verum tu flocci munera nostra facis.
Iam variabo vices; siquidem tibi carmina mittam,
Dum modò diuitias des, Labiene, mihi.

Ad Iacobum Cuiacium Iurisconsultum.

Cuias sis quæro Cuiaci, tune Tolosas;
An te mundanum totus sibi vendicet orbis?

Ad Medicos de Theophrasto Paracelso.

Dicitur esse nouus vobis Paracelsus, ob idque

Crimen, in obscurum pellitur exilium.
At nouus Hippocrates, nouus & Chrysippus, & ille
Romæ Asclepiades, tempore quisque suo.
Qui noua damnatis, veteres damnetis oportet,
Aut ista nihil est in nouitate noui.

De Amore.

En agere atque pati simul & semel, ipse Cupido
Omnia qui potis est, hoc quoque posse docet.
Qui sitiais: dominæ des munera compta superbæ:
Munera si capit hæc, & capit, & capitur.

Ad Sabellum.

Si rarum, pretiosum idem est, Sabelle,
O quanti pretii æstimemus illam
Quâ placas superos peccationem,
Toto qui precibus Deos adire
Semel non iterum soles in anno.

De marito & vxore.

In seruos semper tumide excandescit iniqua;
Quodque viro in seruis deferat, vxor habet.
Seruorum at domini leuat indulgentia sortem,
Nec seruis, dominæ surda querela nocet.
Audiat hæc, dolet huic misero: taceat, dolet ipsi
Vxori miseræ. sors vtra deterior?

De Ludimagistris.

Sistite, & hæc animis Reges aduertite vestris,
Quæ de Grammatico pauca sed apta loquor.
Regibus obueniunt non tantum regna superbis,
Regna etiam nostro sunt sua Grammatico.
Sublimi solio sceptrum gestatis, & omni,
Pro nutu, populo regia iura datis.
Additis & legi diplomata vestra seueræ,
Quæ sint Regalis nuntia certa animi.
Is sedet in cathedrâ, castigatorque iuuentæ,
Verbera pro sceptro gestat acerba manu.
Legem ex arbitrio figit, glossemata dictat.

ed by Google

Quas tu si facias, sed cur hæc gaudia sperem?
Nolim ego delitiis accubuisse Deûm.

Ad Catharinam Rupellam Pictauiensem.

Si qua vel Ausoniis vel mando carmina Gallis,
Hæc animo mandas qualiacumque tuo.
Et recitas, saltem vt te sola teste probentur.
Tu, mea cùm pereas, te mea, non peream?

In Calliodorum.

Lauretum clarâ qui laudas voce, nec vllum,
De reliquis verbum Calliodore facis.
Quid tantum fecere tibi Magnusque, Petrusque.
Quidve Denissottus, quid schola tota mali?
Hos vt prætereas quos culta Lutetia, summis
Plausibus in cœlum docta per ora vehit.
Non hoc laudare est, non Calliodore tacere:
Sed malè de reliquis dicere, quando taces.

Ad Quintum.

Mitto tibi lepores, apros, mulosque, luposque,
Mitto aliud quiduis; omnia Quinte capis.
Vtpote qui (dicis) possis mihi nulla negare:
Tu cùm cuncta capis, nilne negare vocas?

De Iure Ciuili Romanorum.

Dum Latias meditor leges & Romula iura,
Quæ sunt immensis aucta voluminibus:
Nunc auidè Paulum, nunc perlego Pappinianum;
Nunc mihi sese offert Scæuola Serbidius.
Eheu quàm miserè illorum me ænigmata torquent,
Illos dum Proculus, Cassius hos agitat.
Vt me his extricem te consulo Bartole, at Echo
Protinus vt dixi Bartole, tolle, refert.
Iudicióne tuo te tollimus, ánne etiam ipsas
Ausonias leges, Bartole? tolle, refert.
Ergo tu cùm sic statuas: ego Bartole, leges
Romanas tollam: patria iura colam.

Ad Ianum Robertum.

Iustitiæ

Iustitiæ antistes, iuris consultus & æqui;
Dic quâ præcipuè te ratione colam?
Plurima iudicibus, patronis plurima, verùm
Vni plus debet Gallia nostra tibi.
Cur non agnoscat plus se debere, tuâ qui
Arte magistratus, caussidicosque facis!

Ad Gullielmum Fornerium.

Tene ergo prætereo, magni pars magna Roberti,
Quos iuris pridem consociauit amor?
Qui soluis veterum spinosa ænigmata legum,
Et mediis prudens eruis à tenebris?
Qui non tam iuris quàm iusti doctor, & æqui,
Gallicus hoc vt sis tempore Sulpitius.

Ad Florentem Christianum Aurelianum.

Quisquis carmina docta Christiani
Leges, seu Latio lepore tincta,
Siue sint sale Gallico referta:
Tam leges pia, tamque Christianá,
Et modò grauia, atque nunc tenella,
Tam cultis numeris & eruditis,
Vt quamuis taceat tabella nomen;
Florentis tamen esse iudicabis
Poëtæ, Maro qualis aut Catullus,
Et pii pia vota Christiani.

Ad Annam Robertum Iani Rob. F.

Nostris exigis inseri libellis,
O docti patris erudite fili:
Lubens obsequor, vt sciant nepotes
Iunctum amicitiæ fuisse vinclo,
Tibi Paschasium, ac ei Robertum.

Ad Iuliam.

Basia da, sed quæ dat casta puella puellæ:
Hæc non deficiunt, semper at incipiunt.
Nolo ego delitias lasciui, Iulia, lecti;
Quæ simul incipiunt, deficiuntque simul.

Quas tu si facias, sed cur hæc gaudia sperem?
Nolim ego delitiis accubuisse Deûm.

Ad Catharinam Rupellam Pictauiensem.

Si qua vel Ausoniis vel mando carmina Gallis,
Hæc animo mandas qualiacumque tuo.
Et recitas, saltem vt te sola teste probentur.
Tu, mea cùm pereas, te mea, non peream?

In Calliodorum.

Lauretum clarâ qui laudas voce, nec vllum,
De reliquis verbum Calliodore, facis.
Quid tantum fecere tibi Magnusque, Petrusque.
Quidve Denissottus, quid schola tota mali?
Hos vt prætereas quos culta Lutetia, summis
Plausibus in cœlum docta per ora vehit.
Non hoc laudare est, non Calliodore tacere:
Sed malè de reliquis dicere, quando taces.

Ad Quintum.

Mitto tibi lepores, apros, mulosque, luposque,
Mitto aliud quiduis; omnia Quinte capis.
Vtpote qui (dicis) possis mihi nulla negare:
Tu cùm cuncta capis, nilne negare vocas?

De Iure Ciuili Romanorum.

Dum Latias meditor leges & Romula iura,
Quæ sunt immensis aucta voluminibus:
Nunc auidè Paulum, nunc perlego Pappinianum;
Nunc mihi sese offert Scæuola Serbidius.
Eheu quàm miserè illorum me ænigmata torquent,
Illos dum Proculus, Cassius hos agitat.
Vt me his extricem te consulo Bartole, at Echo
Protinus vt dixi Bartole, tolle, refert.
Iudicióne tuo te tollimus, ánne etiam ipsas
Ausonias leges, Bartole? tolle, refert.
Ergo tu cùm sic statuas: ego Bartole, leges
Romanas tollam: patria iura colam.

Ad Ianum Robertum.

Iustitiæ antistes, iuris consultus & æqui,
Dic quâ præcipuè te ratione colam?
Plurima iudicibus, patronis plurima, verùm
Vni plus debet Gallia nostra tibi.
Cur non agnoscat plus se debere, tuâ qui
Arte magistratus, caussidicosque facis!

Ad Gullielmum Fornerium.

Tene ergo prætereo, magni pars magna Roberti,
Quos iuris pridem consociauit amor?
Qui soluis veterum spinosa ænigmata legum,
Et mediis prudens eruis à tenebris?
Qui non tam iuris quàm iusti doctor, & æqui,
Gallicus hoc vt sis tempore Sulpitius.

Ad Florentem Christianum Aurelianum.

Quisquis carmina docta Christiani
Leges, seu Latio lepore tincta,
Siue sint sale Gallico referta:
Tam leges pia, tamque Christiana,
Et modò grauia, atque nunc tenella,
Tam cultis numeris & eruditis,
Vt quamuis taceat tabella nomen;
Florentis tamen esse iudicabis
Poëtæ, Maro qualis aut Catullus,
Et pii pia vota Christiani.

Ad Annam Robertum Iani Rob. F.

Nostris exigis inseri libellis,
O docti patris erudite fili:
Lubens obsequor, vt sciant nepotes
Iunctum amicitiæ fuisse vinclo,
Tibi Paschasium, ac ei Robertum.

Ad Iuliam.

Basia da sed quæ dat casta puella puellæ:
Hæc non deficiunt semper at incipiunt.
Nolo ego delitias lasciui, Iulia, lecti;
Quæ simul incipiunt, deficiuntque simul.

Quas tu si facias, sed cur hæc gaudia sperem?
Nolim ego delitiis accubuisse Deûm.

Ad Catharinam Rupellam Pictauiensem.

Si qua vel Ausoniis vel mando carmina Gallis,
Hæc animo mandas qualiacumque tuo.
Et recitas, saltem vt te sola teste probentur.
Tu, mea cùm pereas, te mea, non peream?

In Calliodorum.

Lauretum clarâ qui laudas voce, nec vllum,
De reliquis verbum Calliodore facis.
Quid tantum fecere tibi Magnusque, Petrusque,
Quidve Denissottus, quid schola tota mali?
Hos vt prætereas quos culta Lutetia, summis
Plausibus in cœlum docta per ora vehit.
Non hoc laudare est, non Calliodore tacere:
Sed malè de reliquis dicere, quando taces.

Ad Quintum.

Mitto tibi lepores, apros, mulosque, luposque,
Mitto aliud quiduis; omnia Quinte capis.
Vtpote qui (dicis) possis mihi nulla negare:
Tu cùm cuncta capis, nilne negare vocas?

De Iure Ciuili Romanorum.

Dum Latias meditor leges & Romula iura,
Quæ sunt immensis aucta voluminibus:
Nunc auidè Paulum, nunc perlego Pappinianum;
Nunc mihi sese offert Scæuola Serbidius.
Eheu quàm miserè illorum me ænigmata torquent,
Illos dum Proculus, Cassius hos agitat.
Vt me his extricem te consulo Bartole, at Echo
Protinus vt dixi Bartole, tolle, refert.
Iudicióne tuo te tollimus, ánne etiam ipsas
Ausonias leges, Bartole? tolle, refert.
Ergo tu cùm sic statuas: ego Bartole, leges
Romanas tollam: patria iura colam.

Ad Ianum Robertum.

Iustitiæ

Iustitiæ antistes, iuris consultus & æqui,
Dic quâ præcipuè te ratione colam?
Plurima iudicibus, patronis plurima, verùm
Vni plus debet Gallia nostra tibi.
Cur non agnoscat plus se debere, tuâ qui
Arte magistratus, caussidicosque facis!

Ad Gullielmum Fornerium.

Téne ergo prætereo, magni pars magna Roberti,
Quos iuris pridem consociauit amor?
Qui soluis veterum spinosa ænigmata legum,
Et mediis prudens eruis à tenebris?
Qui non tam iuris quàm iusti doctor, & æqui,
Gallicus hoc vt sis tempore Sulpitius.

Ad Florentem Christianum Aurelianum.

Quisquis carmina docta Christiani
Leges, seu Latio lepore tincta,
Siue sint sale Gallico referta:
Tam leges pia, tamque Christiana,
Et modò grauia, atque nunc tenella,
Tam cultis numeris & eruditis,
Vt quamuis taceat tabella nomen;
Florentis tamen esse iudicabis
Poëtæ, Maro qualis aut Catullus,
Et pii pia vota Christiani.

Ad Annam Robertum Iani Rob. F.

Nostris exigis inseri libellis,
O docti patris erudite fili:
Lubens obsequor, vt sciant nepotes
Iunctum amicitiæ fuisse vinclo,
Tibi Paschasium, ac ei Robertum.

Ad Iuliam.

Basia da sed quæ dat casta puella puellæ:
Hæc non deficiunt semper at incipiunt.
Nolo ego delitias lasciui, Iulia, lecti;
Quæ simul incipiunt, deficiuntque simul.

Munus & iste suum postquam concessit Huraltus,
Errici domui præest.
Præfectus Michael supremo exinde sigillo,
Cancellarius extitit.
Postvarie impensos exantlatosque labores,
Rex istum hoc ad onus vocat,
Et quem iustitia, simul hunc vult æquet honore,
Princeps maximus optimus,
Ergo age. macte animi, quid enim verearis Huralte,
Tam sancto Genio duce?

Ad Atticum.

Nos tua Crudeli præsentia liberat hoste.
Namque vbi sis, hosteis, Attice, nemo videt.

Ad Postumum.

Cuncta tibi debere putas pater optime natum;
Cui dederis vitæ munia prima suæ.
Contra, si pater est nati pater: omnia nato
Debentur; sine quo non potes esse pater.

Ad Gallam.

Fœminea vxorem quoties te voce salutat,
Fronto, suam pœnam, Galla vocare solet.
Illum ita masculea poteris tu voce maritum
Grammatice Penem dicere, Galla, tuum.

Ad Scæuolam Sammarthanum.

Carmina quæ Gallæ dederam scripsisse pudebat,
Certum erat & tenebris abdere perpetuis.
Sammarthane vetas, nec te vetuisse pigebit:
Nam quo vita datur, quis periisse velit?

De viro & vxore.

Atra bile vxor, vir flaua bile laborat:
Felix diuersis moribus androgynon!

De Leouila.

Fœmineos quæ non patitur Leouilla fluores,
Dic mihi semper ab hac quod fluit, ergo quid est?

Ad Philopatrum.

Ora-

Orauit binis pro te, Philopatre, diebus
Flaccus,& ex voto est caussa peracta tibi.
Ad patrocinium nulla mercede rependis:
Imo mercedis plus satis ille tulit.
Patrono quamuis numeres nihil, attamen amplam
Mercedis segetem,qui bene dixit,habet.

Ad Achillem Harlæum Præsidem.

Parua domi mensa est,nec non angusta suppellex:
Villa focus,reditus, omnia cursa mihi:
Sed te villa, focus, reditus,domus atque suppellex
Excipit. è paruis omnia magna facis.

Ad Germanum Audebertum.

Quid sit quod veneremur atque amemus,
Et quid quod cupide colamus omneis;
Certant Grammatici tumultuantes:
Sed has censeo disputationes
Mere ridiculas & otiosas:
Qui te sic adamo vt colam,deinde
Sic colo,vt venerer magis magisque.
Ergo Grammatici valete, nec vos
Vestras vendite somniationes:
Vnus nam docet Audebertus esse
Quod simul venerer,colamque,amemque.

Ad Manlium.

Hesterna Manli, tibi luce Epigramma spopondi
Me dare; promissi ne mora longa foret,
Illud mitto hodie: nec enim vetus hoc probo, Manli.
Sat cito, si bene, sed sat bene, si cito fit.

Ad Ianum Passeratium.

Quid nihil ex nihilo stulti contenditis? ecce
Ipse vnus fieri quid ratione probo.
Tam lepide nihilum, Passerti,carmine ludis,
Grande vt de nihilo fecerit inde aliquid.

In Flosculum.

Phormio sum vobis: quoniam mihi contigit vni,

Digitized by Google

In nostro medicas res agitare foro:
Tu qui vaniloquâ tractare forensia voce
Tentasti medicus; dic mihi quæso quis es?

Ad Aprum.

Mane ego promisi, sero luo: tam cito? dicis.
Qui serio soluit, nil cito soluit, Aper.

In Hermogenem.

Hermogenes binis Epigrammata plurima libris
Lusit, & insanis illa referta iocis.
Nunc hos, nunc alios rabioso scommate pungit,
Nec nisi quid mordax, nec nisi turpe dicax.
Supprimet ergo? non dedit excudenda typis hæc:
Perdere, quam sua, se vult magis Hermogenes.

Ad Philomelam.

Ver rediit; glomerantur aueis, concentibus auras
Mulcent, & miris tu Philomela modis.
Tu tu tot toto modularis gutture voces;
Vt Philomela aliis, sis Philomusa mihi.

Ad Sabinum.

Quottidie venas rogo cœnaturus apud me,
Et quamuis rogitem, non tamen ipse venis.
Vel ruri es, vel forte domi, vel scribis amicis
Caussas, grandæuum vel meditaris opus.
Verùm hodie Genio vis indulgere, Sabine;
Ignoscas, mihi nam non vacat esse domi.

Ad Labienum.

Diuitias tibi do: nobis Epigrammata mittis:
Verum tu flocci munera nostra facis.
Iam variabo vices; siquidem tibi carmina mittam,
Dum modò diuitias des, Labiene, mihi.

Ad Iacobum Cuiacium Iurisconsultum.

Cuias sis quæro Cuiaci, tune Tolosas;
An te mundanum totus sibi vendicet orbis?

Ad Medicos de Theophrasto Paracelso.

Dicitur esse nouus vobis Paracelsus, ob idque

Digitized by Google

Crimen, in obscurum pellitur exilium.
At nouus Hippocrates, nouus & Chrysippus, & ille
Romæ Asclepiades, tempore quisque suo.
Qui noua damnatis, veteres damnetis oportet,
Aut ista nihil est in nouitate noui.

De Amore.

En agere atque pati simul & semel, ipse Cupido
Omnia qui potis est, hoc quoque posse docet.
Quî fit? ais: dominæ des munera compta superbæ:
Munera si capit hæc, & capit, & capitur.

Ad Sabellum.

Si rarum, pretiosum idem est, Sabelle,
O quanti pretii æstimemus illam
Quâ placas superos peccationem,
Toto qui precibus Deos adire
Semel non iterum soles in anno.

De marito & vxore.

In seruos semper tumide excandescit iniqua;
Quodque viro in seruis deferat, vxor habet.
Seruorum at domini leuat indulgentia sortem,
Nec seruis, dominæ surda querela nocet.
Audiat hæc, dolet huic misero: taceat, dolet ipsi
Vxori miseræ. sors vtra deterior?

De Ludimagistris.

Sistite, & hæc animis Reges aduertite vestris,
Quæ de Grammatico pauca sed apta loquor.
Regibus obueniunt non tantum regna superbis,
Regna etiam nostro sunt sua Grammatico.
Sublimi solio sceptrum gestatis, & omni,
Pro nutu, populo regia iura datis.
Additis & legi diplomata vestra seueræ,
Quæ sint Regalis nuntia certa animi.
Is sedet in cathedrâ, castigatorque iuuentæ,
Verbera pro sceptro gestat acerba manu.
Legem ex arbitrio figit, glossemata dictat.

Queis docet ingenii condita ſenſa ſui.
Edictis Reges, indictis exiget illi;
Sic vos, ſic vobis, ſic metit ille ſibi.
Quid quod vos Reges, vocat hunc gens Galla Regentem,
Quod regat & Latium temperet imperium?
Hinc Siculus iuuenis regno exturbatus amæno,
Tranſiit ad tumidi regna magiſterii.
Denique ſi raptim percurreris omnia; dices
Grammaticum ſummis Regibus eſſe parem.
Quin ô Magnifici palmam concedite Reges.
Iſtum neſcio quod grandius ornat opus.
Qui regit atque docet dictatque beatulus, ille eſt
Rex & Dictator, Grammaticuſque ſimul.

Ad Diodoram

Noſtra ego dum recito Diodoræ Epigrammata doctæ,
Exigit à nobis neſcio quid breuius:
Mas cupitur, breuius nihil. vnica ſyllaba: vt auctor
Huic placeat, cui non carmina noſtra placent.

Ad Hermotimum iudicem.

Miſera Antiocho dandum tibi Curio vinum,
Obtulit; oblatum reſpuis Hermotime.
Vendidit Antiochus, donatum Curio credit:
Non vinum, famam vendidit ille tuam.

Ad Lucianum.

Quod fugis aſpectum præſentiſque omina Regis,
Et falſas abſens concipis ore minas.
Scire cupis tibi quid prodeſt mentita ſimultas,
Rex verè abſentis deſiit eſſe memor.

In Seraphinum Monachum.

Nigra quod eſt iuueni barba, & coma cana; putas me
Sæpe animi vireis exacuiſſe mei.
At quod cana tibi barba eſt, coma nigra; puto te
Crebro mandibulas exacuiſſe tuas.

De Paullo.

Falleris vnius tangi ſi credis amore

Paul-

Paullam, quam cultu simpliciore vides.
Casta ergo est? non. cur? omnis non viuit in vno,
Sed meretrix omneis deperit vna viros.

In Persium Iudicem.

Sit diues, pauperque cliens, inimicus, amicus,
Hospes, vicinus, nobilis, aut opifex.
Patronus, medicus, miles, mercator, eâdem
Lance, manuque solet Persius accipere.
Nec ditem releuat, miseris nec parcit egenis,
Æqua hos, æqua illos vrnaque sorsque manet.
Qui personarum rationem non habet, hicne
Corrupti parteis iudicis exsequitur.

Ad Paullum.

Quod repetat sedes vxor Leouilla paternas,
Deserat & miserum litigiosa virum;
Quid me tam multis obtundis Paulle querelis?
Sic mea sit coniux litigiosa velim.

Ad Pontilianum.

Cùm mea displiceant tibi carmina Pontiliane;
Auguror inde aliquid, Pontiliane, boni.

Ad Amorem.

Téne Chaos genuit, tun' formæ es natus, an oti,
An potius fato de genitore puer?
At te non fatum, non otia forma, Chaosve,
Progenuêre: parens solus Amoris Amor.

In Næuolum.

Fortè erit, vt versus corrodat Næuolus istos.
Stulte tace, vel quid Næuole fac melius.

Ad Sabinam.

In mentem si quando venis, magis æstuo, quàm si
Vlla aliunde mihi visa puella foret.
Quod si te video par est hæc gratia, quàm si
Quæ rosea innectat labra puella meis.
Rursus te video, rursus mihi gratius istud,
Quàm si delitias virgo tenella paret.

Quas tu si facias, sed cur hæc gaudia sperem?
Nolim ego delitiis accubuisse Deum.

Ad Catharinam Rupellam Pictauiensem.

Si qua vel Ausoniis vel mando carmina Gallis,
Hæc animo mandas qualiacumque tuo.
Et recitas, saltem vt te sola teste probentur,
Tu, mea cùm pereas, te mea, non peream?

In Calliodorum.

Lauretum clarâ qui laudas voce, nec vllum,
De reliquis verbum Calliodore facis.
Quid tantum fecere tibi Magnusque, Petrusque,
Quidve Denissottus, quid schola tota mali?
Hos vt prætereas quos culta Lutetia, summis
Plausibus in cœlum docta per ora vehit.
Non hoc laudare est, non Calliodore tacere:
Sed malè de reliquis dicere, quando taces.

Ad Quintum.

Mitto tibi lepores, apros, mulosque, luposque,
Mitto aliud quiduis; omnia Quinte capis.
Vtpote qui (dicis) possis mihi nulla negare:
Tu cùm cuncta capis, nilne negare vocas?

De Iure Ciuili Romanorum.

Dum Latias meditor leges & Romula iura,
Quæ sunt immensis aucta voluminibus:
Nunc auidè Paulum, nunc perlego Pappinianum;
Nunc mihi sese offert Scæuola Serbidius.
Eheu quàm miserè illorum me ænigmata torquent,
Illos dum Proculus, Cassius hos agitat.
Vt me his extricem te consulo Bartole, at Echo
Protinus vt dixi Bartole, tolle, refert.
Iudicióne tuo te tollimus, ánne etiam ipsas
Ausonias leges, Bartole? tolle, refert.
Ergo tu cùm sic statuas: ego Bartole, leges
Romanas tollam: patria iura colam.

Ad Ianum Robertum.

Iustitiæ

Iustitiæ antistes, iuris consultus & æqui,
   Dic quâ præcipuè te ratione colam?
Plurima iudicibus, patronis plurima, verùm
   Vni plus debet Gallia nostra tibi.
Cur non agnoscat plus se debere, tuâ qui
   Arte magistratus, caussidicosque facis!

Ad Gullielmum Fornerium.

Téne ergo prætereo, magni pars magna Roberti,
   Quos iuris pridem consociauit amor?
Qui soluis veterum spinosa ænigmata legum,
   Et mediis prudens eruis à tenebris?
Qui non tam iuris quàm iusti doctor, & æqui,
   Gallicus hoc vt sis tempore Sulpitius.

Ad Florentem Christianum Aurelianum.

Quisquis carmina docta Christiani
Leges, seu Latio lepore tincta,
Siue sint sale Gallico referta:
Tam leges pia, tamque Christiana,
Et modò grauia, atque nunc tenella,
Tam cultis numeris & eruditis,
Vt quamuis taceat tabella nomen;
Florentis tamen esse iudicabis
Poëtæ, Maro qualis aut Catullus,
Et pii pia vota Christiani.

Ad Annam Robertum Iani Rob. F.

Nostris exigis inseri libellis,
O docti patris erudite fili:
Lubens obsequor, vt sciant nepotes
Iunctum amicitiæ fuisse vinclo,
Tibi Paschasium, ac ei Robertum.

Ad Iuliam.

Basia da sed quæ dat casta puella puellæ:
   Hæc non deficiunt semper at incipiunt.
Nolo ego delitias lasciui, Iulia, lecti;
   Quæ simul incipiunt, deficiuntque simul.

Digitized by Google

Ad Cupidinem.

Cur cinere aspergunt frontem post fata reuerti,
Ecquid & in cineres, nos meminisse iubent?
Hei mihi, iam totus viuus consumor, & igne
In cineres redigor, sæue Cupido, tuo.

In Diodorum.

Emendare tuos nolim, Diodore, libellos,
Vnica quos, verùm longa litura, notat.

Ad Sabinam.

Talis forma tibi est, talis prudentia, tantæ
Sunt & opes, vt sis Iuno, Minerua, Venus.
Iudicium Paridis nolito vtcumque vereri,
In te cùm solam treis coiere Deæ.

Ad Achillem Harlæum.

Alcides quondam, quondam & celebratus Achilles;
Græcus & Alcides, Græcus & Æacides.
Rursus & Alcides celebratus Gallicus olim:
Et tu nunc nobis Gallicus Æacides.

Ad eundem.

Misisti carneis nobis Harlæe ferinas;
Iudicia imperio qui regis ampla tuo.
Cepi. parerem tibi nam grauiora iubenti.
Miserit vlla cliens, dic age, quid faciam?

Ad Nicolaum Rapinum.

Quos das sponte, lego relegoque, Rapine, phaleucos,
O animæ, ô animi blanda rapina mei.
At mihi quamtumuis te pollicearis amicum,
I tamen, alterius quære patrocinium.
In ius te rapio plagii te Flauia damnat;
Qui me surpueris, culte Rapine mihi.

Ad Franciscum Coldræum.

Ducere seu Gallo tentes Epigrammata filo,
Seu Latiis scribas carmina sparsa iocis:
Exsuperas longè quot Gallica Musa Poëtas,
Et quotquot pariter Musa Latina colit.

Et iu-

Et iuuenis ſcribis, quæ vix prouectior annis,
Ac ne vix poſſit ſcribere Mæonides.
Hoc verè eſt Phœbi radiis fulgere, vel vno
Sidere plus niteat ſi quid Apollineo.
Ne me (haud agnoſco) Phœbum Franciſce ſalutes:
Cedo ſenex: iuuenem palma lubenter amat.
Vox eſt trita, colat Solis quam rara cadentis,
Et quam turba frequens exorientis equos.

Ad Scæuolam Sammarthanum.

Cùm Pulicem ſcripſi patrio ſermone iocabar,
Scilicet vnius, Scæuola, noctis opus.
I fuge, nec vanâ paſcaris imagine vitæ,
Tam moriture citò, quam citò nate Pulex.

De Marte & Venere.

Induerat galeam ſopiti Cypria Martis,
Certa nouo Martem fallere Marte Venus.
Ad quem Mars: & cur armata laceſſis inermem,
Armatum quæ me vincere nuda potes.

Ad Calliodorum.

Edere te, variis quæ ſcribis carmina chartis,
Hortor, tu prohibes: Calliodore ſapis.

Ad Ioſephum Scaligerum.

Ergo vale & longos olim victurus in annos,
Hæc tibi deuoti pignora cordis habe.
Obnixè vt tete obteſtor, ſic exigis à me,
Sis memor ipſe mei, ſim memor ipſe tui.

Ad Scæuolam Sammarthanum.

Hei mihi cur patrios infœlix viſo penates,
An ſine te poſſim viuere, tu ſine me?
Sammarthane vale pars noſtri; ſis licet abſens,
Te ſine non viuo, te ſine non morior.

Ad Ianum Toſſellum Borderianum.

Hoc tibi de reditu dum totus cogito, voui
Immortale meæ pignus amicitiæ.
Viue, vale, atque tui ſemper memor eſto ſodalis,

Hunc

Hunc & ama qui te, Borderiane, colit.

Ad Paulum Foxium, apud summum Pontificem legatum.

I liber, at Romam, nostro tibi Foxius illic
Nomine, sic paucis conueniendus erit.
Foxi, summorum Regumque Ducumque propago,
Stemmata qui seclis ducis ab innumeris.
Et iuuenis, quondam magni pars magna Senatus,
Regi à consiliis factus & inde senex.
Nunc ad Pontificem missus summumque piumque,
Res regni, & priscæ relligionis agis.
Me tibi Paschasius iubet impertire salutem,
Qui patriæ columen sis, populique salus.

Ad Arnaldum Ossatum.

Dum procul à nobis Romanas suspicis arceis,
Sanctaque sublimi templa dicata Deo:
Hæc nos è grauibus substraximus otia curis:
Quæ tibi si placeant, sunt placitura mihi,

Ad Muretum & Morinum, Romanæ Vrbis incolas.

Muretum saluere volo, saluere Morinum,
Quos doctrina vno iunxit amore duos.
Ambos & Gallos, ambos virtutis alumnos,
Quos simul æternæ detinet vrbis amor.
Gens quibus est eadem, quibus est eademque voluntas,
Vos saluere & idem carmen vtrosque iubet.

Ad Ianum Varium Regi à supplicibus libellis.

Multa tibi meritò Superi ornamenta dedere:
Nati at præcipue tibi nomine gratulor vno.

Ad Gullielmum Varium Iani filium.

Non rosa me mihi, crede Vari, non lilia nostros
Exornant versus: lilia cedo tibi.
Tam bene qui iuuenis lepidis me versibus ornas,
Ne valeam, nisi sis tu Rosa verna mihi.

Ad Iacobum Canaium.

Canaium

Canaium dixi, volui qui dicere Caium:
Longius vt nomen, grandius ingenium.

Ad eumdem.

Cùm te inter primos numeremque colamque sodaleis,
Scire voles, abs te cupidus quid quærat amicus,
Nec lege, Canai, sterileis nec despice nugas:
Sed medium si quid, lex hæc statuatur apud te.
Si quid ages, Psalmos Bucanani voluito: si nil,
Nos legito: ne nil; nostros defende libellos.

In Frontonem Medicum.

Brutidiam Fronto curauerat arte puellam,
Et nullam medico soluerat ægra stipem.
Conqueritur medicus: mulier sed, quam exigis (inquit,)
Mercedem ingenii, corpore Fronto luam.
Nec mora: conueniunt validis vtrinque lacertis.
Italicam medicus colligit inde luem.
Corpore qui pro opera voluit vir spurcus abuti,
An non mercedem, quam mereatur, habet?

De Amore.

Quisquis amas, nec te miserum solatur amica,
Accipe quæ tanto sit medicina malo.
Et subitò & longè, tardè rediturus abito;
Vt pestis, sic hac arte fugatur amor.

In Phormionem.

Et legis atque tuos recitas mihi, Phormio, versus,
Siue domi medio seu spatiare foro.
Quis te non magnum fateatur, Phormio, vatem?
Tam nulli sua sunt, quàm tua grata tibi.

De somno.

Sors diuersa licet, somnus solertia inani
Ditem inopemque æquâ conditione beat.

Ad Ponticum.

Vxor ducta tibi est, & abest iam Consule quinto:
Coniugem habes verè, Pontice, sed nec habes.

In Mathonem.

Sint

Sint licet argutæ communes asseris esse,
Quas nos Ronsardo scripsimus exequias.
Vtpote quæ possint cuiuis quadrare Poëtæ,
Si modò Phœbææ clareat arte lyræ.
Haud equidem inficior, verùm heus tu, dic mihi carmen
Si quod tu hunc sensum videris antè, Matho?
Annuis ingenuè, nunquam vidisse: quis ergo
Commune hoc, proprium deneget esse mihi?

Ad Candidum.

Ægrotum visis: sanum me visere cessas.
O vtinam nunquam, Candide, me videas.

Ad Lectorem.

Plurima me veterum sensa expressisse fatebor;
Ni fatear, fur sim, vel furiosus ego.
Multa sed ex aliis falsò sumpsisse putabis;
Quæ mea percupiam dicier, & mea sunt,
Conueniunt tamen hæc antiquis. Dii malè perdant
Antiquos, mea qui præripuêre mihi.

EPIGRAMMATVM
LIBER SEXTVS.

Ad Petrum Seguierum in Parisiensi Senatu Præsidem Petri Seg. Præs. F.

HVnc ego de multis contraxi in pauca libellum,
Integrum sine quo stare valebat opus.
Integer at cùm sis, reliqui prodire libelli
Integri sine te non potuêre mihi.
Atque hic, incautum nisi me sententia fallat;
Fortè alios vincet pondere, non numero.

De Lanceloto Vicino.

Tam bene qui narrat labentis funera Regni,
Vix dicas placeat, displiceatne magis?

Displi-

Displicet? immò placet: quidni? fœliciter edit
Concinnam miseri temporis historiam.

Ad Marinum.

Me quoties visis, toties hoc exigis vnum,
Scribendis animos adiiciam tumulis.
Namque mihi iusti licet argumenta doloris,
In quibus hic possim multa, Marine, refers.
Obsequerer certè superesset si modò nobis
Materies. sed deest. fac moriaris, erit.

Ad Claudium Binetum de Fragmentis Epigrammatum Petronij Arbitri pristinæ vitæ restitutis.

Vixit & occubuit multis Petronius annis:
Te sine, spes vitæ nulla prioris erat.
Huius sollicitus, curas extinctus vt auctor
A Phlegetontæis sit rediuiuus aquis.
Ergo bis natus tanto te vindice viuet
Arbiter arbitrio, docte Binete, tuo.

De Bercia.

Et virgo, & mulier: nupta atque innupta simul sum:
Vir, non vir, tanti est, hei, mihi caussa mali.

In Zoilum.

Carmine nescio quis, nos corrodente lacessit:
Respondere sibi me cupit. haud faciam.
Rursus at ecce magis, magis insectatur & vrget.
Respondere sciat me sibi, dum taceo.

De Phryge.

Millia surpuerat Phryx; surripiuntur eidem:
Exspes inde suâ fertur obisse manu.
Quum nequiit Prætor fugitiuo infligere pœnam,
Nunquid se merito Phryx dedit exitio?

In Ponticum.

Vt te collaudem, multis tua Pontice verbis;
Nec tua tam, quàm quæ sunt aliena tonas.
Hinc ego nobilium traho stemmata (dicis) auorum,

Hoc

Digitized by Google

Hoc pater, illud auus gesserat, hæc proauus.
Laudo: sed dum tot nobis & tanta recenses,
Non ornare tua est, verùm onerare tuo.

Ad Scæuolam Sammarthanum.

Quod volo, Lælia vult: sed abest occasio, tempus,
Atque locus; nobis his sine languet amor.
Tempus adest: nec abest locus atque occasio; non vult:
Ni velit emoriar ni quoque languet amor.
Et cupit, & tempus, locus & succedit vtrique:
Fortè erit vt nolim cùm magis illa volet.
Sic vel inanis amor, vel si quid amare necesse est
Vnum velle, vnum Scæuola, posse duos.

Ad Carolum Balsacum Dunæum.

Annis iampridem colui te, Balsace, multis,
Qui mihi tum solo nomine notus eras.
Nunc animum video fortem, moresque benignos,
An dubitas posthac, Balsace, quid faciam?

Maximiano de Ano.

Si quos edit Anus libros tibi dedicat; omni
Nec quisquam est illo pauper in orbe magis.
Et tibi fœlici & locupleti donat: at ille
Dum dicat, vt dites, Maximiane, petit.

In Polium.

Dum furit, & ciueis morbus grassatur in omnes:
Dum dirâ flagrant omnia colluuie.
Dum fugimus; remanet Polius securus in vrbe;
In pestem pestis non habet imperium.

De Sabelliano.

Ampla prædia comparauit ære
Multo, magnificus Sabellianus,
Ille nec locuplete patre natus,
Nec patrociniis suis beatus:
Thesaurum hercule credidi eruisse.
Verùm posteaquam die supremo
Perfunctus superas reuisit arceis;

Ecce fœnora tanta creditores,
Et tam dira petunt, vt vnus vni,
Ne quidem minimus supersit hæres.
Thesaurúsne igitur Sabelliano
Tot palatia, tot domos superbas?
Egestas potius parauit illi.

In Lupanaria.

Coniugii coitus vir si mulierque diurnos
Effugiunt & in hoc hinc sit & inde pudor;
Quos tamen ipse Deus, vel publica vinxit honestas:
Turpius heu quanto turpe lupanar erit?

Ad Labienum Caussidicum.

Nulli operam te, inquis Labiene negare clienti,
Cur neget is, cunctis qui, Labiene, locat?

Ad Læliam.

Sim tuus optat Amor, volo te me Lælia non vis,
Atque velis, meme tempus abire iubet.
Deinde maritus adest nostri explorator amoris:
Heu quid agam sperem, quid cupiamve miser?
Quando tot in nostram coniurauére iuuentam,
Ipse ego, tu, coniux, tempus, Amorque simul.

De muliebri pudore.

Hoc fato muliebre genus natura creauit,
Huius vt assiduus regnet in ore pudor.
Vim roburque viro non vllo aspersa pudore,
Corporibus robur, vim dedit ingeniis.
Corpore & ingenio qui cætera vincit, eundem
Virgineus potis est exuperare pudor.

In Frontonem.

Accusem quòd te, succenses; radito nomen;
Dum modo Fronto simul raseris & vitium.

Ad Ambrosium Paræum Regiorum Chirurgorum Primicerium.

Chirurgo primas Reges tribuêre Paræo;
Vsu, naturâ, reliquos quia vincit & arte.

De Regum ſtipatoribus.

Qui voluit multo ſtipari milite Reges;
Quòd timeant Reges, cenſuit eſſe aliquid.
Ergo timent? cur non? quando metuantur & ipſi:
Securi, timeant ne timeantur, erunt.

Gallia.

Patrum dicta probo. nec ſacris belligerabo.

Ad Matheum Boſſulum.

Boſſule qui multis fama mihi cognitus annis,
Fœdere nunc propius iunctus amicitiæ.
Argentoliacus quæris quid reddit agellus:
Ambitus hic nullâ languet auaritiâ.
Contentus modico, teneris indulgeo Muſis,
Incumboque meis liber amicitiis.
Hic vini fragrantis opes. aërq; ſalubris:
Nî ſatis hæc, nuſquam, Boſſule, quid ſatis eſt.

Ad Ponticum.

Si quando recito noſtros tibi, Pontice, verſus,
Multa quidem laudas ſed meliora cupis.
Hæc ego reſtituo, vel reſtituente Catullo,
Virgilio, Flacco (dicis) & Auſonio.
Iſta ſatis laudo, verùm non obſequor; vt qui
Quæ mea ſint quamuis deteriora ſequar.
Digna refers fateor, ſed ſenſu diſſona noſtro:
Non rapiant. quid tum? carmina noſtra fluent.
Cuique ſuus Genius. nòn omnibus omnia paſſim
Conueniunt, quæ quis dixerit appoſitè.

In Corbulonem.

Serpere humi verſus quos ſcribo Corbulo dicit:
Ipſe ſuos pennis eleuat Icariis.

Ad Rupæas Pictauienſeis matrem & filiam.

Et decorant arteis, decorantur ab artibus ambæ;
Docta parens; doctum, nata, parentis opus.
Fœliceis! virgo. tali quæ nata parente;
Mater, cui talis nata ſuperſtes erit.

Vi

Vis eloquentiæ.

Vrbibus Amphion vitam ſaxisque dediſſe,
Fertur, & exanimum verſu animaſſe nemus.
Phœbus, Amor, Mauors, permulcet, delinit, armat,
Voce, dolis, ferro, ſaxea, bruta, viros.
Imperat iſte viris, brutisque virisque Cupido:
Mars, Amor, à Phœbo, quo ſuperentur, habent.

In Marcum.

Serica cùm geſtet non vllus tempore mœſto
Quo feſtum morti ſacra dedère diem;
Vnus inaudito Marcus velatus amictu,
Veſtibus oſtrinis purpureisque nitet.
Omni autem populo miranti, ſicne paternos
Ille noua cineres relligione colat.
Hæc ego (reſpondit) non geſtaturus, amici,
Ni pater è viuis occubuiſſet, eram.

Ad Torquatulum.

Non viuit ſibi, qui ſoli, Torquatule, viuit,
Si verè tibi vis viuere, viue aliis.

Ad Vxorem.

Si quæ res mihi ſit domi forisve;
Vxor poſſidet, ac ei quadrantem,
Ne quidem minimum negare poſſum:
Et penu fruitur pecunioſâ,
Et villas habet, & domos, & agros:
Verùm ſi genio vaco beatus,
Vel de tempore quid remitto prudens;
Ecce mirificè tumultuatur.
Et magnas miſero ciet querelas;
Me mihi, atque ſibi, meisque deeſſe.
At tu, quæ miſerum virum laceſſis,
O coniux, fruere omnibus meis; ſed
Tantillum ſine me frui meipſo.

In Plagiarium.

Non ſcribis, furaris inops Plagiarie; & ambis,

Furtiuus volitet notus vt orbe liber.
Quamquam ementiti patris est laudanda voluntas;
Notus erit quem scit quilibet esse nothum.

Vinum.

Dixerunt tignum domus & quo vinea constat,
Hinc tigni iuncti formula prisca fuit.
Quàm pulchrè iuris vetus id prudentia cauit;
Cui ratio Vini, non secus atque domus.
Multa domus nobis, sed profert vinea plura;
Namque domus vitæ est, vinea pars animæ.

Ad Linum.

Carmina multa Matho mittit tibi; nulla remittis:
Spernere non hoc est hunc, Line, sed sapere.

Ad Ollum.

Basia nocte, diu multumque Aurelia quærit:
Quî fit vt, Olle, diu basia nocte feras?

Ad Paridem

Venus, Minerua, Iuno, pulchra, prouida,
Potens amat docet, beatque quemlibet:
Puella Cypridi, Mineruæ honos sacer,
Domos, agros, opes, suprema Iuno dat;
Proinde videris trium elegantior
Quæ erit; datoque ei, misello, præmium:
Caue at, ruina ne sit omnibus tuis.

In Amoris effigiem, ad pictorem.

Quis puer hic nudus, cœcus, pharetratus, & ales?
An Deus, an monstrum, dic mihi pictor? Amor.
Aliger? erro igitur simul & mutabilis? immò
Quòd volat hàc illàc vt potiatur amans.
Ergo cur nudus? nudo quòd pectore amanteis,
In tenebris lateat nec diuturnus amor.
Sed pharetram gestat, ferit, & cur cœcus? amator
Vix est, qui videat, cur amet, aut quid amet.
Quid puerum fingis, qui tot per sæcula vixit?
Viuere tum cessat, quando senescit amor.

Forsan

Forsan ei temerè hæc adscribis. & hercule cuncta,
Vnum si demas, ah miser experior.
Nulla pharetra mihi! ferit vnica Siluia: noster
At puer, at nudus, cœcus, & ales amor.

De seipso.

Expositæ ædeis sunt multis aliunde fenestris,
Nam quod ago, notum cuilibet esse volo.

Ad Nicolaum Paschasium filium.

Sic age cum Superis quasi te plebs audiat omnis:
Sic age cum populo, Dii quasi te videant.

Ad Quintum.

Vix perarata mihi messis trigesima dicis:
Annuo, nam cur id te profitente negem?
Sed simulatque tuæ numerasti tempora vitæ,
Protinus hanc morum subiicis historiam.
Labitur in vitium præceps malè sana iuuentus,
Sæculaque in peius posteriora ruunt.
Hoc fit: at illud erat nostris iuuenilibus annis:
Heu quam distabant tempora prisca nouis!
Prima, Quinte mihi iuuenis tu fronte fuisti;
Qui tamen hæc narres, te puto, Quinte, senem.

De Venere.

Vror & in lachrymas meus hic euanuit ardor,
Vt lachrymis oculi fluminis instar eant.
Ignem nec lachrymæ, lachrymas nec temperet ignis:
Scilicet in gelidis Cypria feruet aquis.

De Dina.

Si celebro, Latio celebro sermone puellam,
Si rogito, Latiis versibus hanc rogito.
Negligit, vt quæ expers Latii: sermone colamus
Hanc patrio, rursus negligit illa magis.
Quid non despectus cogit? facit vt Dina linguam
Tam sapiat Latiam quàm sapit & patriam.

De sua Catella clauda.

At vobis malè sit malæ tenebræ,

Quæ mi candidulam meam Catellam,
Meas blanditias ferè abstulistis.
Lugete ô Veneres, Cupidinesque,
Dicebat lepidus Catullus olim:
Flete nunc Veneres Cupidinesque,
Vestri claudicat heu, catella vatis:
O fatum miserum atque lachrymosum!
Sed non sic lepidus Catullus, at sic:
Passer mortuus est meæ puellæ.
Lusus quæ dabat antea iocosque,
Lusus non dabit amplius iocosque.
Quæ sic vixerit, ah catella non est.

Ad Sabinam.

Æquora quot conchas, voluit quot littus arenas,
Quotque humeris magnus lumina fulcit Atlas,
Oscula da trepidis labris coeuntia in vnam
Vt se animam geminus colligat intus amor.

Laidis speculum.

Hoc Veneri speculum Lais rugosa dicaui,
Consilium formæ quod fuit antè mihi.
Forsan & impressa huic nostræ sunt spectra iuuentæ;
Exemplar formæ sumat vt inde Venus.

In Labienum.

Versibus expressit Latios Labienus amores,
Et queritur sua quod pectora pungit amor.
Hunccine pungat Amor non sat scio, at hoc scio, amores,
Quos scribit, nullâ pungere particulâ.

In librum Basiorum Iani Bonefii.

Hinc tua si dentur, Veneris mihi dentur & illinc,
Aspernor Veneris basia, sumo tua.
Et tua cur? quoniam quæ nectis basia, mille
Intus alunt Veneres, in Venere vna Venus.

Ad Ianum Baiffum.

Condico tibi, mi Baiffe, cœnam
Hanc non Pontificalem, Apicianam;

At con-

At condico tibi Baiffe : sed quam ?
Gratiis & Apollini dicatam,
In qua quòd dedero velim rependas.
Si sal, si lepores dabo, vicissim
Tu sales dabis, & dabis lepôres.
Mellitas paro si dapes, tuo tum
Apes mellificæ fluent ab ore.
Optimum tibi quid repono ? rursus
Optimum mihi largius refundes.
Verùm tres Charites adimpleamus :
Aureli simul, & simul Binete
(In tanto grege pars ero pusilla)
Vos accerso duos ego. sed an non
Implendus numerus nouem sororum ?
Haudquaquam, quid ita ? aduenite, apud me
Treis erunt Charites, nouem sorores.

Ad Franciscum Ambosium.

Tam lepidè versus facis, & tam leniter oras,
  Vt nunc sis Hermes, nunc & Apollo mihi,
Credo ego te, Ambosi, mensis accumbere Diuûm :
  Quin ego te credo nectar & ambrosiam.

Ad Ioachimum Bellaium.

Redde mihi ingenium solitasque in carmina vireis;
  Faustinam potius sed mihi redde precor.
Faustinæ atque suos ludens Ioachimus amores,
  Hæc fundit Cypriæ vota precesque Deæ :
At mihi si teneram reddat Cytherea Sabinam,
  Reddiderit dominam, reddet & ingenium.

Arbor nucifera.

Non ferior sterilis, sim fertilis. heu petit omnis
  Me populus saxis; quodque fero, ferior.

Ad Sabinam.

Sabinas veteres, vetus pudoris
Exemplar memorat mihi (roganti
Vt desiderium expleat) Sabina.

Quid hæc virginitatis inuolucra,
Quid hæc ludicra castitatis ornas?
His his te cupio magis pudicam.
Iacturam siquidem noui pudoris
Fecerunt tetricæ palàm Sabinæ:
Ipse clàm volo te frui, Sabina.

Ad Angelum Politianum.

Mitto vina, sitim malles me mittere: mitto.
Quandoquidem acccendunt ignea vina sitim.

Ad Sabinam.

Amabo, mea turturilla, amabo,
Amabo, volupe ô meum meum cor,
Da mi blanditias, iocos, lepôres,
Da mi fulgureos tuos ocellos,
Frontem, labra, genas, manus, papillas;
Da totam simul adsuauiari.
Ah fugis, fugis ah proterua, quid me
Istis nequitiis misellum inescas?
At non, non ita Dii me ament amantem,
Non feram, patiar, sinamve Amori
Tam graue vt plagium scelesta faxis,
Ac te surripias mihi tibique.
Atat iam teneo fugacem anhelus,
Victor quem referam Dii triumphum!
En vernas violas suaue rubras
Millenâ tero basiatione,
Victori hic locuples erit triumphus.
Quid renitteris? obstinatiora
Carpo basia mille singulatim.
Labris millia, millia en ocellis,
Genis millia, millia en papillis,
Obsignabo, licet puella nolit.
Hisce nequitiis & illecebris,
Iam transpiro animam, volauit ad te:
Hisce nequitiis & illecebris,

Transpiras animam, volauit ad me:
O quis se mage prædicet beatum!
Verùm heu quàm miseram beatitatem!
Nam quare mihi das tuos ocellos,
Frontem, labra, genas, manus, papillas?
Quid micantibus enecas ocellis,
Labris, fronte, genis, manu, papillis?
Isthæc osculer vt satis superque,
At non hæc faciunt satis superque:
Totus ni fuerim, Sabina, ocellus,
Frons, & labra, genæ, manus, papillæ;
Ni sim denique basium, nihil sum.

In Iani Bonefij Basia.

Iani Basia dum lego Secundi;
Ianum censeo nemini secundum;
Quod magnus quoque censuit Poëta:
Iani Basia dum lego Bonefi,
Secundo puto, Iane, te secundum,
Et dum censeo, Iane, te secundum,
Iane, tu mihi totus es Secundus.

In conductitios aliena industria Encomiastas.

Docto præfigis malè doctum Epigramma libello,
Emoriar, si non ingeniosus homo es.
Nam tua parturiant cùm nullos otia libros,
Ex aliis vitam, quam dare fingis, habes.

Rege digna sententia.

Iniurii vel viuite, aut non viuite:
Vox hercle verè digna Principe optimo,
Tranquillitati qui studet regni sui.

Ad Nicolaum Paschasium filium.

Perpendas primo tibi quod genus vtile vitæ;
Nec temerè ad quamuis aggrediare viam:
Et ne ventosi fumos sectare theatri,
Sed quod naturæ congruet & genio.
Lecta via est: mox te iubeo bene velle, deinde

Proximus huic tibi sit, non resilire labor.

De seipso.

Hoc Deum rogito benigniorem,
Ne contemnar ego, nec inuideri
Me sinat: tamen alterutrum eorum
Si det (quo mihi nil magis verendum)
Sperni non sinat, at det inuideri.

Tres Charites.

Quicunque Charites tres sacrauit antiquis,
Nudas simul, duasque corpore auerso,
Aduerso & aliam: an mirus artifex ille,
Eâ sub vmbrâ credîdit rependendum
Cùm fœnore duplici beneficium, ac nudam
Verè esse gratiam, nec arte adumbrandam?

Ad Lectorem.

Plurima ne pereant taciturnæ Epigrammata chartæ
Commisi: me sic delituisse iuuat.
Cur igitur tacitæ meruere silentia noctis?
Nempe quod expresso nomine multa cano.
Vera canam, verum nunc audit nemo lubenter;
Falsa placent, sed habent tempora quæque suum.
Eruta de nostris quæ sunt fragmenta libellis,
Forsitan è tenebris eruet alma dies.

Ad Georgium Bucananum.

In te vno quòd sint multi Bucanane, Marones,
Ac dederint talem sæcula nulla virum:
Hoc de te primo cœlum spondebat ab ortu;
Nomine subque tuo, numen & omen erat.
Nam Canere est vatum; vatum Tuba, Buccina, Bucca;
Et Canis Annis nobilitatur opus.
Hæc tua sunt Bucanane, tuoque in nomine cuncta,
Canus & Annus, item Buccina Bucca, Cano.

In Aprum.

Tu me imitatorem seruum pecus asseris, esto:
Dum facilè hoc seruum non imiteris, Aper.

Ad Ianum.

Capta Sabina ſuis, eius ſum captus ocellis:
Dic mihi quem cenſus Iane, dolere magis?

Ad Poſtumum.

Prima mihi meta eſt laudent vt Poſtume docti,
Mireturque meos cætera turba libros,
Proximus inde labos, hoc ſi non aſſequar ipſum,
Vt mea lector, amet, vel mea lector emat.

Nauv.

Quæ iacuit ventorum abies proſtrata procellis,
Hinc timide ventos facta carina fugit.

Ad Robertum Garnerium.

Carmina ſeu Gallo tentes elata cothurno,
Seu patrio reddas ciuica iura ſolo;
Vnus præ reliquis; Garneri candide fulges,
Garneri patrii luxque decuſque ſoli.
Sic ne nocturnis fluitem vagus erro tenebris,
Ecce tuo mittis cerea Paſcaſio.
Nam tu ſi quid agis, Garneri, ſcilicet hoc eſt,
Vis lucere tuis, vis tibi, vis patriæ.

De Helena.

Cerea quo Superis feſto ſacrata parantur,
Vidi Helenam: ô quantum huic conuenit iſta dies.
Lucidula ad ſummos rapiunt nos cerea Diuos:
Huius ego totus lumine raptus agor,
Igne diem celebrat, celebramus & igne viciſſim:
His ſuperi; nobis igne colenda Dea eſt.
Omnia cum ceris ſunt ignea: terque quaterque
Fœliceis, ſi nos cereus vrat amor.

Ad Sabellum.

Ad cœnam Veneris die voco te:
Hac non cœno die, Sabelle dicis.
Ad cœnam te ideo voco, Sabelle.

In Pontilianum.

Olim dilexi, nunc non amo Pontilianum:

Ecquid

Ecquid amem? ſe non Pontilianus amat.

In Lodoicum IC.

Iuriſconſultum hacce nota tete aſſeris I C.
Quid ſi inconſultum quis Lodoice putet?

In Alumnum.

Qui crucias ſeruos, abs te cruciaris Alumne:
Longè eſt ſeruili ſors tua deterior.

Bacchus.

Annoſum lymphis quantumuis ablue Bacchum:
Vinea, vis lymphis ignea ſemper erit.

Ad Petrum Albenum.

Ad noſtros igitur lareis adiſti,
Albene ô hominum venuſtiorum
Quot ſunt & quot erunt lepos venuſte:
O diem niueum mihique feſtum!
At quo fœnore te remunerabor?
Non os, non oculos, genas, manusve,
Non caput nitidum ſuauiabor,
Sed mentem lepidam, iocosque molleis,
Mores ingenuos, pios, vetuſtos:
Solemnemque tibi ac tuis dicabo
Hunc, Albene, diem, diem quotannis
Hunc albo mihi calculo notandum.

Pinus.

Quæ modò frondebam ſyluarum gloria Pinus,
Pinus ab Arcadio conſita prima Deo.
Inuidere mihi dum celſa cacumina venti;
Æolio infelix turbine victa ruo.
Extimulas quid me mercator auare, iacentem;
Nec tumuli pateris membra quiete frui?
Ad vaga terrarum quid me commercia pungis,
Præcipitique iuuat ſubdere remigio?
Falleris: eſſe ratem ſi ſenſerit Æolus, is me
Obruet æquoreis inuidioſus aquis.

Ad Achillem Harlaum Baumontium præſidem.

Qui reliquis luces, tibi lucida cerea mitto:
Nam cumulare iuuat fluctibus Oceanum.

In epitaphia Othonis Turnebi, à Stephano & Adriano Turnebis fratribus edita.

Tartareo Alcides Ægidem soluit ab Orco:
Hoc fratri frater præstat vterque suo.
Is ferri, sed vos acie ingenii: ille sodalem,
Vos fratrem: vestrûm quis rogo maior erit?
Et Deus Alcides; vitam dum redditis vni,
Vita in perpetuum panditur vna tribus.

Ad Vidum Liedum.

Offato, Liedus, meo suoque
Commendet cupio meos libellos:
Aristarchus & hic & ille magnus:
Vteruis probet, omnibus probabor.

Ad Ianum Clericum Libellorum Supplicum Præsidem.

Septenis quod tu repetitis sæpius ornas
Versibus, has Regis, pia lustra, potentis eremos,
Nil Regali animo, nihil hac pietate, tuisque
Nil numeris, numero nil denique sanctius illo.

Ad Renatum Hennequinum Sarmosium Regi à supplicibus libellis.

Te si, perlepide Hennequine, viso,
Mearum locuples ineptiarum
Censor, clam mihi mussitas, in illis
Esse nescio quid quod huic & illi,
Veris nominibus quadrare possit;
Mutato quasi nomine annotarim
Multa, quæ tacitè putes notanda.
Has fingis tibi somniationes
Quas audit trepidè innocens amicus:
Vah scripsisse piget iocos inaneis,
Ansam cum dederint pio proboque,
Nunc me, nunc alios calumniandi.

Ad Callo-

Ad Calliodoram.

Quod vagus hac animus mihi nunc, nunc fluctuet illac,
De nostrâ dubitat, Calliodora, fide.
Quantò in amore leuis passim mage fluctuo, tantò
De nostrâ debet certior esse fide.

Ad Sabinam.

Charino soror est Petronia, in quam
Exercet tacitas molestus iras;
Quod scit & soror: attamen Charino
Si quid accidit, aut rei, aut negoti;
Ecce protinus itur ad sororem:
Nec Petronia denegat roganti.
Hinc quod iudicium, Sabine, faxis?
Fratrem pessimum, & optimam sororem.

Ad Steph. Taborotium Regium apud Diuionenses Patronum.

O mihi nec facie, nec nomine cognitus olim
Verùm nunc solo notus ab vngue Leo.
Siccine tu, quod sim, cupias auidissimus esse,
Siccine sim voti pars ego tanta tui?
Sic Macedo, Regno hunc nisi sors augusta beasset,
Optabat Cynici non nisi sorte frui

In Pannicum.

Ad nutum vendit quicquid, librarius, edis,
Et legitur passim nomen in vrbe tuum.
Nescio quæ nostras, hoc dum fit, vox ferit aureis;
Desipiunt plures, Pannice, quàm sapiunt.

Ad Iulium Garsentium.

Orat magnificè vnus inter omneis,
Versum Iulius & facit venustè:
Inter fatidicos Patronus, idem
Inter caussidicos Poeta summus.

De Poetarum amoribus.

Ardet amore suæ Daphnes miserandus Apollo,
Quem Peneia fugit, nullâ violabilis arte,

Hinc

Hinc fit laurus, & hinc laurus sacrata Poetis:
Hinc vates & amant, dominamq; hinc versibus ornant;
At dominâ rarò, raro potiuntur amicâ
Atque vt Phœbæa decorant sua tempora lauro,
Sic iidem referunt ingratæ præmia Daphnes.

In Cæcilianum.

Quæ faciunt omneis, tibi sunt bona, Cæciliane;
Atque hinc vis vt te, Cæciliane, probem.
Nec probo, nec probus es nobis: cui cuncta probantur,
Emoriar si sit, Cæciliane, probus.

Ad Librum.

At tu perfide quo libelle pergis?
Dum non vis dominum manum à tabellâ
Summam tollere, fis Liber, Libelle.
Libellum dare, non Librum spopondi.

Ad Lectorem.

Si qua vel hîc scateant mendis, vel si qua lituris;
Iunctaque sint falsis plurima verba notis:
Id ne tu nobis adscribe, librarius ipse
Ingenuè culpam dixerit esse suam,
Multa ego percurri, quæ me scripsisse puderet;
Purgandisque locum Bibliopola dedit.
Hunc lege, vel supple si quicquam te male torquet;
Ni facias, vitium dic mihi cuius erit?

Ad eundem.

Pasquierus, Gallo (nomen si forte requiris)
Nuncupor, at Latio nomine Paschasius.
Hæc ego de multa ludebam carmina nocte:
En sol è tenebris exoriare mea.

EPITAPHIORVM LIBER.

Ad Lectorem.

Lusimus,

LVsimus, at lusus tumuli lachrymæque sequuntur:
Scilicet obrepit mors inopina iocis.
Sed quia te forsan lususque iocique iuuabunt;
Sunt etiam lachrymis ludicra mixta meis.

Alexandri Magni Epitaphium.

Oppressis Indis, Asiâ, Ægyptoque subactâ,
Magnus Alexander protinus interiit.
Viuit in æternum, quia primis occidit annis:
Si plus vixisset, viueret ille minus.

Iustiniani Imperatoris.

Flauius, Augustus, fœlix, pius, inclytus, Afri,
Vandalici, Alani victor & imperii,
Francicus, Anticus, & Goticus, Germanicus, idem
Allamannicus, hoc marmore contegitur.
Quis docet hæc? lapis vnus: at ô spes vana potentum,
Tot titulos, mutum non nisi marmor habes.

Francisci Lothareni, Principis Gusii.

Pro patriâ victor, toto qui cognitus orbe
Gusius, auerso vulnere procubuit.
Occidit ergo fugax? imò fortissimus hostis
Non potuit tanti lumina ferre ducis.

Desiderii Erasmi.

Quæ Desiderio mors nos orbauit Erasmo,
Heu desiderium quam longum liquit Erasmi.

Guillielmi Budæi.

Nec voluit viuus fingi pingiue Budæus,
Nec vatum moriens ambiit elogia.
Hunc, qui tanta suæ mentis monumenta reliquit;
Externa puduit viuere velle manu.

Oppia.

Vestalis virgo, violati ob claustra pudoris,
Oppia, eheu, diro marmore viua premor.
Quam natura aliis mortalibus esse quieti
Iussit humum, soli est hæc mihi supplicio.
Siste, & mirandum hoc, miserandumque aspice: virgo,

Non

Non virgo, tumulo, non tumulata tegor.

Ianæ Violæ.

Nata inter Violas molli requiesco sopore,
Illa ego flos formæ, flosque pudicitiæ
Cætera flos, nisi quod breuius ver floris; at istud,
Quæ vireo æternùm, nescia sola pati.
Vere meo potui quamuis longæua perire;
Nam fuit ætatis ver mihi perpetuum.
Pro lachrymis igitur flores hic sparge, viator,
Parua etiam Violas hæc dabit vrna nouas.

Hermaphroditi.

In binis vnum, duo corpora corpore in vno,
Hoc tumulo, his tumulis consociata iacent.
Fœmina virque; at enim quid si nec fœmina, nec vir;
Istorum neutrum, sint quod vtrumque simul.

Francisci Castanii Rupeposai.

Scaligeri iacet hic Mœcænas ille Iosephi:
Non satis? hoc vno cætera, Lector, habes.

Franciscæ Belinæ vxoris.

Iusta hæc viuenti coniux, tibi soluo Belina:
Nempè amor extinctæ me superesse vetat.

Sebastiani Luxemburgæi.

Quem lucem in Burgo Galli dixere penates,
Ille ego Gallorum luxque decusque fui:
Et quem Martigenam, Martis de nomine, verè
Mars ego pro patriâ fortiter occubui.
Ergone Mors Martem? Mortem Mars ipse peremit:
Nec lucem mihi Mors abstulit, imò dedit.

Gasparis.

Gasparis vnius non funus; funere in vno
Eheu quantorum funera mœsta vides.

Caroli Burgundiæ Reguli.

Carolus hic situs est, Burgundi, Carrolatensis;
Ille Brabantini dux dominusque soli.
Flandrorum, Atrebatum dominus, dominusq; Namursi,

Et Frisiæ; dominus non tamen ipse sui.

Francisci Momorantii, Equitum Magistri.

Cui nihil in votis potius quàm Francia, quàm res
Francorum, quam lex Franca salusque fuit;
Hoc Francisce iaces, heu verè Francice, saxo:
Quid si etiam tecum Francia tota iacet?

Arturi Cossæi Gonnortii Equitum Magistri.

Sat sibi, sat domui, claro sat vixit honori
Cossæus; patriæ non satis, ac populo.

Adriani Turnebi.

Quod, Turnebe, tibi doctoque, proboque, pioque,
Solemneis rarus soluerit inferias:
Ne culpæ adscribas doctisque, probisque, piisque,
O raros inter, vir numerande, viros.
Nam quid in astra iuuat tumuli tibi ducere sumptus,
Quem certum est seclis viuere perpetuis?

Philippi Cominei.

Gallorum, & nostræ laus vna & gloria gentis,
Hîc Cominæe iaces, si modò fortè iaces.
Historiæ vitam potuisti reddere viuus,
Extincto vitam reddidit Historia.

Bonifacii.

Qui quondam irrequietus, & frequentes
Belli miscuit, & graueis procellas;
Versutus, tumidus, procax, cruentus;
Aduersis humilis, ferox secundis;
Fumos vendere doctus atque ventos;
Qui neutris placuit, nec his, nec illis;
Hic idem sibi dum parat quietem,
Ventorum varias ciet procellas,
Quas nusquam veteres tulere soles.
Sic mors turbine turbulentum honorat.

Michaelis Hospitalii Franciæ Cancellarii.

Hîc cineres Michaelis habes, hîc conditur ille
Gallus Aristides, nostri Cato temporis alter,

Quique

Quique sophis septem numero superadditur vnus.

Caroli Molinæi Iurisconsulti.

Hic iacet ille fori Molinæus gloria nostri;
Hic iacet antiquæ lausque decusque togæ.
Vidimus hunc operam multam nauare clienti;
Vidimus hunc ipsis scribere Caussidicis.
Sacri ergo ingentes auri cumularat aceruos?
Propria non domus huic, qua recubaret, erat.
Roma suos taceat. nihil hoc celebratius? esse
Cui licuit nostro tempore Fabritium.

Guillelmi Marliaci.

Dum tibi non parcis, requiem dum Regis & aulæ
Vnus præ cunctis irrequietus obis.
Mors quoque dira (nefas) non parcit, at imò pepercit;
Quam tu nescieras, nam tibi dat requiem.
Ergo qui vixit patriæ, sibi mortuus olim;
Nunc moritur patriæ, viuat vt ille sibi.

Caroli Marliaci Consiliarii, Guliel. filii.

Æui quinque sui vix lustra peregerat, omni
Isque Palatino munere functus erat.
Scripserat, orarat, Patrum mox scriptus in albo,
Grande aliquod tacita mente premebat opus.
Miraris verno raptus quod flore iuuentæ
Carolus? à pueris cœperat esse senex.

Iosephi Molai.

Vos ego Veneres, Cupidinesque,
Vos ego Charites Venustiores,
Et quicquid tegit ampla Regis aula,
Melliti, lepidi, atque mollioris.
Vos imploro ego, flete mollicellum:
Periit molliculus Molæus ille
Qui vos toto animo periit olim,
Quem vos toto animo magis peristis.
Periit molliculus Molæus ille:
Qui si mollitiem suam sequutus,

Nullam militiam nouam parasset;
Hoc nil gratius elegantiusque,
Verùm dum male miles excitatus
Classicum patriæ sonare fertur,
Molirique suis, miser, ruinam;
Anceps mobilis anne mollis esset,
Mollis mole suâ miser periuit.
Vos tamen Veneres, Cupidinesque,
Vos tamen Charites venustiores,
Et quicquid tegit ampla Regis aula,
Melliti, lepidi atque Mollicelli,
Mellitum, lepidum atque mollicellum
Flete molliter vt misellus hic qui
Vobis viuere molliter solebat,
Mortuus sibi molliter quiescat.

Petri Aretini.

Primorum mastix, molli hac requiesco sub vrnâ;
  Viuenti cui mens irrequieta fuit.
Nulli ego mortali; Superis si forte peperci,
  Ignoti Superi fortè fuere mihi.

Iani Brinonis.

Hîc situs est Brino quondam ditissimus, at qui
  Prodigus in cinerem cuncta redegit inops.
Sed dum fortè aliquid, decoctis omnibus, esset;
  Heu moritur; verè fiat vt ille cinis.

Baptistæ Manilii Regii Patroni.

Mænilius iacet hic, quo non ex omnibus alter
  Comior, aut melior candidiorque fuit.
Nec tamen innumeris videas è vatibus vnum
  Qui tanti decoret funera clara viri.
Scilicet hoc vno moriente euanuit omnis,
  Et pudor, & pietas, simplicitasque patrum.

Petri Rami.

Dum famam totum Ramus dispergit in orbem,
  Ramus & Eois notus & Hesperiis,

Hunc

Hunc mare florentem terris inuidit, eumque
  Fex populi rapidis effera mersit aquis.
Ergo apud ignotos, tumulique vagaberis expers,
  Rame, eheu Gallis exul & erro tuis.
Qui disciplinas, variasque vagatus in arteis,
  Cuius per celebreis fama vagata vias:
Qui Geometra animo tantum telluris obiuit,
  Vno non potuit mortuus esse loco.
Exulat erro? imò fortunatissimus; vt quem
  Mors vetet ingrato condere membra solo.

Cuiusdam.

Quæris quis iacet hac, viator, vrnâ:
Nomen nescio, nesciebat ipse.

Mariti & vxoris.

Vna dies natalis eis, fatalis eisdem.
  Attulit alba duos, abstulit atra duos.
Ambo fœliceis; tumulo conduntur in vno,
  Fœliceis vno qui iacuere thoro.

Ianæ Marianæ.

Haud tumulum, at thalamũ: thalamũ? non, imo viator,
  Et tumulum & thalamum si pote cerne simul.
Sæuus adulterii pœnas à coniuge coniux
  Dum petit, heu. iugulat me miseram hoc thalamo.
Sic mihi qui thalamus tumulus quoque: scilicet idem
  Causa mihi lethi, lætitiæque fuit.

Cleandri infantuli.

Hæc prima est teneri lux & suprema Cleandri,
  Cui vix dimidium fata dedere diem.
Vidit vt ærumnas mundi pereuntis acerbas,
  Ingemuit: cœlum mox sine labe petit.

Marriolenæ Catellæ.

Fida suo domino custosque comesque, viator,
  Si qua catella fuit, Marriolena fuit.
Quattuor hæc mecum vixit mihi, non sibi, lustris;
  Nutibus applaudens officiosa meis.

Atque vni vt prorſus vixit, mihi prorſus obiuit;
Hanc abiiſſe tamen, non obiiſſe putes.
Illam etenim annoſæ lauri in radice locaui,
Vt Catulæ Laurus viueret, interitu.
Quod ſi languentem reuocas à funere Laurum,
Per quam fatidicis vatibus eſſe datur,
Et quæ ipſos potis eſt vitâ donare poetas,
An non te morti ſuccubuiſſe nefas?
Ergo cum Lauro, Lauri columenque ſaluſque,
Æternùm viues, Marriolena, tuis.
Et domini viues gemitu, lachrymiſque rigata:
Non poteras vita nobiliore frui.

Othonis Turnebi Adriani Turnebi filii.

Heu vos aduoco, lachrymoſi adeſte,
Turnebi duo, Chriſtiane, Drace,
Audeberte pater, ſimulque fili,
Aureli, Brueri, Vari, Binete,
Et quot lumina Gallicana nobis,
Iſto Pierides dedere ſeclo,
Heu vos, vos iterum aduoco poetas.
Hæc ſit nænia; næniam canamus
Turnebo veteri pioque amico:
Atque iſtas Veneres Catullianas,
Molleis verſiculos, ſales, lepores,
Miſſos iam faciamus, ò amici.
Et cur id? nec enim ſub hoc ſepulchro,
Turnebum videas, viator, vnum:
Gratiæ, veneres, ſales, lepores,
Hac (illi comites) teguntur vrna.

Franciſci Balduini Iuriſconſulti.

Franciſcus iacet ille Balduinus,
Mirum quàm varius, ſub hoc ſepulchro:
Nam quicquid tibi proferebat ætas,
Quicquid pagina ſacra vel profana,
Pulchrè calluit: vnus inter omneis

Conſul-

Consultissimus vtriusque iuris,
Anceps vt patria hæsitarit illum
Baldum diceret, anne Balduinum.

Genuini.

Hic Genuine iaces primæ rosa verna iuuentæ;
Bellus, vt assideas cum Ganimede, Ioui.

Trium Epitaphium.

Hoc auia, hoc neptis, nata &, materque, sororque,
Frater, vir, coniux, filius atque pater
Marmore contegimur. Tot in vno condita? dicis.
Ne credas; solum corpora trina sumus.

Cuiusdam.

O quam ridiculum est, qui sim fuerimve rogare,
Cum qui sis, tibi sit discere cura leuis.
Ne quæras qui sim; ni cesses dico nihil sum:
At tu sollicitus disce vel inde quid es.

Corydonis.

Annua solemni tumulo votiua parate;
Non hic mortuus, at mors resupina iacet.

Eiusdem.

Si vitam inspicias, nihil hoc ignauius: ore,
Gestu, habitu; ac toto corpore pondus iners.
Æternos tamen est Corydon victurus in annos,
Nam non viuet, quo Mors moriente cadit?

Petri Ronsardi.

Has tibi viuenti, magne ô Ronsarde, sacramus,
Quas nos defunctis soluimus exequias.
Haud aliter poteras donari hoc munere; vt in quem
Inuida Mors nullum vendicet imperium.

Cæpionis.

Tune etiam viuus tumuli decoreris honore,
Tene etiam sacris manibus adiiciam?
Tu vero tumulo longe dignissimus; vt qui
Es nihil, aut si quid, nil nisi truncus iners
Ergo has ex animo, vir cordatissime, claras

Quas damus accipies funeris inferias.
Cæpio viuit adhuc: quid si mage Cæpio mortuus,
Mortuus est: quid si Cæpio viuit adhuc?
Hic ne forte putes marmor spectare, nisi quod
Cæpio sit toto pectore marmoreo.
Rem fortasse nouam nobis, fortasse nec vllis
Auditam seclis, edidit hic tumulus.
Cæpio mortuus est nec marmore conditur vllo;
Viuit, & est tumuli marmorei tumulus.

I. Boguierij Consilarij.

Cui subiti fuit, heu, grauis aer causa soporis,
Fac post fata, Deus, sit mihi terra leuis.

Cerdonis.

Nusquam tantillum viuus possedit agelli,
Quo posset miserum ponere Cerdo pedem:
More sed Æthiopum terras vagus hospes obiuit;
Donec mortuus hac nunc requiescit humo.
Extincto dat mors, viuo quod vita negarat,
Scilicet & terram, scilicet & requiem.

Ægidij Burdini, Regij Procuratoris.

Seu subscribere supplici libello,
Seu defendere Regis acta vellet,
Voluendisque libris domi vacare;
Librorum helluo, Regius Patronus,
Regno & munere nobilis forensi;
Stertebat media Patrum corona:
Stertebatq; domi, palamque clamque;
Nec tempus vacuum, locus vel vllus,
Quo non sterteret ille; tamque dormiit,
Vt mors hunc inopina dormientem
Interceperit; omnium bonorum,
Magno cum gemitu, altiore damno.
Mortuum tamen, ô viator, illum,
Tu ne credideris: quid ergo? vere
Somno perpetuo quiescit ille.

Christi-

Christophori Tuani primi Senatus Præsidis.

Ne lachrymis frustra manes temerate Tuani:
Non tumuli summis marmora nulla Deis.
Πᾶν mihi qui Graio es, Gallo qui nomine Totus,
Tu mihi Pan totus, tu mihi Numen eris.

Gordiani Imperatoris.

Hoc iacet tumulo ille Gordianus,
Romani Imperii Imperator, atque is
Germani & Gothici soli subactor,
Idem Sarmatici subactor; at non
Subactor miseri miser Philippi.

Parmenionis cuiusdam.

Paucis te volo si voles viator,
Siste dum miseram, imo dum beatam
Narrat historiam, hoc tibi sepulchrum,
Vxorem tumidam & proteruam habebat
Noster Parmenio, vir vndiquaque
Miser, siue fortis, miser domive;
Nec vllum solitus diem videre
Aut faustum, aut modice negotiosum.
Is dum forte sui in domo propinqui,
Ludenti bene tessera, videret
Fœlices ita subsilire talos,
Vt hunc alea nulla summoueret;
Vni contigit inter hos iocanti
Isto ludere sic eum cauillo;
Illum scilicet alea secunda,
Hac & sorte frui benigniore,
Vxorem quod is osculatus esset.
Nempe & asserere hoc solent iocanteis.
Ergo Parmenio sui misertus,
Sorti obsistere sic volens nouercæ,
Vxorem statuit suauiandam;
Atque vt constituit, suauiatur.
Nec has dat tamen osculationes,

Quas solent dare filiis parentes?
Sed has quas dare clanculum iuuenci
Dum furtis cupide vacant amantes.
Et tantam segetem osculationum
Sparsit vir bonus in thoro iugali,
Quo fortuna sibi veniret æqua,
Vt exhaustus ab ossibus medullam.
Fato cesserit; omnium suorum
Summa tristitia,& graui dolore.
Sed successit.vt ominatus, alter.
Nam qui se asserit à procacitate
Vxoris tumidæ,improbæ, proteruæ,
Morte tam subito bene auspicata;
Quid? non iure putes eum beatum?

Gellia.

Hanc si forte vides isto sub marmore condi,
 Gellia cum vixit marmoris instar erat.
Nil nunc,nil etiam cum Gellia viueret,audiit;
 Nec precibus flecti docta puella meis.
Muta iacet; nullum expressi medicabile verbum:
 Immota est, nulla mobilis arte fuit.
Atque vt longa dedi quondam suspiria viuæ;
 Heu lachrymis soluo manibus inferias.
Denique vix dicas an vixerit illa sepulta;
 Anne sepulta sub hoc marmore viuat adhuc.
Si tamen è viuis hanc excessisse putabis;
 Incisum, tali carmine,marmor habe:
Gellia conditur hic,cum qua Venus ipsa sepulta est;
 Imo hæc in nobis viuit,& ipsa Venus.

Arni.

Iacet vitigera obuolutus vlmo,
Bibax,pamphagus,helluo,vorago,
Qui cum præ nimia bibacitate,
Indulget madido frequens Lyæo,
Totus factus erat Lyæus, Arnus.

At

At dum plus ſolito, madet Falerno,
Obſtipus media crepans ab aluo,
Ecce pampineum vomit cruorem,
Ecce ſanguineum vomit Lyæum.
Vitam quod dederit necemque vitis,
Vua conditur: hanc viator, vrnam
Ne fruſtra violis, roſis, amomo,
Nardo perlue, ſed mero: ſit illi
Nex vitæ ſpeculum, necis ſepulchrum:
Hinc & forte animam reſumet Arnus.

Pyrami & Thisbes.

Non feritas, non ira trucis trepidanda Leonis;
Sed feritas, ſed culpa trucis miſeranda furoris:
Idem amor, idem enſis Pyramum Thisbemq; peremit;
Ambos votum & idem tumulo ſociauit eodem:
Vt quod nec bona ſors, nec vita indulſit vtrique,
Mors id in æternum miſero repararet amori.

Leandri.

Læandrum ne forte putes periiſſe, viator.
Ardet & in facili ludit amatque ſalo.
Cypria deprenſos vbi Martis ſenſit amores,
Atque truci, iacuit cæſus Adonis, apro;
Dum natat, & leuibus prurit Læander in vndis,
Illius ecce nouis ignibus vſta Venus,
Quod cælum huic Martem, terra inuidiſſet Adonim;
Læandro mediis tecta potitur aquis.

Niobes.

Quis putet Niobes ſepulchrum inane?
Ipſa cum Niobe ſui ſepulchrum eſt?

Narciſſi.

Hei mihi quid prodeſt vanæ oſtentatio formæ
Quæ peritura fugit, quæ fugitiua perit?
En ego flos, olim noſtri tam ſtultus amator,
Obiicior pecori paſtus & eſca leuis.
Quod commune aliis, mihi cur natura negauit,

Vm-

Vmbram vt qui colui, mortuus vmbra forem?
Nempe quod, & viuum, & morientem, pendere pœnas
Inuisi fastus me voluere Dii.

Callisthenis Samartni.

Fortior an Samarine tuis, an pulchrior esses,
Certarunt varie Marsque Venusque diu.
Nam simul vt visus, simul & contendit vterque,
Esse suum Mauors, & Venus esse suum.
Lis tandem posita; & nomen Callisthenis, hoc est
Et pulchri & fortis imposuere tibi.
Scilicet & bellus, bellique instructus ad arteis,
Haud alio sane nomine dignus eras.
Et tam mellitus, mollem vt censeret Adonim,
Tam ferus, vt Martem crederet esse Venus.
Sparge rosas tumulo, strictos enseisque, viator,
Et galeam & violas, tela, crocumque simul,
Adde lyræ dulceis modulos, strepitusque tubarum,
Tristia sint lætis iurgia mixta iocis:
Purpureus non flos, non lilia, non hyacinthus,
Ex Chao sed nouus hoc exorietur Amor,

Cenotaphium.

Quis iacet hic? nullus, nec quid nisi marmor inane:
Quamuis sis aliquid, tu quoq; nullus eris.

Vidi Fabri in Senatu Parisiensi Præsidis.

Patribus & populo longe gratissimus omni
(Hunc vt iure voces delitias populi)
Conditus hic Faber est, quo sanctior haud fuit alter.
Rursus vt hunc possis dicere Fabritium.

Viri & vxoris.

Nimirum vitæ speculum, mors dicitur esse:
Vita vt dissimilis, mors quoque dissimilis.
Ecce viro medicus medicamen porrigit ægro:
Abnuit ægrotus sumere & occubuit.
Corpore sed firmata magis, medicamen inhaustum
Ne pereat, mulier sumpsit, & interiit.

Dissi-

Diſſidiis tantis dedit exitus iſte quietem?
Falleris, inter ſe iugiter oſſa ſtrepunt.

Ad Lectorem Ænigma.

Tolle caput quin & *pulchrum* ſi dempſeris abs ſe,
Quod reliqui tamen eſt, pulchrum reſtabit eidem.
Omnis ad hoc vergit iuuenumque ſenumque propago,
Nec quiquam eſt quod tam timeant iuueneſq; ſeneſque:
Et cum tam varie pulchrum, mirabile dictu,
Nil rerum Natura parens informius odit.

F I N I S.

INDEX

INDEX IN GALLORVM POETARVM PARTEM SECVNDAM.

A.

Achillis Harlæi Baumontii Præsulis laus 914 p
Adolescens cytharæ arte incomparabilis 610 f
Adonis ab apro interemptus 460 f
Adrianus Turnebus 861 p
Adriani Turnebi tumulus 1010 m
Adulator quando captet occasionem absentis rodere famam 282 m
Ægidii Burdini Regii procuratoris tumulus 1016 f
Æquitas iustitiæ moderatrix 412 p
Æquitatis regula 4 2 p
Ætate vtendum 740 m
Afflictionum vtilitas 22 m
Agathocles Rex Syracusanus deuictis Sidoniis aboletritus mactādi pueros 500
Αἰθρὸν ψυχρὸν, γλύκυ δερμὶν 842 f
Alciatus 860 p
Alcides ab Atla defatigato rogatus sustinet cælū humeris 557 m
Alea & aleatores reprehenduntur 682 m
Alexander Macedo 848 p
Alex. Macedonis tumulus 636 p
Alexander Māmeæ 850 m
Alexandri Magni epitaphium 1008 p
Amans conquerens de nimio suo amore 588 m
Amans consultus non timet odium 601 p
Amans signa sui viscere solus celat 606 m
Amantum sors diuersa 615
Amare, quamuis potiaris, res infaustissima 671 m
Amator amicitiæ duritiem exprobrat 662 m
Amator aut miles fiat, veternos qui timet 600 p
Amator Boream rogat vt ami-

amicæ proficiſcenti hyemem temperet 601 m
Amatorium 416 m
Amatoris procul ab amica querela 757 f
Ambroſius 857 p
Ambroſius Paræus Regiorum Chirurgorum primicerius 993 f
Ambulatio quomodo fiat 431 m
Amica inexorabilis 632 m
Amica pro xeniis munus Amoris habet 610 p
Amica neſcia flecti 589 m
Amici à patria remoti conſolatio 774 f
Amici veri archetypus 290
Amor ab ape læſus 658 m
Amor amoris ſolus parens 988 m
Amores carnifices curæ 773 f
Amor cur aliger 661 p. cur cæcus *ibid.* eſt puer *ibid.* eſt Deus *ibid.*
Amores paſcunur pugnando 756 m
Amor faber eſt 585
Amor, quicquid ineptit, 486 m
Amori qui ſeruit glebam aſſiduus colit 951 m
Amoris deteſtatio 622 p 774 p
Amoris effigies 996 f
Amor lucri, res pernitioſiſſima 11 f
Amor nudus & inermis 904 p
Amor oculatus abſque ocellis 587 m
Amor ſui ſiue φιλαυτία homines multis malis inuoluit cæcos 184 m hoc vitio magna pars hominum laborat ibid.
Amor, triſte chaos 863 f. Amor, tyrannus 664 f A-mor Venus, mortis amor 413 p
Anacreon 551 m
Andegauum 563 m
Andreæ Tiraquelli Senatoris Pariſienſis laus 116 m 117 p
Andreas Alciatus 860 m
Androclas Chriſtianus 840
Andr. Tiraquelli imago 662 p
Angelus Politianus 858 f
Angliæ Sirenes tres 565 p, Margaritæ Valeſiæ Nauarræ Reginæ obitum deflent 565
Antiquare quid ſit? 944.
Antoninus Philoſophus 419 p
Apollo Daphnũ fugientem ſequitur 667 p

Appennini montis amœnitas 5 m
Apri amor in Adonidē 271 m
Apri responsio ob interfectum Adonidem 272 p
Aquæ putealis detestatio 675 m
Aquilæ allusio ad Imp. 574 m
Arausio 251 m
Arbor nucifera 999 f
Argiuæ matris votū vt inter natos exspiraret 36 m
Aristides 847 f
Aristoteles 852 m
Arma ad defendendum sese brutorum cuique animantium insita 424 p 633 m
Arnoldi Ferroni Cōsil Burdigal tumulus 590 m
Arnoldi Ferrerii laus 286 p
Artem, quam quisque didicit, exerceat 278 f
Arturi Cossæi Gonnertii Eqq. magistri tumulus 1010 p
Ascensionis dies 813 f
Astræa à Ioue desuper missa aufugit 597 m
Auarorum vita & obitus 402 m
Auarus reprehenditur 361 f
Auenio 252 p
Augustiæus 857 p
Aug. Triuultii P. M. Legati laus 618. m
Aula discedat, qui nescit fallere mentirique 302 p
Aulica vita deterior priuata 169 m
Aulus Gellius 854 p
Aurelia 716 m
Auri figura in amore Iouis, gratior reliquis 912 m
Aurora 754 m
Ausonius 856 m
Authores diuersi, qui de pulice Catharinæ Rupellæ scripsere 837 m
Auxilium mutuum 391 f

B

BAcchus efficax in poetas 789 m
Bacchus fonti impositus 800 m
Bacchus in vinalibus 469 m
Baculus 925 m
Balduinus I C. 862 p
Baptista Faustus Mantuanus 859 m
Baptistæ Mænilii Regii Patroni tumulus 1012 f
Baro I C. 862 p
Barth. Fai laus 341 m 342 p

Beatitas à Zephyris pendens 511 m
Beatus Rhenanus 861 m
Bella docent homines peccare 263 m
Bella solent animos meliores reddere nostros 93 m
Bellator, armis innutritus 433 m
Bellua palatii Parisiensis 127.128
Benefacta vltima homines respiciunt 285 m
Bilingues 392 p
Blondus 859 f
Bombardarum detestatio 379 p. 675 p
Bona & mala in libris 597 m
Bordini procuratoris Regii mors 376 p
Bresti portus 118 m
Briniolæ laudata regio 256 m
Brissacæ mors 217 f
Brixia 88 f
Bruti ad ciues de Cæsare interfecto oratio 734 m
Bruti ambo 849 m
Brutus auocat mentem Iulii Cæsaris à somniis Calpurniæ 732 m
Brutus Iulium Cæsarem occidere deliberat 724 f. 725 p
Brutus seipsum interficiens 779 m
Budæus 860 p
Burbonii ducis in bello Gallicano occisi laus 366 367
Burdigala, Gall. *Bourdeaux* 3 f. 744 f

C

CÆparũ detestatio 702 m. 703 p
Caius Iulius Cæsar 849 p 858 m
Caletum Anglorum olim imperio subditum 127 m
Caletum receptum 158.159
Caletum rediturũ ad Gallos quando fuerit in fatis 157 f
Callistenis Samarini tumulus 1020 p
Calpurniæ de Iulio Cæsare somnium 729 m
Calpurniæ lacrymæ ob interfectum Cæsarem 735 f
Calumniæ detestatio 787 m
Camœnæ molliunt homines & feras 174 m
Camboreum prætorium seu regia villa, Gall. *Chãbort en Berry* 114 f. 115. 116 p

Canes diuersè nutriti 390 m
Carmina melius scribuntur in vacuis pagis 217 p
Caroli Burgundiæ Reguli tumulus 1009 f
Caroli IX. Regis & Elisabethæ vxoris amor 944 f
Caroli Marliaci tumulus 1011 m
Caroli Molinæi cineres 907 f. eius paupertas, ibid.
Caroli Molinæi ICti tumulus 1011 p
Casauboni Athenæus 398 f
Cassius & Brutus de Iulio Cæsare occidendo consilium ineunt 726
Catharina Medicæa 847 p
Cato pro pueris 856 m
Cato Vticensis 849 p
Catullus 854 p
Causarum prolongandarum in foro modus & ratio 110 m
Caussidicus Burgũdus plus iusto inhiat lucro, quod de litibus sperat 122 p
Cautio solers adhibenda est in amicitiis legendis 290 f
Cecrops Athenarum conditor 847 m
Cerebrum cœleste quiddam 450 m
Ceruorum in tranando freto coniuncta sodalitas 414 p
Charitas Christiana 266 p
Chartæ doctæ in sæcula viuunt 391 p
Chartæ lusoriæ detestatio 684 p
Chimera, cuius effigies 597 m
Chiromantiæ detestatio 977 p
Chrisippus 853 p
Christiani nomine, non re 277 m
Christ. Longolii laus 476 m
Christophori Thuani tumulus 1017 p
Christus à Ioanne baptizatur 547 m. manifestatur prærupto in colle Taboris 548 m. resuscitat Lazarum 549 m. Cœnam Dominicam instituit 550 p
Cicero in mortem intrepidus 780 m
Cincinatus à rastris ad munus populi vocatur, sed redit rursum ad rastros 931 m
Cinerum dies 811 f
Ciues oppida, & vicissim oppi-

oppida ciues suos sæpe commendant 410 m
Ciuis effigies, chimæra 597 m
Claudianus 685 m
Claudius Imp. 418 f
Claudus & cœca verè androgyni 906 m
Clementia propria est Regum 243 m
Clementiæ regiæ speculum 392 m
CL. Lotharingi ducis Aumalorum ad Rupellam extincti tumulus 657 f
Cnæus Pompeius 849 p
Cœna hamata 958 m
Collignius dux strenuus 716 m. Aureliam obsidione cingit, ibid. inuocat Deum, vt auxilietur 717 m. 718 p
Commodus Imp. 419 m
Concordia coniugalis laudatur 486 p
Coniuges rixosi & pari nequitia præditi 375 m
Coniugia verè coniurgia 758 p
Coniugi futuro 581 p
Coniugii bini dies beati 963 f
Coniugium impar 375 m
Coniuratorum præmium mors 580 m
Consilium in mero 796 p
Contius I C. 862 p
Cor an sedes iudicii & mẽtis 945 m
Cornelius Tacitus 853 f
Crassi ex æde sacra furtum & pœna 504 f
Cremona 19 m. 88 m
Crispus Sallustius 853 m
Culicis Globulo succino siue Electro inclusi tumulus 371 p
Cupidini cur alæ duæ 648 m
Cupidinis duæ portę 657 m
Cupido 458 m. 459 p
Cupido ales 603 f. genus auis sinistrum 604 m
Cupido Caucasea de rupe ortus 666 m
Cupido Deus dissidii 601. f
Cupido perire facit 666 m
Cupressus Veneri sacra 951 p
Curæ mundanæ detestatio 527 p
Curia aulica 954 f
Curiosus lentâ morte perit 775 p
Cyriaci Herdesiani laurea Doctoratus 405 m
Cyrus Rex Pers. arborum plantandarum studiosus 931 m

D

Daphne fugiens 592 f
Degeneres filii, Æthiopes 411 m
Delato dicta sunt obtrudenda, præsente delatore 237 m
Delatorum genus vtile 237 f. 238 p. terrum exitialeq; monstrum Regibus & populis 238 m
Democritus & Heraclitus 852 f
Demosthenes vis populi 848 p
Deo potius, quàm principibus obtemperandum 316 m
D. Erasmi Roterod. imago 624 p
Desiderii Erasmi tumulus 1008 m
Desiderius Erasmus 860 p
Deæ funiferæ furibus obnoxiæ 595 p
Deus cauponi similis 794 p
Dies iudicii nouissimi 305. 306. 307
Diogenes Cynicus 853 p
Dignitatum nundinationis in Gallia detestatio 920 p
Diocletianus Imp. agriculturæ studiosus 931 m
Dionysius Parisiensis Antistes 858 p
Diplomata Regia, quæ Pragmatici de proprio motu vocant 916
Discipuli Epicuri in aula multi 277 m
Discordiæ coniugalis detestatio 486 f. 487 p
Ditis ianua duplex 657 m
Diua Catharina pro fide Christiana mortua 775 m
Diuitiarum comparandarum modus 778 f
Diuitiarum & voluptatis huius sæculi detestatio 360 m. 361 p
Diuitiæ egestate comparatę 992 f
Diuitiæ, quas nec ærugo, nec tineæ, cariesve rodunt, veræ 527 f
Diuitiæ sæpe mouent suspicionem iniustæ acquisitionis earum 236 f
Diuitias & honores comitatur inuidia 94 p
Diuitum ad munia in aulis principum obeunda detestatio 85 m
Diu vixit, qui honestè vixit 271 f
Doctus ab indocto quantum differat 106 m

Domini

Domini nostri natalis 863 m. 808 f
Dominicæ passionis memoria 812 m
Domitianus Imperat. 419 p
Domus, pars vitæ est 996 p
Duarenus 862 p
Duorum amantium tumulus 742 p
Duorum incredibilis amor in odium versus 601 p
Dux literatus esse debet 106 m

E

ECho de Fabulla 891 p
Echo in amorem M. Monerii 624 m
Effigies Paschasii sine manibus 836 m
Egestate diuitiæ comparatæ 592 f
Eloquentiæ vis 995 p
Epicurus 853 m
Epigrammata salsa 770 m
Epiphaniæ dies 810 f
Erasmus 860 p
Error fama & nomine constans, non est reparabilis 17 p
Exempla aliena mouent 105 p
Exortus diei 771 f

F

FAbius ad Pœnos legatus è sinu bellum effundit 164 p
Fabulæ de duobus peris explicatio 187 f
Facta Christi 28 m
Fatis parendum 771 p
Fauni inuocatio 466 p
Fauor potius quàm pietas & virtus in eligendo Pontifice Romano 42 m
Felices populi, quibus rex philosophus imperitat 557 p
Femina quò plus vapulat, plus fera fit 581 m
Fescenninum in nuptiis Isabellæ Portiæ 475 m
Ficto pectore maledicus potius detestādus, quàm manifestus 482 m
Fidei semel nostris medullis conceptæ efficacia 44 f
Fides ficulna virgini, si riserit 616 p
Florentis Christiani Aureliani laus 985 m
Fœminarum luxus in vestitu reprehenditur 197 p
Fœtus formatio in vtero 435 f. 436 p

Forma domat 665 m
Forma vice roboris & teli mulieribus data 633 f
Fortuna mutat vices ſuas, & in bello præcipuè 157 m
Fortuna ſequitur virtutem 411 p
Forum Iuli 256 f
Franciſci Balduini ICti tumulus 1014 f
Franciſci Caſtanei Rupipoſæi tumulus 1009. m
Franciſci Coldræi in ſcribendis carminibus laus 986 f
Franciſci Franciæ Delphini & Mariæ Scotorum Reginæ nuptiæ 220 f
Franciſci Galliæ Regis in doctos munificentia 524 m
Franciſci Hottomanni IC. tumulus 406 f. 814 f. 815 m. eiuſdem laus, ibid. & 407 p
Franciſci I. Regis morientis ad Erricum filium verba 971 f
Franciſci Regis laus 540. p
Franciſci Regis victoria Inſubriæ decantata 484
Franciſci II. Gall. Regis inauguratio 234
Fanciſci Lanoi fortiſſimi Ducis epicedium 405. m
Fr. Lotharingi Ducis Guiſii 348 m. 1008 m
Franciſci Lothareni Guiſiorum Ducis laus 346
Franciſci Momorantii Equitum magiſtri tumulus 1010 p
Franciſci Moncaudi Burdigalenſis laus 763 p
Franciſcus Duarenus 862. p
Franciſcus Rabeleſius 861 m
Francorum Regum maneis 844 p
Frugalitas veterum laudata 193 p
Furius Camillus 848 f

G

Gabenna, vulg. *Clairmoint en Auuergne* 479 f
Galenus 856 p
Gallia ciuilibus bellis vexata, Brutos nullos habuit, at Cæſares quamplurimos 367 m
Galliæ contra Henricum Regem coniuratio 580 m
Gallia tempore belli ciuilis rerum damnoſa mole fati-

fatiscit 231 m
Gallica poësis ad numerum & pedes Latinæ à Iano Aurato est directa 880 m
Gall. Regum series & ordo à Clodoueo vsque ad Erricum tertium Galliarum & Poloniæ Regem 844. 845. 846
Gardonis pons admirabilis 347 p
Gelonis laudatur 453 f. 454 455. 456. 457. 458 p
Geneua 693 m
Georgii Bucanani laus 102 m
Georgius Buchananus 861 m
Germani Brixii laus 529. m
Gloria virtutis comes 393 p
Gordiani Imper. tumulus 1017 p
Grammatici cum Rege comparatio 982 p
Gratiarum actio pro recepto Caleto 160
G Rondeletii Medici præstantiss. tumulus 609 f
Guicciardinus 860 f
Guisius Dux eadem die interfectus, qua Rex Nauarræ natus 368 f
Guilielmi Miloardi tumulus 406 m
Guiliel. Marliaci tumulus 1011 m
Guilielmi Mombasii Episcopi Lectorensis laus 762 p
Guil. Budæi laus 492
Guil. Budæi tumulus 1008 m
Guil. Budæus 860 m
Guilielmi Sallustii Bartasii, poëtæ Galli incomparabilis epicedium 406 p
Guysii Cardinalis laus 558 m
Gul. Gonzagæ Duci Mantuæ 807 m
Gul. Ranchini obitus 409 m
Gul. Stuckii tumulus 410 m

H

HAdrianuss Imp. 419 p
Hattonis, Archiepisc. Mogunti à muribus corrosi tumulus 603 p
Hecubæ captiuæ querela 516 m
Henrici III. Gall. Regis parricida vix satis punitur 580 m
Henrici III. Gall. Regis tumulus 580 f

Henrici IV. Gall. Regis imago 580 f
Henrici Memmii Supplicum libell. in Regia magistri laus 594 p
Heraclitus & Democritus 852 f
Hercules Franciscus Alenconii & Andegauensium Princeps 846 f
Hercules Lanificus 847 m
Herculis portus 258 m
Hermaphroditi 1009 p
Hermolaus Barbarus 859 f
Herodotus 851 f
Hesiodus 851 p
Hieronymus 857 p
Hilarius Pictauiensis Antistes 857 f
Hippocrates non vir, sed genius 851 f
Hirundinis detestatio 625 f
Historiographorum & poëtarum inopia apud maiores nostros 483 m
Homeri patria 593 m
Homerus 851 p
Homines plerunque lucro dediti sunt 503 p
Homini vita gustanda, non fruenda datur 793 m
Hominis voracissimi tumulus 773 p
Homo è præduro luto lacrymis dissoluto 593 p
Homo pomo similis 389 p
Horatii Farnesii tumulus 347 f 348 p
Horatius Flaccus 855 p
Hortensius cur habitus sapiens 341 m

I

IAcobi Balleguerii manes 377 f
Iac. Burdini Regis Secretarii 348 m
Iacobo Britanniarum Regi encomium 398 m
Iana, quam virginem Aurelianam vocant 847 p
Ianæ Violæ tumulus 1009 p
Iani Aurati laus 866 m
Iani Lascare Rhyndaceni laus 487 f. 488. 489. p
Iani Tillii Episcopi Meldensis epitaphium 886 m
Ianus Fernellius 860 f
Ianus Passeratius æmulus Catulli 900 p
Ianus Picus Mirandula 859 f
Ianus Ramatus poëta præstan-

ſtātiſſimus, æmulus Flacci 975 m
Ianus Secundus 859 p
I. Boguierii Conſiliarii tumulus 1016 p
I C. aut iurisconſultum aut inconſultũ denotat 1004 p
I. Coraſii Iuriſconſulti Cõſil. Burdigal. imago 637 m
I. Gerſo Theologus 858 m
Ignis è media aqua 758 p
Ii, qui defunctos deflent, reprehenduntur 274 p
Imago præſentis æui 359 f 360 p
Imperantum & potentum ſors plena periculis 728 p
Imperia, inter fines ſuos quæ ſe contineant, fortunata cenſentur 192 m
Impiorum notæ 318 m
In aula feret ſapientis nomen, qui non ignorat fallere & mentiri 196 p
Induſtriæ alienæ conductitii encomiaſtæ 1001. m
Inferior & maior quis 779 p
Inſtitutio puerilis 801. 802. 803. 804 p
Intercute vino mortuus 605 m
Inuidia canina 961 p
Inuidia virtutis comes 393 p
Io. Belbrutii epicedium 669
Io. Capellani & Hon. Caſtellani Medicorum Regiorum, tumulus 349. m
Io. Chaſſanei Præſidis Burdigalenſis tumulus 596. p
Io. Coſſeia virgo nobiliſſima ob eruditionem laudata 520 p
Iohanna Aurelia ſceptri Gallici vindex, acris cõtra Britannos bellatrix 718 m
Ioſephi Molæi tumulus 1011 f
Ioſephi Quercetani poëmatum laus 403 m
Io. Sereſii Eccleſiaſtæ piiſſimi laus 593 f
Iouis amores 911 m
Iouis amor in Danaën 499 f
I. Peruſæi Medeæ Tragœdiæ ſcriptoris tumulus 608 f

Isabellæ, Angliæ Reginæ epinicion 396 m
Isocrates 852 m
Italiæ laudata fertilitas 89 m
Iudex cœcus & auritus 412 p
Iudex incorruptus 983. p
Iudicis virtus primaria seruare ciues, quàm perdere 16 f
Iul. Cæsaris Scaligeri laus 759 p
Iulianus 850 f
Iulii Cæsaris maiestas 722
Iulius Cæsar non rex, sed dictator 725 m
Iulius Scaliger 861 p
Iuramenti amatorii varia genera 917 m 918 p
Iuris ciuilis veteres interpretes 861 f
Ius ciuile Romanorum 984 m
Ius, quamuis iniustum, ius est 945 f
Iustiniani Imper. tumulus 1008 p
Iustinianus Imperator 861 m
Iustitiæ oculus 412 m
Iuuenalis 855 f

L

LAbor difficilis, fertilis, 391 m
Lacrymæ mariti in vxoris suæ obitum 570. 571
Læandri tumulus 1019. m
Laidis speculum 998. m
Lanceloti Carli Episcopi Rhegiensis poëtæ præstantissimi laudes 45. 46
Lauræ tumulus Auenioni 252 p
Laurentius Valla 858 m
Laurus arbor laudata 528 f
Lazari Baysii supremæ curiæ Consiliarii laus 489 m. 490 p
Lazarus à Christo resuscitatus 549 m
Leges puris manibus vix vnus & alter tractat 74 p
Lemouica Gall. *Limoges* 670 m
Lepus à puero cursu captus 590 f
Lethi viam calcabimus omnes 271 m
Lex 944 m
Lex absque gladio inhonora 392 m
Libertas coacta 411 m

Li-

Libertas ſcribendi nimia vitanda 280 m
Librorum lectio perquam vtilis 104 f. 105 p
Licentia nimia in bello 328 p
Ligdus potor egregius 652 m
Liger prope Roanam primum nauigabilis 246. f
Lingua 796 p
Linguæ commoditas multiplex 447. f. 448. p
Lis cadendo ſuſcitat alias quamplurimas 74. m
Litium execratio 71
Litium in foro deteſtatio 110. 111
Locus nullus iucundior, quàm ſua cuique domus 325 m
Luca 256 m
Lucanus 855 m
Lucra & reditus de litibus ampli 74 m
Lucretia reprehenditur 416 p
Lucretius 854 m
Lucri & emolumenti parum ex bellis 232. m
Lugdunum 711 m. 284 m
Ludouicæ Franciſci Regis matris mors 490 m
Lupanarium deteſtatio 993 p
Luſcinia 703. f. 704. p
Luſus cum amica 758. m
Lutetia 2 p. 115 f Romà pręſtantior 2 p
Lutetia Pariſiorum, vulgo *Paris*, per anagr. *Rapis*, 914 m. Italico more rapit, Gallico more amat ibid. f
Luxuries triſtia bella generat 191 p
Luxus & delitiæ immoderatæ in conuiuiis reprehenduntur 198 f
Luxus & deprauatio huius ſeculi 189. f. 190. p
Luxus in veſtitu immoderatus 192 f
Lyra 888 p
Lyræ inſcriptum 636 m

M

MAcrini laus 170 m
Magiſtratus venales 864 p
Magni (quos Galli vocant) dies Pictauii 912 m

Male-

Maledicta inimici hominis prosunt interdum 48 f
Mammeæ Alexander 850 m
M. Antonii Mureti laudes 580 p. 590 f
M. Antonius Flaminius tergeminus 559 m
Mantua 807 m
Marcus Antonius Philosophus 850 m
Marcus Aurelius Martialis 855 m
Marcus Tullius Cicero 850 p. nouus Arpinas populo ibid.
Margarita Regina Nauarræ 764 m
Margaritæ Valesiæ Francisci Regis filiæ laus 531 p
Mariæ Magdalenæ fanum prope Massiliam, vbi dicitur post passionem Christi habitasse 252 f. 253 p. eiusdem ossa ignorata quomodo fuerint retecta 256 p
Mariti lacrymæ in obitum vxoris 561 f. 562. 563. p
Maritus de vxore sua nimis rigorosa queritur 995. m
Maritus vxorem decum-bentem defiet 568. mo-tuam deplorat 56 570
Maritus vxoris deform 609 m
Mars & Amor vterq; quà pares 59
Marthæ Fatidicæ progno-stica 25
Martinus q. μάρτυρ οἶνο 960 p
Martinus Turonensis A-tistes 858
Martinalia 95
Marullus 859
Massilia 249 m. 254
Materfamilias diligens 35 f. 352. 353 354. 355 p
Mathematicæ detestatio p
Matrum, quæ filios suos ipsæ non alunt, nec apu se domi educari patiu tur, detestatio 14 144
Maur. Lascurius cythar arte incomparabilis 61 m
Mauritii Landgrauii Ha siæ in Galliam inco gnitus aduentus 39 m
Mausoli coniugis in mar. tum amor 572

Maxim

Maxima pars hominũ curis acquirendarum opũ sepulta iacet, 533 p
Maximus idemq; optimus est 242 p
Medici & Causidici in multis consimilantur 922 m
Medicina contra amorem 989 m
Medici qui vltro se ægrotantibus obtrudit, detestatio 12 m
Mendacii merces 628 m
Mentem parum prodesse, nisi interpretem linguã habeat 447 m
Mentiri proprium poetæ 963 m
Mentis velocitas 795 m
Metis 101 m
Metis capta 97 f 98
Michael Hospitalius Cancellarius & eius nominis encomion 894 m
Michael Hospitalius Flacci æmulus 558 m
Michaelis Hospitalii Franciæ Cancellarii tumulus 1010 f
Miles aut amator fiat, qui veternos timet 600 p
Miles nunc magno emitur 279 p
Militaris ferocitas & crudelitas 163 m
Militaris vita periculis obnoxia 525 m
Milites Barbari non sunt delegendi 232 p
Militum ferocitas & nimia crudelitas 328 m
Miseriæ ex bellis ciuilibus in Gallia 667
Mithridatis ob mortẽ vxor eius periit laqueo 572 m
Mœchi famosiss. tumulus 634 f
Molinum 246 p
Monachus non segnis nec sine mente vir 769 p
Monitor blandus fugiendus 185 m
Morbo decumbentib. quid faciendum 51 f 52 p
Morborum vtilitas 48 m
Morbus mala res non est 51 f
Mores Romæ vrbis corrupti 611 m
Mori præstat quam turpiter viuere 95 p
Mors Christi deploratur 538
Mors sua quemque manet 389 p
Mortis & amoris symbolum 413 p
M. Sabellicus 859 m
Muliebris indoles 581 m
Muliebris pudor 993 m

Mu-

Mulierum consilia quandoque profuere 733 m

Munera quo maiora, eo ante Deũ difficiliora 42 m

Musarum inuocatio 464 m

Musarum Romanarum inuocatio 1 p

Musis nil commune cum litibus 965 p

N.

Narcissi fabula philautię figura 186 m

Narcissus in florem 847 m

Narcissi tumulus 1019 f

Nasus ornamenti gratique decoris causa creatus 453 p

Nasus terribilis formæ 771 p

Natalis Christi 26 m

Natiuitas Christi 542 543

Natura hominum diuersa 783 f

Natura, quæ semel humanos & pios affectus exuit, pessima 291 f

Natura variis figuris illudit hominibus 35 m

Nauis combusta 637 f

Nemo non insanit 932 f

Neq; auari neque prodigi probandi 766 m

Nequiss. homo reprehenditur 651 p

Nero Imp. 418 f

Nero impius & iustus 850 p

Nero, matrem interficiẽs 602 m

Nic. Derlachii epicedium 410 p

Nicæa 257 m

Nicetas 856 m

Nicolai Pithœi obitus 407 m

Nicolaus Clamengius 858 p

Nihil ignauum in corpore humano 423 f

Nil prodest multa scire, si te ignoras 183 m

Niobes tumulus 1019 m

Nobiles reprehenduntur 318 p

Nobilis nil præstat mendico 782 f

Nobilitas, fumus inanis 783 p

Nobilitas omnis iudex 283 p

Nobilitas vera 782

Nobilis vere quis 783 p

Nobilium decus proprium per magnos iurare Deos 318 p

Nocentem deferre etiam turpe 282 m

No-

Noctes Atticæ Gellii 912 f
Noctes Gallicæ 912 f
Noctes Reburſianæ 913 m
Non ſemper eris 411 f
Non viuendum in delitiis, exemplo diſcipulorum Chriſti 31 m
Noſtradamus vbi dederit reſponſa contorta petẽti 253 m
Nouæi obitus 372 373 374
Nouercarum matres ſimulantium cum feli virgineæ faciei coparatio 616
Nox 754 m
Nulla non videntur plena malis 522 m
Nulli ſatis ſua conditio cõſtat 78 m

O.

OCtauius Cæſar 849 m nomine Auguſti factus Imperator 849 f
Oculis vidiſſe prima ruina 665 p
Offredi lucubrationum ad Hippocratem Cõmendatio 404 p
Oliua pacis typus 525 f arbor Mineruæ ſacra ibidem
Oppiæ veſtalis virginis tumulus 1008 f
Oratorem ars facit 889 p
Ouidius Naſo 854 f

P.

PAcem ſequuntur multa incommoda 94 f
Pacis Galliæ tumulus 864 p
Parcæ 389 p 594 f
Palmarum dominica 812 f
Parin ſoror eius hortatur ne Troiam proficiſcatur 733 m
Paris caute proſpiciat quã Deam præferat. 996 f. m
Paſchæ dies 813 m
Paſſionis Chriſti deſcriptio 550 551
Patriam defenderunt etiã qui fuerant antea deterioris vitæ 64 65
Patriam præferre vitæ ſuæ laudatiſſimum 727 m
Pauli Meliſſi imago 842 p
Paulus Iouius 860 p
Paupertas inuiſa ac anguis 503 m
Pax cum perduellibus inita 899 f
Pax è tenui victu iucunda 191 p
Pecuniæ cuſtodiendæ cura per quam moleſta 504 m
Pericles 847 f

Persius 855 m
Petri Aretini tumulus 1012 m
Petri Bracchii laudes 575 p
Petri Castellani Aureliorũ Episcopi, qui inter concionandum defecit & obiit, tumulus 347 m
Petri Castellani Epis. Matisconensis Bibliothecæ Regiæ præfecti laus 62 f 63
Petri Pithœi obitus deflerur 815 m vsque ad pag. 832
Petri Poppæi poematum Gallicorũ commendatio 400 p
Petri Rami tumulus 1012 f
Perri Ronsardi epicedion 836 m
Petri Ronsardi laus 867 p
Petri Ronsardi tumulus 1015 m
Petrus Christum abnegat 550 m
Petrus Lombardus 858 m
Petrus Ramus 861 p
Phelinus aleator improbissimus 594 m
Philomelæ ficta cantio 980 m
Philosophanti diuitiæ, graues 414 m
Phœbus inuocatur pro incolumitate amicę 613 f
Philippi Cominæi tumulus 1010 m
Philippus Cominæus 859 m
Philipp. Melanchthon 860 m
Pictauia 744 f
Pictor Paschasium absque manibus pingentem reprehenditur 834 m
Pindarus 851 m
Pinus 1004 m
Pinus nautica 591 f
Placentina clades 18 m
Plagæ amoris medicaminis sunt expertes 659 p
Plato 852 m
Plinius Secundus 855 f
Plutarchus 856 p
P. Montaurei Aurelii tumulus 349 f. laus eiusdẽ 350 p
Pocula ter terna ad carmen componendum præstant 789 m
Podagrã Venus & Bacchus augent 917 p
Poetæ ars præcipua quæ ?24 m
Poetæ caute scribant contra obscuros 340 m
Poetę cur vino dediti 769 m
Poeta egregius 772 p

Poe-

Poetæ faciunt Mœcenates 897 m
Poetæ fictis plerunq; vtuntur nominibus 934 m
Poetæ Gallici 478 m
Poetæ importuni 777 m
Poetæ ingenium non dissimile cygno 403 p
Poetæ nostra ætate pauci admodum 107 m
Poetæ potoris aquæ carmina frigent 789 f
Poetæ proprium mentiri 963 m
Poetæ requie amœna gaudent 494 m
Poeta ineptus 972 f
Poeta malus 762 m
Poetam natura facit 889 p
Poeta obscurus 773 f
Poetarum conditio misera 691 p
Poetarum pretium laus 885 m
Poetas semper insequitur paupertas 107 p
Poetices studium reprehēditur 597 p
Poetis tria numina grata 907 m
Pogius Flontinus 858 m
Polycratis Samiorum regis se felicem prædicantis mors abominabilis 504 m
Pompa regia, Regis & Reginarum ingressus in vrbem Lutetiam 555 556
Pompilius Numa 848 m
Pons rara mirabilis arte 251 m
Pons superbus Auenioni 252 p
Pontanus 858 f
Pontifices vitam mutant priorem 41 p
Pontificum ferocitas 34 p
Pontificum vitæ reprehensio 34 m
Potentia obscurorum lasciua 392 p
Potoris insignis tumulus 605 m
Potoris nobiliss. tumulus 610 p
Præcepta, in honoribus apiscendis & gerendis 77 p
Præcepta vitandæ Philautię 187 m
Præmia Vatum æterna 20 m
Preces ad Deum de pluuiis & tempestatibus 495 f
Preces ad virginem Mariam 533 m
Presbyteros amare relligio est 934 m
Princeps cõsilii expers 392 m
Priuatæ vitæ laudes 322 p

Prodigus nunc est in pretio 183 m 194 p
Propertius 855 p
Propositum regis iniustum laudare, non optabile est 322 m
Proteruitas beata 709 f
Prouidentia Dei est omniũ rerum gubernatrix 355 m 356 357 p
Pteronis famosiss. furis tumulus 589 f
Pudicitia præcipua laus mulieris 394 p
Pudor absit munera petentibus & rogantibus 53 m
Puella personata reprehenditur 767 p
Puer collapsa nouercæ statua contritus 623 m
Puer formosiss. mors 633 m
Pueri super Hebri glacie ludentis repentina mors 587 f
Pueritia & senectus 969 p
P. Victorii laus 309 p
Pulex Catharinæ Rupellæ 836 f 576 p non pulex est, sed dæmon fuscus 838 m
Puteani C L. tumulus 408 f 409 p
Pyrami & Thysbes tumulus 1019 m
Pyrrho Septicus 853 m
Pyrrhus Epirotarũ rex 848
Pythagoræ imago 589 m
Pythagoras 852 p

Q.

QVatuor Monarchia[e] 359 m
Qui nunc malus est, erit v[...]tilis olim 64 p

R.

RAphaelis Vrbin. tumulus 794 m
Rebus assuescere duris ad[...] modum difficile 108 m
Rebus in aduersis pleriqu[e] Deum inuocant, non i[...]tem in prosperis 49 m
Rebus suis contentum ess[e] præstat, quã nimios in[...]hiare census 505 m
Reditus ex sapientia vber[...]rimi 291 m
Reges & potentes, quos e[...]uexere, sæpius deprimũ[...] grauiore ruina 76 m
Regi conuenientia præcepta 234 f 235 p
Regi cur liceat vxorem du[...]cere antequam ad iustã ætatem peruenerit 22[...] m
Regnum infelix 34 p
Regum magnorumque ducum conditio miserabilis 200 m
Regum placida 863 m
Regum vita deterior & periculo-
ricu-

riculosior priuata 54 m
Reipub. quamuis pacatę se immiscere periculosum 411 p
Respub. pacata, mare pacatum 411 p
Respublica Spartana 975 p
Rex debet esse similis Deorum 243 m
Rex medium teneat 241 p
Rhenus Galliæ & Germaniæ limes 101 m
Roana 246 m
Roma 87 p
Roma, busta Romæ 699 p
Roma cunctis Monarchiis potentior suis viribus subacta est 359 f
Roma libera interfecto Iulio Cæsare 735 f
Roma nec vir, nec equus melior redit vnquã 177
Romę detestatio 37 f
Romulus 848 m
Ruris amœnitas ineffabilis 793 m
Ruris delitiæ 113 m 114 p
Russilo 249 f
Rusticæ vitæ laudes 297 m 747 m
Rusticus vere quis? 776 p

S.

SAcerdotes cur debeant esse Castrati 864 m
Salica lex 864 m
Salmonii Macrini poetæ præstantiss. laus 180 f
Sammarthani elogiorum commendatio 405 p
Sapientia mũdi, vana 303 p
Sappho 851 m
Saulis & Ionatæ obitus 566 567
Scæuola lusisse sæpius pila dicitur 120 m
Scæuolæ Sãmarthani laus 385 m
Scipio Africanus maior 848 m
Scotus Rex à Francis Regibus frater sociusque cur vocetur 222 m
Scotti cur Francorum Regum corpora frequentes stipent 222 m
Scotti incursant Angliam, Anglis pugnantibus cũ Gallis 222 p
Sebastiani Luxemburgi tumulus 1009 f
Seneca 855 f
Sequana fl. 272 f
Sequana fl. Tyberi prędstantior 2 p (156 m
Seræ pœnitẽtiæ detestatio
Sermo rem omnem conficit 384 m
Sosostris currum, trahunt captiui reges 483 p
Seuerus 850 m

Sidera 754 m
Sidoniorum ritus in celebrandis orgiis, vbi pueros mactabant 501
Signa veræ amicitiæ dignoscendæ 291 p
Silere satius de maiestate, quam nec digna nec apta loqui 561 m
Silius Italicus 855 m
Silosonis tyranni crudelilitas & prodigalitas 504 m
Simplicitas Deo grata 809
Simeonis cantio Christum in vlmis gerentis 546 p
Simonis Arcurii vmbra & laus 376 m 377 p
S. Iohannis Euangelistæ dies 809 f
Sirenes 564 m
Siluester 857 p
Socrates 852 p
Socrates semel tantum in vita sua vrbe exiit 3 p
Somno nulla fides 730 p
Somnus 989 m
Sorbona Parisiensis 955 m
Sors omnibus dominatur rebus 723 p
Sortis, tanquam omnium rerum dominæ, detestatio 723 p
Specillorum laus 369 p
Spes etiam in extremis superstes 662
Spes noua veterẽ detrud... 85 m
Spes omnes fouit 743
SS. Innocentium dies 8... m
S. Stephani dies 809
SS. Trinitatis dies 814
Stephani Paschasii imag... manibus destituta 832
cur illis careat 835
Stephanus Doletus 860
St. Forcatuli laus 600
Stipatores Regis 994
Suetonius Trãquillus 85...
Sulla 848

T.

TAciturnitas 91...
Taurinum 89...
Themistocles 847
Theonuilla 127 m 16...
Theonuilla capta 1...
Theophrastus 852
Tholoza 640
Thomas Aquinas 858
Thucydides 851
Tiburis Ital. vrbis descriptio 796 m 79...
Tibullus 814
Titus Imp. 458
Titus Liuius 853
Tres charites 1002
Trilinguis quidam reprehenditur 764
Trinacrius poeta maluit i... ca...

carcere esse, quam laudare ineptos versus tyranni 322 m
Trium epitaphium 1015 p
Tumultus Gallici 962 p
Turnebi obitus 386
Turnonum 250 m
Tutor malus 590 p
Tyrannos occidere Deus præcipit 727 m
Tyrannum senem inuenire, difficile 375 m
Tyrannus raro sua morte perit 728 p

V.

VAccæ Itali laus 308 p
Valentia 250 m
Valerius Maximus 853 m
Varus fl limes Galliæ & Italiæ 257 m
Vates rari, qui sacra tractāt 24 p
Vbera duo cur fœminis 634 m
Veneficia traxisse originem à vetulis 663 m
Veneficii efficacia 664 p
Venerem & Martem compede vno Ianus Faber ligat 908 m
Venetiæ 88 m
Venetiarum vrbis encomion 893 f
Venus Apellis 864 f
Venus armata 589 p
Venus armata in Martem 987 m
Venus marmorea 419 m
Venus marmorea in fonte 910 p
Venus viuere facit 666 m
Veris descriptio 537 m 401 m
Verona 88 f
Versibus scribendis atque legendis primates sæpius recreati 170 m
Versum bonum bene claudere res magna 122 m
Versus retrogradus in Galliam 994 p
Vestalis corrupta 573 p
Veternos qui timet, fiat miles aut amator 600 p
Vetula Venefica reprehenditur 663 m
Via expedita ad pauperiem 622 f
Via primo difficilis est peregre abeuntibus patria domibusque relictis 244 m 245 p
Victoriæ dimidium, hostē noscere 390 m
Vidi Fabri in senatu Parisiensi Præsidis tumulus 1020 f
Vienna Allobrogū 249 m
Vini ratio non secus atque domus 996 p

Vires oſtentare non ſemper tutum 389 m
Vir & vis 872 p
Vir fortis non vlla mouetur fortuna 297 f 298 p
Virgilius 854 m
Virgilius loquitur 765 m
Viri & vxoris tumulus 1020
Virtus honore ſepulchri ſola caret 103 p
Virtus neſcia mori 770 p
Virtus, non fortuna, palmā fert 511 m
Virtus odiis exercita creſcit 392 f non exercita torpet ibid.
Virtus plus in ſeceſſu quam in fronte 412 m
Virus prodeſt viroſo 614 f
Vis & ius 872 p
Vita breuis 33 f
Vitæ Chriſti deſcriptio 542 m 543
Vitæ tenendus modus tenellis ab vnguib. 790 m
Vita æterna 890 m
Vita beata 606 f
Vita humana 593 p 604 f 608 m
Vita priuata laudata 32 m 728 m.
Vitellius Imp. 41
Vitia parentum non ſe per natis inhærent
Viuere meditantibus v euolat 793
Vlyſſis duodecim geſta 6
Vlyſſes fugit illecebras renum 56
Volaterranus 85
Voluntas hominum inc ſtans 2
Voluptas in naui quā R tio regit 77
Voluptas perfecta quæ 7
Vrbani Pagnini Epice um 41
Vulgus ad exemplar Re 865 p
Vulgus bellua multoru capitum 969

X.

XEnophon 852

Z.

ZAmoſci Poloniæ Ca cellari laus 865
Zoilus reprehenditur p 658 p

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google